8
2-D
6

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
28 I
54

8-2.D.6
34

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

2



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

OTIA REGIA
LVDOVICI XIV
REGIS CHRISTIANISSIMI.
Sive,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

POLYÆNUS GALLICUS
DE VETERVM ET RECENTIVM
GALLORVM
STRATEGEMATIBVS.

Auctore P. J. BAPT. BEAV
Societatis IESV.

Bibliothecæ Coll. Rom. Soc. Iesu

Apud NICOLAVM IACQVARD, Illuſtriſſ.
& Reuerendiſſ. D. Epiſcopi, Clerique
Claromontenſis Typographum.

Cum Priuilegio Regis.
M. DC. LVIII.

REGI CHRISTIANISSIMO

LVDOVICO XIV

ADEODATO AVGVSTO

SAL. ET VICT.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

OTIARI inter arma triumphus eſt (Rex Chriſtianiſſime) nec niſi magnarum omnino mentium, tranquillitatem inter Martis procellas ferre. Victos toties hoſtes, expugnatas arces, prouincias ſubactas, ineunte hac ætate tua militari, ſtupens miratur orbis, &

prædicat. Tuũ inter hæc agẽda, inter Caſtrenſes cõmorationes litterarium otium, Sapiens laudat. Sic, ait, Scipio, ſic Alexander, ſic Cæſar, ſic Carolus, ſic Henricus, ad *Magni* cognomen aſſurrexere. Auum Henricum puer puerum æmulatus, Cæſari per Gallias bellanti Gallica ex Romanis verba commodaſti. Virum vir ſecutus, Cæſareas lucubrationes per caſtra circumferens: geſta iam & Cæſarum & Henricorum repræſentas. Qui Princeps præclara facta lubenter & aſſiduè legit, breuì legenda lubenter, ipſe faciet. Polyænus noſter, imò tuus, qui Gallicus eſt, ſupparia Cæſareis Otia, ex belli

De Henrico tradit card. d'Oſſat.

negotiis offert. Si tecum ille in *Principijs*, ſi in *Auguſtali*, Auguſte Adeodate, verſabitur. Otioſus leges, quæ negotioſus agas per tuos. Laudabis geſta præteritæ ætatis; & tuæ gerenda præſcribes; geſta, tranſmittes ætati poſteræ legenda. Laudum cumulus erit, ſi Bellica hæc *Otia*, Otia alia quæ dudum ſperat Orbis, te *Auſpice* parient.

O Minor! An pulchra me ludit imagine vatem
Dulcis amor Pacis? *Dabit* aurea *ſecula ferrum*,
Quod tractas, Lodoïce, breui. Mauorte ſecundo
In populos fatale feres cùm munus Oliuæ.

Interea Francis dum propugnanti-
bus orbis
Ingruet, & varias miſcens in prælia
fraudes,
Sperabit veteres in Vulpe *parare*
Leones:
Francica ſe belli virtus expromat in
artes.
Et nitidis circum volitans tua Lilia
pennis,
Ilicet hoſtiles Solertia *diſſuat aſtus.*
Donec Auernales repetat feralis
Enyo
De medio ſedes; exoptatoque Sereno,
Te Duce per terras tutò pax alma
tr iu mphet.
Regia *tunc verè* faciet Deus
Otia *Francis;*
Et ſimul in digitos, oculoſque acce-
ptior ibit,
Ex Auguſtali *remeans* Polyænus
in vrbes.

PERIS INSTITVTVM.

VETVS allucinatio ſuperiora ſecula penè vniuerſa tenuit, & d nos vſque deuoluta eſt, qua di- :untur Galli non arte militari, ſed :æco impetu, in bello vti. Quæ quanquam debuit iam pridem obſoleſcere, tot editis in publicam orbis lucem exemplis veræ fortitudinis; tamen hoc potiſſimum ſeculo oblite- randa penitùs videba[illegible]r, quo vim conſilij, & maturitatem auito gentis robori conſitam eſſe, tot tamque conſtantes victoriæ cumulatè teſtantur. Et erunt, opinor illuſtres hiſtorici, qui res à noſtris hoc ſeculo geſtas, vt expreſſam imperatoriæ artis & militaris virtutis imaginem ad poſteros tranſmittant: ego vel ab ipſis vſque heroicis temporibus contendo ſolertiam Gallicæ fortitudini cognatam fuiſſe: Gallos fraudis neſcios, ſed illaudabilis; ignaros doli mali, boni

conſultos;amore bellicæ virtutis, cæ-
terarum fortaſſe nationum pleriſque
Florus l.3. c. 10. de doli frequentia conceſſiſſe. *Nemo tantùm feroces dixerit Gallos, fraudibus agunt*, iis nempè fraudibus, quæ ſpeciem ſemper, & decus præ ſe ferant
Oppius de bello Affric, c, 2, inuictæ fortitudinis. *Galli homines aperti, miniméque inſidioſi, qui per virtutem, non per dolum, dimicare conſueuerunt*: Dolum inquam, aſtutæ ignauiæ, & fraudulentæ inertiæ. Neque hi Galli ſunt qui magni Ducis cognomen, Lyſandro cuippiam, aut Conſaluo impertiant, quos ferunt ſolitos dicere, *Teſſeris pueros, hoſtes periuriis fallendos eſſe*. Dolos Gallia non repudiat, quos bona fides non improbet, probos agnoſcat & legitimos vera virtus. Horum ego bene multos è ſuperioribus retrò ſeculis, in vnum laterculũ coëgi. Ex his bis centenos quaſi priorem in aciem digeſſi, deſcripturus pluſculos deinde, ſi vita ſuppetit & fauet cœlum. Placuit verò militari vti nomenclatura, in bellica re. Centurias inſcripſi, & ſyntagmata. Illæ duæ, hæc quatuor admodùm; quia bellicæ rei quatuor in partes tota ſumma didu-

citur. Vel enim campeſtribus prœliis hoſtes aggreditur; vel retundit: muros & vrbes tutatur, aut inuadit. Priores partes Gallico Gladio; Scuto, ſecundas; tertias, Arieti; quartas, Aggeri, conceſſimus.

GALLICÆ NOBILITATI.

INdolui ego ſæpiùs (clariſſimi & generoſiſſimi viri) tot bellicæ fortitudinis præclâra facinora, quibus illuſtrata ſunt à maioribus veſtris ſuperiora ſecùla; quibus ipſi vos ætatem veſtram & Principis optimi regnum decoraſtis, paucos intra menſes vel annos, aut inopia Scriptorum, aut maleuolorum inuidentia ſæpè contabuiſſe. Intererat tamen publicæ rei, ad omnem poſterorum memorariam, ea propagari, quæ rerum gerendarum eſſent exempla. Principes ſanè rerum Francicarum hiſtorici, in geſtorum conſignatione publicum neſcio quid perpetuò conſectati, priuatorum rebus geſtis ſuperſedent;

haud leui tamen poſteritatis incom-
modo. Eſt enim hiſtoriæ vel inter
præcipuos fines, ille Princeps, vt ea
nimirùm proferat quibus perducta
ſunt ad laudabilem exitum generoſa
cæteroquin nationum, Principum-
que conſilia. Quæ quia vniuerſa pri-
uatorum hominum plerumque faci-
nora ſunt; imperitè facit qui conſe-
quentibus ſeculis conſulturus, ipſa
tantùm genera magnificè proſequi-
tur, priuatæ virtutis ſecurus. At (in-
quis) iubes ad immanitatem codicum
excreſcere, vel quaslibet expeditio-
nes militares, ſi litteris conſignabun-
tur? Ego verò eximia tantùm fortitu-
dinis, & ſolertiæ exempla proferenda
contendo; quorum modus quouis
etiam in numero conſtare poteſt. Ta-
men huic pretioſæ vbertati modum
illum fecit & Romana & Græca Sa-
pientia; vt eſſent qui geſta priuato-
rum in communi re, ſeorſum expone-
rent. Horum ſimiles ſi nacti fuiſſent
Maiores noſtri, orbis, inquam, illi vi-
ctores, fruſtra Italia & Græcia Scri-
ptorum copiam venditaret, nihil par
noſtrorum facinoribus prolatura.

Non præſtem ego, auctore me, huic impoſterum malo prouiſum iri:ſpero tamen fore olim viros & bene in Gallicam rem affectos, & ab ingenio paratiores, qui conatus meos probent, & eodem inſtituto, vindices eſſe velint rerum præclariſſimarum. Veſtra erit cautio (viri perilluſtres, & Gallicanæ militiæ decora) dicendorum ſegetem ſuppeditare. Prioribus his centuriis, per ætates ſuas, ad nos vſque deduxi ſtrategematum exempla, quæ ſingularem noſtrorum militum ſolertiam, in ſeculi lucem expromunt; tertiam & alias deindè, veſtrarum rerum monumentis addico; ſi modò eam amanti dabitis operam, quam exigit à vobis, & amor in patriam, & in patres maioreſque veſtros veneratio. Ex quo innotuit inſtituti huius mei ratio, contigit in dies ſingulos obtundi mihi vndecumque aures, frequentiâ militarium narrationum; quarum non paucas quoniam ſubleſtæ fidei viſæ mihi ſunt, nec ſatis certis auctoribus circumferri, conſilio præteriui; amore veritatis, quàm vnicè diligo, nec poſtremum arbitror hiſtoriæ decus.

Quamquam enim ficta de moribus narratio, veniam habet, cùm veram affert vtilitatem, vt Maroni, Homero, Xenophonti, fraudi non ceſſit, in Ænea, Achille, Cyro, veram virtutem figmentis adumbraſſe: id tamen nobis licere noluimus qui fertile Galliæ ſolum intelligimus veris virtutum exemplis ſemper abundaſſe. Ergo domeſtico illo ex penu, & veſtra, & maiorum ſufficite exempla; cùm ea quæ ad has Polyæni centurias ſupplendas, delectu habito pertinent; tum quæ ad *Valerium Gallicum*, quem molimur. Polyænum veſtræ militari ſolertiæ, Valerium fortitudini conſecrabimus.

SVR LE LIVRE

DES STRATAGEMES FRANCOIS du R. P. Beau.

EPIGRAMME.

QVI ne voit le danger extrême
Sous les fueilles de cét Eſcrit?
Chaque ligne eſt vn trait d'eſprit,
Et chaque page vn Stratageme.
Le Renard s'y joint au Lyon,
Pour agir dans l'occaſion,
Soit par force, ſoit par fineſſe:
Toutefois on craindroit à tort,
Puiſque loin du danger ce liure ſert d'adreſſe,
Pour ſçauoir les ſecrets & du Fin & du Fort.

C. V. L.

Atque vt ſcias quàm audacter Imperij Regij *ego eſſe volui, quod erat dominij tui. Ipſum ego te Regij juris feci; ſed minorem te ipſo. Quippe qui Regi Maximo* Breuiculum *offero vitæ, cui dicendæ nec paria ſunt ampliſſima volumina. Agnoſces deteri te ingenij tenuioris culpa. Ac dices, tuo & meliori jure, quod ille alius plus nimiò in aula Britannica gratioſus (vt commemorare te mihi ſæpius, memini) dixit emblematicè amanti Principi; de ſe, atque* adamante *ſub ſcalpro. Dices, de breuicula hac rerum tuarum, ac tui ipſius imagine, quam hîc efformare conor;* Dum formas minuis. *Ignoſces tamen, majora viribus conantis nec miraberis minorem* Heroïbus *humanam breuitatem.*

Le Comte d'Eſſex.

BREVICVLVM
HEROÏCÆ VITÆ.

ORTVS eſt Illuſtriſſimus *Dux Ludouicus d'Arpajon*, ex nobiliſſima ſtirpe Comitum Toloſanorum, familiæ auctore & propagatore *Arpago*, ſiuè *Arpajone* Comitis Toloſani natu minore filio.

Heroïcam originem, virtus Heroïca, & Heroïca viuendi ratio, nobilitauit; vt noſſes in *Ludouico Arpajonio*, magnis Majoribus aliquid majus.

Ex illo ſibi Heroëm paratura Gallia, Heroïcis periculis ab infantia exercuit. Nec deſſuerunt per difficilia tempora difficillimi rerum articuli, quibus *Ludouicus* Heroïcè creſceret. Donec *optimus Princeps* bene merentem, & probatæ diu, atque exercitatæ virtutis virum, ad regni gubernacula, & ſanctiorem gerendarum rerum Senatum acciret, ſeſſurum inter *Patria* non minùs *Patres*, quàm *Adminiſtros*. Monſieur le Duc fait Miniſtre d'Eſtat.

Quanto patriæ bono! ſentiet æmulus Hiſpanus, qui notam gerendis rebus manum, regendis ſupparem experietur.

An præſcius futurorum Hiſpanus, naſcenti virtuti ſtruxit inſidias? & tyronem lætali

conatu inuadens, Heroëm ſenſit, vel inter prima belli rudimenta.

Nimirum non intellexerat Hoſtilis ſolertia ſibi, Campi-doctorem natum Arpajonium, ſe quoque Imperatore non tam poſuiſſe belli tyrocinium, quàm bellandi ſimul, & vincendi.

Vix per ætatem arma tractare licuit, cùm rexit.

Sociale bellum id primum fuit, cùm Allobrogum Principis Galliæ fœderati Sub-Alpinas ditiones Hiſpanus diſtringeret, & Tranſpyrenæis, & Inſubricis ex vicinia Mediolanenſi copijs. Signa hoſtis contulit; at quæ ſigna! *Colubros* vides, & *Leones* in Heroëm emiſſos.

Sic adoleuit Alcides per hoſtiles inſultus.

Inter Volones Gallos, omnium calculis, princeps ductor; hac parte tantùm minùs *imperauit*, quia plus nimio militis partes expleuit.

Sæpius ad Eridani, ſeu Padi ripas certatum eſt, nuſquam tamen cruentiùs, quàm cùm pugna ad Solerianum commiſſa, conſertæ ſunt manus ad multam noctem, hoſtibus ad multam cladem, Gallis ad multam victoriam.

Perruperat, jam pluries Arpajonius hoſtiles cuneos, & turmas equitum ereptis manu propria ſignis, latè diſpalauerat; cùm, ecce tibi ab incerto auctore, inter ignauam

ıgam exploſo ſclopo, victoris equus glande aijcitur, & confoſſus, caſu ipſo ſeſſorem uoluit.

Iacenti auſus eſt inſultare, qui ſtantis ıſultum non ſuſtinuerat, equitum hoſtium ductor poſtremus, animo primus. Is ɛpit in clade communi ſuorum, priuata ɪolia de victore hoſte ſidentiùs aucupari. nuolat, & implicitum graui pondere, ndenis, immani carnificinâ, plagis con-erpit.

Exanguis jam ille, ac penè exanimis; ɪæſentis tamen animi, & inuictæ fortitu-inis facinus edidit. Dum enim infamis ıaſſator, ſub hanc lanienam ſecuriùs, vi-ulum & loculos explorat; in eum, *Arpa-ɪnius*, ſclopulum, qui fortè fortuna pal-anti, vt fit, inter tenebras humi occurrerat, xplod t, hominémque momento conficit. am tutò victor, & ſui ſecurus inter publi-as nocturni triumphi, omni luce illuſtrioris almas, litare ſe poſſe credidit Gallicæ glo-iæ damno ſalutis vnius.

At in caſtris Allobrogicis, negauit Prin-eps tanti ſibi eſſe victoriam; cladem in-erpretari ſe faſſus publicam, vnius Arpa-onij priuatam. Nec verò ſigna victoriæ udire, aut videre ſuſtinuit geſtientis exer-itus, dum eo recepto intellexit à peritis, ɪitum immortalitate dignum, nullo mortali ɪulnere læſum videri. Tum demum ſe vi-ctorem exclamauit. Lætandi cumulus fuit

paucos intra dies priſtinæ valetudini exim-
prouiſo reſtitutum, iterum in procinctu ſtantem conſpicere.

Atque vt ne tantæ virtuti, támque cœlo caræ pretium ſuum deeſſe videretur, caſtrorum præfecturâ generali Arpajonium, quamquam primula tùm ætate militari, donauit: vt latiùs (aiebat) per omnes ordines inuicti roboris nomen ſpargeretur, & ad nouas victorias aſſurgeret.

Nec ex vano, aut nomen fuit, aut omen; tot enim exinde cladibus affectus eſt hoſtis, vt ad pacis conditiones, vel inuitus adactus ſit; arcibus quatuordecim amiſſis, captis ſuorum quater millenis. Et, quod caput eſt, arbitro pacis, & pactorum ſequeſtre Ludouico Iuſto.

Didicit nimirum ſociali bello Arpajonius, quid in ciuili pro patria, quid in externo bello, & in ſolo hoſtico pro Gallico nomine, præſtaret. Vt tamdiu in armis eſſet, ac vinceret, quamdiu arma tractaret Iuſtus, & in rebelles, & in Fœdifragos.

Ab *Colubri Mediolanenſis* eliſu, ad *Caluiniana Hydra* cædem progreſſus, Gallico *Herculi*, ſe *Theſeum* præbuit indiuiduum Comitem.

Quàm latè per vniuerſam Galliam venenum ſparſerat perduellis Hæreticus, tàm latè bello petendus fuit. Tam latè item ſparſit labores ſuos cum Gallico Hercule, Theſeus Gallicus.

Vix tum per tot annos vllus eſt à Rege coactus exercitus, in quo *Arpajonius* non meruerit. Stipendia, inquis; at ego adoreas dico, & lauros vbicumque militauit; meruit; non tamen vbicumque meruit; obtinuit. Agnoſce vim inuidiæ, & ſimul temporum labem. Vel certè patriæ, & Principis conſilium, ac mentem, majora conſuetis honoribus meditantis; & ſingulari virtuti, ſingularia præmia opportunè comparantis.

Vix vllæ obſeſſæ ſine illo arces, vix vllæ captæ. Vix vlla conſerta ſine illo prælia; vix illata vlla in hoſtem clades, vix relatæ ex hoſte victoriæ vllæ; quarum, ſi prælio intereſſe contigerit, non ipſe particeps fuerit, &, ſi liuor audire ſuſtinet, vel auctor ipſe, vel inter principes auctores.

Nuſquam, ſanè, nec ciuili, nec externo bello, Auſpice ſe rem geſſit, vlla in parte militaris artis, Marte infelici.

Fatalem ſibi eius eſſe manum ſatis expertus eſt Perduellis Aquitanus ad Garumnæ littora, ſatis expertus ad Tarnem.

Toneinſium oppidum eſt in Ciſgarumnis Nitiobrigibus rupi præruptæ impoſitum ad ipſum amnem, & triplici arce illa ætate munitiſſimum. Id oppidum, cùm obſideretur à Regio exercitu præpoſitis ſummæ rei *Ellebonio Duce*, & *Theminæo Mareſcallo* Arpajonij ſocero, nihil propiùs factum eſt, quàm vt improuiſo ſuperuentu Perduellium,

delerentur vniuerſæ noſtrorum copiæ ; niſi Arpajonius, ſocero grauiſſimè ægrotanti, *Legatus ſanè non degener*, ad caſtrorum tutelam ſuffectus eſſet. Abſque eo fuiſſet, actum videri poterat de ſumma rerum ; tantus, támque inſanus terror noſtrorum animos peruaſerat, vt totis caſtris trepidatum ſit, compluribus fugam capeſſentibus, circumſpectantibus vniuerſis. At Arpajonius, qui cum globo Volonum aliquot vix duodenorum pernoctauerat ſæpius in equo, rectà in ipſam turmalium hoſtium frontem progreſſus, tanta vi, ac virtute ingruentes excepit, vt ratus hoſtis ſibi cum vniuerſo exercitu rem fore, in veſtigio primùm hæſerit, tum retro pedem ad ſuos repreſſerit; Non antè tamen quàm *Arpajonius* inſigni facinore, ductorem primæ hujus aciei, Equitem celebritate nominis illuſtrem, qui *Magni* cognomine inter ſuos audiret, propria manu confecerit. Impacto primùm in pectus ſclopulo, & perfoſſa lorica ; adacto deinde in præcordia gladio. Tùm verò acta retro eſt res hoſtilis exercitus, Regij contra in vado eſſe cœpit.

Profligatus eſt rebellis ingenti cæde ; vrbs ad deditionem coacta ; & ſecundo, aduerſóque Garumnâ longè, latéque ſparſa victoria, in arces omnes, & propugnacula Sectariorum. Pro Caſtrenſi quam meruerat, coronâ, Regiorum caſtrorum præfectura muneratus eſt Arpajonius ; quam,

ſummum in multos deinceps exercitus imperium excepit. Donec capta Rupella, & exciſo illo principe, ac præcipuo Hydræ capite, alterum quod ſupererat muris, & propugnaculis Montalbanenſibus tectum, varia conſiliorum & armorum arte ab Arpajonio, juſſu Regis, ad excidium comparatum eſt.

Sic lætale ille factioſis vulnus impoſuit; vt quæ vulnera quatuor circum Montalbanenſes muros, prima obſidione acceperat, ad poſtremam cladem perduellium, & certam patriæ ſalutem, reponeret.

A Ciuilibus bellis iterum ad ſocialia, & externa bella procedendum. Quidquid vſquam eſt Galliæ Fœderatorum, Inalpinos, Italos, Germanos & Belgas, vexat vno penè tempore Hiſpanicus, vel liuor, vel tumor. His ſingulis ab Arpajonij ſolertia militari cautum vult Ludouicus Rex. Quàm commodè in rem noſtram, & ſociorum; nouit Gallia, & ſocij norunt. Et, vt contumax ſit Hiſpanus, fateatur neceſſe eſt; & cum Auſtriacis Lotharingus, & cum Lotharingo Francoburgundus; & cum Francoburgundo Ruſcinonius. Quàm honorificè in reſtituendo Treuerenſi Principe, nouit orbis Chriſtianus, & ſtupet.

Grandius tamen aliquid molitur animo Arpajonius, etiam ad antiquos Ræmundorum Toloſanorum, à quibus ortum ducit triumphos æmulandos, aſſurgit, auito

ſanguine non indignus nepos.

Agitabat inſano conſilio Bizantinus Tyrannus ſtragem vniueiſam Chriſtiani nominis ; & jam Maria claſſibus impleuerat, orbem terroribus, cùm, certis nuncijs compertum eſt, hanc tantam molem in Melitam Inſulam, princeps illud Orthodoxæ fidei propugnaculum, erupturam.

Euocati, ſcilicet, illico ab omnibus Europæ regionibus, ad præſidium Inſulæ, & ordinis accurrerunt Equites Hoſpitalarij. Erat Arpajonius *Magno Magiſtro*, veteri, atque intimâ conſuetudine conjunctiſſimus. Non paſſus eſt vir generoſus in Principis amici periculo periclitari rem Chriſtianam. Bonâ Regis Chriſtianiſſimi veniâ eódem conuolat, operam communi rei, & vitam, ſi opus eſſet, impenſurus.

At quam vitam, quam operam! Operam ſanè *Ducis*, qui toto vitæ militaris decurſu, vbicunque ſuis tantùm auſpicijs copias duxit; hoſtes ſucceſſu nunquam non felici aggreſſus eſt; nuſquam expugnatus; Cui nuſquam imparato ſuperuénit hoſtis. Cui nulla nunquam arx, quam impugnarit, ceſſit. Nullam quam propugnauerit, ſalutem non debet.

Exceptus ergo eſt omnium plauſu & ſingulari famæ prærogatiuâ, licet ex omnibus penè nationibus Equeſtris ille Ordo coalüerat, in plures linguas de more tributus, tot *tamen ex linguis*, *vna voce* Imperator,

uamquam inuitus, & diu reluctans, dictus
ł ; inſigni certè præjudicantis in futurum
›rbis conſenſu : quo dignus habitus eſt, qui
ɼniuerſos olim Chriſtianæ Reipublicæ fœde-
'atorum exercitus, ſummo cum imperio in
B*arbaros* duceret, qui nobiliſſimo illi Chri-
ſtianarum nationum compendio præfectus
eſſet.

Calculos hos Chriſtianæ militiæ augere viſus eſt ſuffragio timoris ſui, hoſtis Hothomannicus. Vix enim auditum eſt Conſtantinopoli, de ſolerti ad repugnandum apparatu, quo, illo Imperatore, illò manu ac conſilio rem promouente, munita erat vndecumque inſula; cùm fruſtratus omni ſpe hoſtis, aliò arma ſua, aliò conſilia retulit, in *Cretenſem* expeditionem. In qua ſi tam lento pede præter morem *Turcici* turbinis, procedit ; moræ nouum auctorem aduerte. Vincit in Cretico bello Melitenſis belli fulgor, & ſolâ armorum oſtentatione tremefactus, ac repreſſus hoſtis imbellior effectus eſt, & cladi propinquior. Huic ergo nomini Cretenſes victorias non inuitus adſcribit Venetus; aſſignat lubens Melitæus; gratulatur cum Europa Gallus; imputabunt gloriabundi nepotes.

Accedit ad laudis apicem, grati animi honorifica teſtificatio, quam impenſam voluit Illuſtriſſimo Duci Melitenſis Ordo vniuerſus, Vt quod Sabaudicæ familiæ, bene olim meritæ dum res Rhodienſis ſtetit, conceſſum decus, *Crucis candidæ*, & *miniatæ arcæ* : idem

Mr. le Duc porte écartelé, au 1. chef de Toloſe. 2 d'Arpajon. 3 de Bourbon. 4. d'Aragon. Sur le tout en cœur, la Croix de Malte.

optimo iure Arpajonio, ac poſteris ab illo, familiæ principibus concederetur.

Agnoſcet poſtera ætas, vel ex ipſo Melitenſis Crucis ſitu, quàm *cordi* fuerit *Ludouici Arpajonio* Melitæ ſalus: agnoſcet eadem quàm opportunus Melitenſium & ſaluti, & gloriæ Arpajonius. Cuius quadripartitis teſſellis accepta de Majoribus inſignia, mediam Melitenſium Crucem; hinc *Toloſana cruce*; hinc *Arpajonia cithara*; inde *Aragoniis palis*; inde *liliis Borboniis*: tot magnis nominibus, ac præſidiis, corroborant.

Commodaſſet & Reſpublica Veneta non illubenter *ſancti Marci* armatum Leonem, ſi, quod magno ambitu in Regia Chriſtianiſſima per legatos ſuos contendebat, ſecundùm hanc Melitenſem profectionem, obtinuiſſet, vt Arpajonio per Regem liceret, Turcico illo bello Venetis armis cum ſummo Imperio præeſſe.

At vetuit publica res Patriæ tam imperatorio viro tamdiu carere. Et quod *Veneto* negatum eſt, iam antè fruſtrà ambierat Germania qua parte Orthodoxa eſt. Tum cùm Magno illo Tilio iam ſeneſcente, popoſcere à Ludouico Iuſto fœderati Catholici *Imperatorem* ſuis exercitibus, atque armis Arpajonium. Electores Imperij meritò dixeris quotquot in ſacrum fœdus coaliti Principes, è Gallia Imperatorem eligunt. Et erat olim non inſolens legionibus Imperatores eligere. Nec minùs Arpajonio decorum eſt

nperium armorum depoſci, quàm ad
ım Germanicum.

ııare etiam vltra Germaniam ad Sep-
ionem pene vltimum ab Auguſto Lu-
:o tranſmiſſus eſt Orator ad Poloniæ
em, Francici ordinis torquem, amico
cipi delaturus.

d contigit Arpajonio felici ſorte, ex infe-
ıto, vt defuncto Rege ad quem Orator
ıt, pro *torque*, *coronam* etiam Polono
cipi deferret. Ex Gallo Oratore, ſceptro-
dıribitor apud externos effectus.

uius porrò ſapientiæ, quantæ, Deus im-
talıs! ſolertiæ? tot inter, ac tantos Compe-
es, vnum ab extrema Gallia Oratorem,
ıorum antè regnum obtinere, quàm po-
ırum imperium alteri per aliena ſuffra-
mpertiretur. Erat in partibus, orbis ferè
ıerſus. Prehenſabant circumiectæ Po-
s nationes omnes; omni ope dicam, an
ıbus opibus? de more obluctabatur Gal-
gratiæ Hiſpanus. Vnus tamen admo-
ı, cui fauebat Gallia, cuius partes Galliæ
ıine fouebat Arpajonius, regnum obti-
t. Merito quidem ille ſuo, in thronum
ſcendit: ſed vbi tandem rerum ac orbis,
rita regnant, niſi vbi Arpajonij conſiliis lo-
eſt? Regnum mereri virtus dederat; ob-
ere etiam virtus dedit; ſed aliena. Quàm
na regno virtus eſt quæ virtuti regna do-
!

Ad Regem Chriſtianiſſimum.

O Te fortunatiſſimum Ludouice Auguſte Adeodate, qui tales nactus ſis rerum Adminiſtros, quorum operâ ſtet Galliæ tuę ſua dignitas. Quorum conſiliis, armis,& manu, *Auſpice te*, ſocij Principes in ſolium, aut ſolum auitum reponantur: inimici Principes dominio & Imperio mulctentur: coërceantur rebelles ſubditi; hoſtes cladibus atterantur. Feliciorem te tamen futurum Optime Principum, ſi eorumdem conſiliis, fatiſcenti iam orbi pacem indulſeris.

Heu belli furor! ô pacis ter amabile nomen?
Ecquando manus illa, manus nimis inclyta bello,
Franciadum robur, pacis conuertet in artes?

Digitized by Google

ONVS IMPERATOR.

V I non præcipiti rapiet ſimul omnia caſu;
Sed qui maturo, vel læta, vel aſpera rerum
ulto momenta regens, nec triſtibus impar,
pro ſucceſſu tumidus; ſpatiumque morandi,
cendíque modum, mutatis noſcet habenis.

Claudianus.

'ί τις οἴεται κυριώτερόν τι μέρος εἶναι στρατηγίας προαίρεσιν, καὶ φύσιν τοῦ τῶν ἐναντίων ἡγεμόνος οεῖ καὶ τετύφωται Si quis cenſet aliud ma- proprium officium Ducis eſſe, quàm bo- m Imperatoris ingenium, naturámque ſe, errat ille, atque inſanit.

Polybius.

Boni Duces, non aperto Marte, in quo eſt nmune periculum, ſed ex occulto ſemper entant.

Vegetius.

In Bello, loco ſapientiæ eſt, alienam ſtulti- n opperiri.

Tacitus.

Communicatio Priuilegij Regij.

EGo Ioannes Rochette Præpoſitus Prouincialis in Prouincia Toloſana Societatis IESV, ex Priuilegio Regio eidem Societati conceſſo, quo vetatur ne quis Typographus edat in lucem libros ab auctoribus noſtræ Societatis compoſitos ſine facultate Superiorum ejuſdem, permitto NICOLAO IACQVARD, Typographo Claromontano in annos decem conſequentes vt librum, cui titulus eſt. *Otia Regia Ludouici decimiquarti Regis Chriſtianiſſimi, ſiue, Polianus Gallicus de ſtrategematibus veterum ac recentium Gallorum, Auctore P. Ioanne Baptiſta Beau S.-Ieſu*, in lucem edat. In cuius rei fidem officij mei ſigillum apponi curaui & manu propriâ ſubſcripſi. Billomi 28. Iulij 1658.

IOANNES ROCHETTE.

POLYÆNI GALLICI
CENTVRIA PRIOR.

PRIMVM SYNTAGMA
GLADIVS,
SIVE
E HOSTIBVS AGGREDIENDIS.

CAPVT PRIMVM.

Brennus junior, Græcorum captiuos fame confectos, & ſqualidos, ſuis ſpectandos præbet.

Circa Annum V. C. 462.

PANNONIIS & Illyrico latè vaſtatis, & acciſa re Macedonica, à Gallis Sigoveſi aſſeclis, in Græcos bellum moturus Brennus junior, primò

cum ſuis certamen inijt. Illuſerat animis antiqua Græcorum gloria, & magni nominis hæreditas; quæ poſteros quamquam imbelles, & majoribus deteriores, tutabatur tamen inſigni ſpecie auitæ dignitatis. In eam vt grauiùs pugnaret Imperator ſolertiſſimus, hoſtium nouo ſpectaculo, ſtatuit ſuorum priùs oculos, animóſque expugnare. Et opportunè, Græcorum aliquot in vinculis jam ante non paucos dies habebat. Hos diuturnâ illuuie, & ſitu obſitos, poſtremâ macie deformatos, deraſis capitibus, & corporis breuitate contemnendos, in publicam concionem producit, & imbellis multitudinis ludibrium. Ipſe, vt ſuos etiam in ſales & jocos audere ſenſit, cum Principibus Gallicanæ militiæ viris in armis ſtetit: & florentem oris ſpeciem, corporis bellicam dignitatem, auro argentóq; rigentes chlamydes, variegata paludamenta, vegrandes enſes Gallico more, aureis gemmeíſque vinculis de baltheo ſuſpenſos, ingentia pila, geſa ſeſquipedali cuſpide infeſta; non tam ore, quàm manu ſubindicans. *Hi, inquit, in*

os pugnaturi. Nec plura : cùm tam ronus inſecutus eſt animorum ſenus, vt veteri conſuetudine, concuſſis rmis, ac ſcutis, & ingenti plauſuum lacritate, bellum in Græcos expoſceent, qui paulò antè, Gallici nominis bliti, Græcorum fabulas terrori ſibi ſſe ſuſtinuerant.

CAPVT II.

Fictâ fugâ, medicatos cibos hoſtibus obijciunt Galli.

Athenæus L. 10. p. 443. de Gallorum incurſionibus.

ROMANI ducis non inficetum eſt ſcitum, imperatoriæ artis eſſe vnius ejuſdémque, Marcelli. ratam amicis & ſodalibus cœnam, & orrendam hoſtibus aciem inſtruere. Gallica fortitudo nondum Chriſtiaa, horrendas quoque hoſtibus epuas inſtituit. Ardiæi enim, Illyrici opulus, cibarijs olim immaniter de-

cum ſuis certamen inijt. Illuſerat animis antiqua Græcorum gloria, & magni nominis hæreditas; quæ poſteros quamquam imbelles, & majoribus deteriores, tutabatur tamen inſigni ſpecie auitæ dignitatis. In eam vt grauiùs pugnaret Imperator ſolertiſſimus, hoſtium nouo ſpectaculo, ſtatuit ſuorum priùs oculos, animóſque expugnare. Et opportunè, Græcorum aliquot in vinculis jam ante non paucos dies habebat. Hos diuturnâ illuuie, & ſitu obſitos, poſtremâ macie deformatos, deraſis capitibus, & corporis breuitate contemnendos, in publicam concionem producit, & imbellis multitudinis ludibrium. Ipſe, vt ſuos etiam in ſales & jocos audere ſenſit, cum Principibus Gallicanæ militiæ viris in armis ſtetit: & florentem oris ſpeciem, corporis bellicam dignitatem, auro argentóq; rigentes chlamydes, variegata paludamenta, vegrandes enſes Gallico more, aureis gemmeiſque vinculis de baltheo ſuſpenſos, ingentia pila, geſa ſeſquipedali cuſpide infeſta; non tam ore, quàm manu ſubindicans. *Hi, inquit, in*

: *pugnaturi.* Nec plura : cùm tam
onus inſecutus eſt animorum ſen-
:, vt veteri conſuetudine, concuſſis
nis, ac ſcutis, & ingenti plauſuum
.critate, bellum in Græcos expoſce-
nt, qui paulò antè, Gallici nominis
liti, Græcorum fabulas terrori ſibi
e ſuſtinuerant.

CAPVT II.

ctâ fugâ, medicatos cibos hoſtibus obijciunt Galli.

'thenæus L. 10. p. 443. de Gallorum incurſionibus.

ROMANI ducis non infice- Marcelli.
tum eſt ſcitum, imperatoriæ
artis eſſe vnius ejuſdémque,
atam amicis & ſodalibus cœnam, &
rrendam hoſtibus aciem inſtruere.
allica fortitudo nondum Chriſtia-
., horrendas quoque hoſtibus epu-
s inſtituit. Ardiæi enim, Illyrici
pulus, cibarijs olim immaniter de-

diti, Gallis jugulum præbuêre, dum cœnæ commodârunt Gallicæ. Galli quidem hoſtilem illam intemperantiam in partes vocaturi, vitio gentis ſolerter vſi ſunt. Geniales epulas ſingulis in tentorijs manipulatim intra caſtra parari jubent. Cibaria verò partim aſpergi, macerari partim medicatis herbarum ſuccis; quarum ea vis eſt quæ veneno proxima, alui profluuio, aut torminibus ſæuit citra necem. Mox in hoſtem eductæ copiæ, primò ferè adornatâ fugâ epulas & caſtra deſtituunt. At hoſtis apparatu omni & caſtris potitus, delendas animosè & gentili fortitudine cædendas has caſtrenſes Gallorum copias cenſet. Ita primam vigiliam inter pateras exigit: at ſecundâ, cùm jam immenſo cruciatu ſingulorum præcordia vexarentur; ingruere exinopinatò Galli, vallum irrumpere, tentoria omnia, & ſodalitia, & ipſa etiam Principia impunè permeare. Ferro obuios vbique conficere; inermes hos, illos inutili telo ſuccinctos, impares vniuerſos hoſti gemino, externo ſimul, & interno. Pauci denique

Principia, tentorium Imperatoris.

admodum Centaurçæ cladi ſuperfuere. Qui enim aciem hoſtilis gladij ſubterfugêre, eos vis mali, morbíque furor proſecutus, præcipites egit in profluentem.

CAPVT III.

Fatigatis ex itinere Romanis; callida irruptione ſuperueniunt Galli.

Ex T. Liuij L. 33. a. v. c. 557.

IMPERATORIÆ artis eſt, hoſti fatigato ſuperuenire. Numerus enim eſt, non exercitus, feſſa ſub ſignis multitudo. Eò præcipit, jure militari magnus artifex Monlucius, vt ne cùm expeditio in hoſticum, ſuſcipitur vno progreſſu plura ſpatia decurrantur, quàm confici poſſint integris viribus, quibus nimirum vel ingruentem hoſtem repellere, vel vltrò laceſſere liceat. Ipſe ſibi in more poſitum fuiſſe narrat, excurſionibus

Blaſius Monlucius in Commẽtarijs.

faciendis, & inter hoſtes; ità militari curſui moderari, vt pluribus horis antè caſtris locum caperet, aut occultæ, tutæque ſtationi, citra locum certamini aut inopinatæ irruptioni deſtinatum. Vbì ſi quid refecto opus eſſet, vel ab itineris moleſtiâ, vel vigilijs & ediâ, opportunè prouideretur. Non id opinor viderat Marcellus Conſul anno V.C. quinquageſimo ſeptimo ſupra quingenteſimum: qui Bojorum fines ingreſſus, copias totum diem in via facienda defatigatas objecit hoſti debellandas. Statuerat ille prioribus caſtris occupare tumulum opportunum traijciendis vltra Padum in Comenſes & Inſubres vnà tendentes, copijs; at erat locus in hoſtico longiùs à Romano ſolo diſſitus, quàm teneri vnius diei ſpatio, vulgari gradu militiæ poſſet. Inductio tamen inſtantiùs à Conſule ſuſcepta eſt; quæ cùm fortè per exploratores, Boijs innotuiſſet, ex inſtituto itinere patuit conſilium. Ergo in eam partem ex vicinis omnibus ſtatiuis acto milite, juſtus exercitus in procinctu ſtetit ſub veſperam.

Quo temporis articulo vix jugum inſederant Romani. Hos inopinatus hoſtium ſuperuentus, in acceleranda caſtrametatione, & legitimâ foſsâ ducendâ, quòd eſſet impar hoſtium conatibus tumultuaria, exhauſit viribus, jam antè non leuiter tentatis, diurnæ profectionis labore. Galli aucupati tam commodum bene gerendæ rei tempus, collatis ſignis impreſſionem fecere in aciem Romanorum intra caſtra deſcriptam, quam vniuerſam aleâ non operoſa deleuit impetus Gallicus; prima quidem impreſſione ſemper inuictus, hîc detritæ virtuti prorsùs intolerabilis. Cæſi ſupra ter mille ignoti nominis, inter principes præfecti auxiliaribus Copijs Sociorum Marſici, Latiníque nominis T. Sempronius Gracchus, M. Iunius Syllanus Tribuni militum de Regione Secunda, A. Ogulinus, P. Claudius, aliíque plures.

Vulgari gradu militiæ. Vegetius L. 1. Cap. 9. Militari gradu viginti millia paſſuum horis quinque dumtaxat æſtiuis conficienda ſunt. Pleno gradu

qui citatior eſt, totidem horis viginti quatuor peragenda ſunt. Quidquid addideris jam curſus eſt, cujus ſpatium non poteſt definiri.

Legitima foſſa. Idem C.24 Caſtrorum diuerſa, tripléxque munitio eſt. Nam ſi nimia neceſſitas non premit, ceſpites circumciduntur è terra & ex illis velut murus inſtruitur altus tribus pedibus ſuper terram, ita vt inantè ſit foſſa, de qua leuati ſunt ceſpites. Deinde *tumultuaria* foſſa fit lata pedes nouem & alta pedes ſeptem. Sed vbi vis acrior imminet hoſtium, tunc legitimâ foſsâ ambitum conuenit munire caſtrorum, ita vt duocim pedes lata ſit, & alta pedes nouem, ſupra autem ſepibus hinc inde factis, quæ de foſſa egeſta fuerit terra congeritur, & creſcit in altum quatuor pedes. Sic fit vt ſit alta tredecim pedes, duodecim lata.

CAPVT IV.

alli Boij ſemicæſos arborum truncos in Romanos impellunt, & eorum millia viginti obruunt eximprouisò.

itus Liuius, Frontinus & alij.
Anno V. c. 538.

TALIAM meritò vel caſtra dixeris vel ciuitatem aliquã vnam; vallo illa, muro hanc alpes munt. Has vbi hoſtis traiecerit, ſeones deinde non bellum mouet. Cic. de Pronin. Conſul. i ſuccuſſum eſt alpinum robur, vbi rata ſunt Alpina clauſtra, parn eſt inter ciues contentio; nec ıs modò ac proximè præteriti ſeexemplum eſt, quanquàm non equens, ſed & heroicorum olim porum. Vix enim in liberiores æ campos aciem explicarat Pœxercitus, Annibale Imperatore, certatim vndique, qui nominis

externi terram Italiam incolebant, ad partes Punicas plerique defecêre, Boij præcipuè, qui veteris Vmbriæ partem illam, iam dudum occupabant quæ ad ſuperum pertinet mare, opibus & militari potentiâ celebres. Quos annis antè non admodum multis bello ſæpiùs attritos, ad aliquam fœderis ſocietatem Romani vocarant. *Sed malè creditur ſemiuictis fides; peiùs in pœnam fœdus imponitur.* Publico igitur decreto ad Cartaginenſes delapſi Boij, vetera odia ſpe nouâ ſuſcitant. Quorum arma vt intra Vmbriæ ſuæ fines & Appeninum cohiberet, L. Poſthumius Albinus Ciſpadanæ Galliæ Prætor, ac mox tertiùm Conſul abſens deſignatus, ad Romanæ militiæ Legiones duas, tumultuario delectu copias auxiliares ſociorum, qui ex ſuperi maris accolis in fide permanſerant, adiungit. Quibus auxiliis excreuit ad vicena quina hominum millia Romanus exercitus. Hoc conſcripto milite, in Boios ducturus Poſthumius, audit à Gallis molliores omnes obſideri aditus, impedita verò Appennini mon-

; itinera nullis teneri præſidiis. Er-
) circumductas per iuga copias, ad
:cliuiora montis loca, citatò pro-
ouet. Non latuit Boiorum ſoler-
ım hoſtis conſilium. Obiecti erant
iter neceſſarium, ſaltus ampliſſi-
i, quâ parte cubat molliùs, in la-
s ſiniſtrum Apenninus, *Litanam
luam Galli vocabant.* Hanc breuiori,
pore inter ſuos, decurſu, Boij oc-
pant; ac nullo alio primùm conſi-
ı quàm vt inſidias ex more oppor-
no loco collocarent, & infeſtis cur-
ıus hoſtes morarentur. Verùm è re
ta ſubiit doli mentio, exclamante
r iocum milite, *quid*, inquit, *ſi ſuc-
t ſylua Pyram & Buſta Romanis ſtrui-
s* ? Accepit omen Imperator &
uæ fraudi frequentes admouet. Iu-
t ſerris inferiores arborum trun-
; partim incîdi, ita nimirùm vt ſta-
ıt immotæ arbores, impulſu facilè
igerentur, eamque in partem in-
nberent, quâ traducendus erat per
ıam Romanorum exercitus. Suc-
s hac arte & pronis in ruinam ar-
ribus, ſyluam vndique cingunt
ij quaſi indagine. Dum Romanus

interea doli neſcius, ſed vt addecet inter hoſtes & ſyluas, cauto milite, & digeſto ordine agmen inducit. Iamque intromiſſus erat vniuerſus exercitus, cùm derepentè, Boij qui oras extremæ ſiluæ circumſederant, vndique ex condicto priores arborum truncos impellunt, hæ pondere ſuo proximas depreſſére; illæ alias. Sic aliis alias deinde inuoluentibus, longè latéque propagata ruina, infinitâ ſtrage equos militares, viros, arma, ſigna, iumenta caſtrenſia, currus, ſarcinas, impedimenta, implicuit, oppreſſit, obtriuit. Tantus intra ſyluam ex-inopinatò incubuit ſtrepitus, crepitus, tonitrus, horror, terror, fragor. Vt quos ſanè perpaucos è tam numeroſo exercitu, vis mali non perculit, eos inermes & ſemianimes ad nota Gallis, & obſepta diuortia, caſus obiecerit. Vniuerſi ferro cõfecti, nec vlli prorsùs data vincula. Conſul ipſe & vnà militum modica manus, in tam inſano tumultu ac diſcrimine ad pontem, quo interfluens ſyluam, fluuius alteri parti quæ labe immunis erat, jungebatur; neſcio

uà trepidus euaſerat: ſed Boiorum
ræſidio interclуſus, maluit armatam
:xteram conſerere, quàm manus da-
'; & gladio ceruices quàm cathenæ.
æſus tamen eſt cum ſuis incolumi
ctore. Præciſum conſulis caput Sa-
ſſæ affixum ad præſentis triumphi
›mpam. Exhauſtum deindè & ex-
ırgatum æterni trophæi loco, in
plum, quod erat inter Boios augu-
ſſimę ſuperſtitionis & princeps; vnà
m imperatorio paludamento, illa-
m eſt. Ex calua poculum ad liba-
ina, auro de more gentis obtectum.
æſorum numerus ex militum albo
t laterculo ſubducendus, ſi decu-
ım exemeris, viginti quinque mil-
ım fuit. Præda verò pari magnitu-
ıe. Quamuis enim partem non mo-
cam ruina corrupit, curribus armis,
uis eliſis, tamen integra ſpolia vi-
›ri ſeruauit, quæ fuga ſolet plerum-
ıe ſubducere. Verſus igitur à dolis
victoriæ ſtudijs; prædæ vni victor
cumbit. Tùm verò maximè depre-
·nſa cladis magnitudo, & ſtragis
›rrenda ſpecies, quæ vel auctores
ſos perculleret; jacentibus inter

virgulta, frondes & arborum truncos, eliſorum hominum, jumentorúmque tot millibus. Cladis certè nuncius vbi primùm eſt allatus, tantam impulit in animos omnium mœſtitiæ molem, vt clauſis tota vrbe tabernis, & priuatâ conſternatione luctum publicum proſequente, patrum atque Ædilium juſſu, ægrè admodum reditum ſit ad ſpeciem aliquam ciuilis conſortij.

T. Sempronius Senatum habuit, conſolatúſque patres eſt, & adhortatus, ne qui Cannenſi ruina non ſuccubuiſſent, ad minores calamitates animos ſubmitterent.

Liuius de eadem clade dec. 3. l. 23.

Eſſe pares animo Cãnis *potuere Quirites;*
Non licet annoſis quercubus *eſſe pares.*

LITANÆ SYLVÆ Sacrificium.

Sacra facit patrio Druidarum ex dogmate Boius,
Nempè quibus nomen quernea ſylua dedit
Omnia ritè facit, verſo licet ordine rerum,
Suppoſita eſt aris victima tota ſuis.

SYlua hæc Litana & Litania dicitur Liuio. *Sylua erat vaſta* (Lita-

m Galli vocant) quà exercitum tra-
ċturus erat. Lib. 23. Eâdem æſtate
Valerius Flaccus in Gallia cũ Boio-
m manu propter *Litaniam* ſyluã ſi-
is collatis ſecundo prælio conflixit.
ċto millia cæſa traduntur. llib. 34.
Innuit Liuius inditum nomen à
allis, Gallicum opinor. An à Syluis
allicis? An à Britannia quæ olim ſyl-
ſa admodum? Si Argentræo vt de-
t, fidem habes, conſtat ex veterum
onumentis & Anglicis, & Britanni-
, Britanniam Gallicam diuiſam olim
ſſe, in primam & ſecundam Leta-
ım. Et membrinæ, Reges nominant
riuſque Letaniæ, quod hodie dici-
r, *de la haute & baſſe Bretaigne*, vel
:taniarum. Incolæ quidem *Læti* dicti
am Zozimo, qui Magnentium Ty-
nnum apud *Lætos* natum fuiſſe in
allia patre Britanno, tradit.
Hæc porrò ſylua partem Apennini
uoluit, quem montem intellige
ud Zonaram, dum de hac ipſa cla-
, ait, Poſthumium Albinum cæſum
m omni exercitu à Boijs cùm iter
berer per ſyluoſum montem.

Vide notitiam Imperij & codicẽ Theodoſij pag. 166.

CAPVT V.

Franci adhuc transrhenani, Romanos cædunt intra ſyluas, viam, & exitum truncis, & frondibus arborum implicantes.

Gregorius Turonenſis. L. 20. C. 90.

QVo dolo ad Litanam ſyluam vſi Boij, Romanos concidére, eo Franci adhuc transrhenani ſexto ferè pòſt ſæculo in eoſdem vſi ſunt; non abſimile genus militiæ Francos inter & Gallos natura jam olim prouidente. Italicam cladem Liuius, Vltrarhenanam tradit Seuerus Sulpitius apud Gregorium Turonenſem, his verbis.

Eo tempore (quo Maximus intra Aquileiam amiſsâ omni ſpe Imperij reſidebat) Genobaldo, Marcomére & Súnone Ducibus; Franci in Germaniam

naniam prorupére, ac pluribus mor-
alium, limite interrupto, cæſis; ferti-
es maximè pagos depopulati, Agrip-
inenſi etiam Coloniæ metum incuſ-
ere. Quod, vbi Treueros perlatum
ſt, Nannius & Quintinus militares
agiſtri quibus infantiam filij & def-
enſionem Galliarum, Maximus com-
iſerat, collecto exercitu apud Agrip-
inam conuenere. Sed onuſti præda
oſtes, Prouinciarum opima depopu-
ti, Rhenum tranſiere, pluribus ſuo-
im in Romano relictis ſolo, ad repe-
ndam depopulationem paratis, cum
uibus congreſſus Romanis accõmo-
us fuit, multis Francorum apud Car-
onariam ferro peremptis. Cumque
onſultaretur de ſucceſſu an in Fran-
am tranſire deberent, Nannius ab-
uit quia non imparatos & in locis
is haud dubiè fortiores futuros ſcie-
it. Quod cùm Quintino & reliquis
ris militaribus diſplicuiſſet, Nannio
ogontiacum reuerſo, Quintinus
m exercitu circa Niuiſium caſtel-
m Rhenum tranſgreſſus, ſecundis à
uio caſtris, caſas habitatoribus va-
as atque ingentes vicos deſtitutos,

offendit. Franci enim ſimulato metu, ſe in remotiores ſaltus receperant, *concidibus* per extrema ſyluarum procuratis. Itaque vniuerſis domibus exuſtis in quas ſtoliditas ignauæ victoriæ conſummationem reponebat; noctem ſollicitam ſub armorum onere milites duxerant, ac primo diluculo Quintino prælij Duce ingreſſi ſaltus, in medium ferè diem implicantes ſe erroribus viarum, toto peruagati ſunt. Tandem cùm ingentibus ſeptis omnia à ſolido clauſa offendiſſent, in paluſtres campos qui ſyluis jungebantur, prorupere. Molientibus, hoſtium rari apparuere qui *conjunctis arborum truncis vel concidibus* ſuperſtantes, velut è faſtigijs turrium ſagittas tormentorum ritu effudere, inlitas herbarum venenis, vt ſummæ cutis neque lethalibus inflicta locis vulnera, haud dubię mortes ſequerentur. Dehinc majori multitudine hoſtiũ circumfuſus exercitus, in aperta camporum quæ libera Franci reliquerant, auidè effuſus eſt, ac primi equites voraginibus immerſi, permixtis hominum, jumentorúmque corporibus, ruina inuicem ſuorum

oppreſſi ſunt. Pedites etiã quos nulla onera equorum calcauerant implicati limo, ægrè explicabãt greſſum, rurſùs ſe qui paulò antè vix emerſerant ſyluis trepidantes occulebant. Perturbatis ergo ordinibus cęſæ legionis, Heraclio Iouinianorum Tribuno, ac penè omnibus qui militibus præerant extinctis; paucis effugium tutum nox & latibula ſyluarum præſtitêre. Hæc in tertio hiſtoriæ libro narrantur.

CAPVT VI.

AMOR VENENVM.

Camma Gallo-Græca mulier, per ſpeciem nuptiarum, mariti necem vlciſcitur.

Ex Plutarcho Cheronenſi in Erotico.

CAMMÆ Galatæ mulieris ſingulare facinus eſt, quo necem marito illatam vltura, ſicarij ſius pœnis, ſe, vitamque impendit.

Erat inclytæ pulchritudinis, nec diſparis pudicitiæ inter Aſiaticos Gallici nominis populos, Tetrarcharum vni Sinato data coniux. Quam cùm deperiret inſano amore Synorix Galatarum potentiſſimus, Sinato inſidias conſtruxit, necemque intulit. Ad vim nefario ſcelere graſſaturus; aut in thalamum coniugio. Sublato igitur è viuis Coniuge cariſſimo, ſuam orbitatem vtcumque ſolabatur Camma, ſacris familiaribus, & publicis; quorum nomine præfecta ſocerdotio Dianæ; in eiuſdem æde, ac ſacrario aſſiduè commorabatur, aulæ pertæſa pompas, & nuptiarum nomen. Auſus tamen Synorix harum mentionem per internuntios facere, molliores longè quàm præceperat animo, reperit aditus. In ſpeciem tandem aſſenſa Synorigi Camma, diem condixit ſponſalibus, Diuæ ſuæ feſtum, in ædẽ ſacram. Illic, ad aram ſacris operaturã coniugalibus libat medicatam veneno pateram; tùm præbibit ipſa, hauritque mediam alacriter. Synorigi, reliquum porrigit, ſanciendæ fidei pignus futurum. Ille auidiùs tantò

exorbuit, quantò inſperatiùs hæc vltro in manus, & patera, & coniux conuenerat. Suo hîc exitu potita, ac damnata voti Camma, exclamauit illico. Ego verò, inquit, optime coniux, moleſtiſſimæ hactenus vitæ ſolitudine perfuncta, manes tuos libenter vlciſcor, Sinati conſors in vita; in morte Synorigis. Paulò deinde poſt veneno ceſſit, & fato Synorix; Camma reliquum diem, noctemque inſequentem ſuperuixit, facti memoriâ, & lætitiæ magnitudine, vim præſentiſſimi veneni illatenus cohibente.

AMOR VENENVM.

AMOR *Venenum eſt vnicum venenorum.*
Amor cicutæ, dirior, cuminique,
Amor aconiti virulentior ſucco.
Amor eſculentis Colchica meretricis,
Et poculentis ter nocentior Philtris.
Amor venenum eſt vnicum venenorum.
Nil, nil veneni, nil habet venenati,
Quem candicante Scorpius gerit caudâ
Follis, recurui ſe nigrante ſuffundens

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Roſtro canalis, pellis in locum laſæ.
Quamuis vtræque vulnus inferant chelæ,
Viamque peſti muniant. Nihil follis
Nihil veneni, nil habet venenati.
Amor venenum eſt vnicum venenorum.
Amor impudicus oſſa cùm penetrauit,
Amor venenum eſt peſſimum venenorum.
Nil viperarum, ſub tumente gingiua,
Latet veneni, turgeat licet plena.
Hinc inde bulla felleo retrimento,
Quod per meatus ora complet arcanos,
Spinæque medios repſit inter anfractus.
Vipera, veneni, Scorpiúſque nil fundit.
Amor venenum eſt vnicum venenorum.
Bibe, bibe Synorix, Camma quem Scyphum præbet;
Nihil hic nocebit; nocuit ille quem dudum
Oculis bibiſti, dum tibi propinaret,

Amor, Venenum peſſimum Venenorum.

Auctores hiſtoriæ naturalis, ſic iſta animalium venena deſcribunt Plinius, Dioſcorides, & alij communiter.

Digitized by Google

CAPVT VII.

Vim illatam, auri vi, & ferri acie vindicat Gallo-Græca mulier Chiomara.

Ex Polybio, Plutarcho, Valerio & alijs.

ALTERVM iam fermè Sæculum inſederant Galli victores, partem illam Aſiæ, quam ſe Galatiam, à ſe deuictiſque gentiıus dixere Gallo-græciam. Erant hi poſteris illorum qui iuniore Brenno)uce tranſmiſerant. Hinc ſatis amıla viſa eſt odij & belli cauſa, Cneio, ;onſuli Antiocheno bello confecto, t in Galatas duceret & Romanus & Ꮧanlius, qui à priore illo Capitolino ognomen & originẽ traheret. Aliam amen ſpeciem arma in Gallos moendi ſiue odio Gallici nominis, ſiue riumphi cupiditati obtendit; auxilia imirum à Galatis Antiocho tranſ-

miſſa. Quam cauſam improbauit Senatus, victoriam tamen lucri fecit; cùm negato triumpho Imperium in Gallogræciam retinuit. Quàm æquo in Manlium, tam in Gallos iniquo iudicio. Igitur cùm Manlius Victricia arma circumferẽs, infeſtis ſignis Gallo-græciæ immineret. Tectoſages, Megana, Olympum Trocmi,& Toliſtobogij montes & præruptas rupes occupauere. Eó belli vim omnem & impetum conferendum ratus, Olympum obſedit Manlius. Et poterat debellatis Gallis olympicus dici, niſi armorum iniquitas maior quàm loci, etiam Auitum Capitolini nomen fœdaſſet. Cauſæ certè communis iniquitatem, turpiorem fecit commilitonum impudentia. Deletis enim ad Olympum Galatarum copiis, ſpoliorum magnitudinem auxit ingens captiuorum numerus. Quo è numero Chiomara Orgiagontis regis vxor præcipuæ formæ mulier, & regiæ vel ore ipſo dignitatis, obuénit in prædæ partem à diribente Imperatore, ductorum vni, cuius nomen ne fœdaret cum fama, poſteris inuidit hiſtoria,

ſcires Romani nominis non priua-
uiſſe dedecus, mollitiem Aſiaticæ
itiæ. Is cùm eſſent ad Ancyram
atiæ ſtatiua, quò tertius caſtris pro-
·è Romanus ab Olympo peruene-
exercitus; inter illas belli moras
Tectoſages ineundi prędo nefarius
ultare cœpit captiuę pudori, & re-
: matronæ omni ope reluctanti,
: vim ſtuprum obtulit. Cuius iniu-
acerbitatem, vt molliret Centu-
io, breuì poteſtatem ad ſuos re-
andi facturum ſe pollicitus, ſpem
ilieri concitauit neſciens, non tam
litus capeſſendi, quàm iniuriæ re-
nendæ. Quâ ſpe illecta Chioma-
, ſui penè oblita, ſuorum viſa me-
niſſe, amantis oculis illuſit, fecit-
e inſano amatori animos, liberta-
n addicendi pretio aureorum ſex-
ntorum. Recepit Chiomara pro-
iè eam ſe pecuniæ ſummam per
ɔs breuì repræſentaturam. Et com-
ɔdùm non longiùs decimo milliari
cum caſtris ceperant Tectoſages.
Illò ſeruum è ſuis vnum, eiuſdem
rtè cuſtodiæ cum litteris deſtinat
maritum Orgiagontem, clam om-

nibus, vno conſcio & auctore Centurione, intendentibus ſeſe jam nocturnis tenebris. Nocte deindè proximè inſequente, vti conuenerat, ad præſtitutum locum captiuam educit extra cuſtodiam, ſector imprudens; & cùm anxiè & curioſè allatum à ſeruo dubiam ad lucem exploraret aurum, expenderétque ad trutinam; præſentis animi mulier & conſilij, patriâ linguâ & Gallicâ fortitudine ſeruum jubet ſtricto ferro librantis jugulum occupare. Quo cæſo; ſparſaſque in ſolum pecunias & librā colligente famulo, inuolat in corruentis gladium Chiomara & jacentem obtruncat. Ita ferè Romani ſtyli Principes. Paulò aliter Graijs monumentis hoc facinus conſignatum eſt. Tradunt enimverò non ad trutinam, ſed ad mulieris ſinum, vt decuit, violatæ pudicitiæ pœnas pependiſſe. Centurio, aiunt, excepto in loculos auri pretio, lætabundus & pręſentis formæ ſpectaculo, quo eſſet in poſterum carendum, commotus, adblandiri etiam molliùs amantium moribus, prolıxè vale dicere. Illa item præter conſuetudinem humaniùs ho-

em excipere, nec ab oſculo qui-
ı , præter ſolitam antè moroſita-
, prohibere. Hîc amore ſaucius
ılo, amorem etiam interpretatus,
:ræ beneuolentiæ faudulenta ſi-
, incurrere in amplexus nec ab-
ıti, incuſare tacitus auaritiæ ſor-
Palam profiteri obnoxium ſe &
nùm, memorem fore; ſibi cordi
ˬnius Chiomaræ memoriam; ſibi
:nè de Romano nomine ſuccen-
Gallicani cupidum. Hæc & alia
:nus amatoriè Balbutientem ar-
complexa Chiomara, ſeruulo
n ad hoc facinus adornauerat
is & familiari nimirùm inter Ga-
ſermone, innuit, vt reducto ab
ıtiſper capite, complectentis cer-
ı frangeret. Quibus fractis, re-
ı illo ab ſeſe trunco, enſem bal-
mque detrahit, & caput in togæ
n implicans, nodo reuinctum in
ım vnà cum Baltheo rejicit; eó-
habitu in ſerui humeros inſilit.
s opera in alteram præterfluen-
ıi oram vado tranſmiſſa, caſtríſ-
ſuorum reddita; vbi primùm in
agontis ingreſſa tentorium eſt;

abjecit ad ſtupentis pedes, enſem, trutinam, aurum, caput. Roganti Regi cujus hæc eſſent ſpolia? *Vindictam inquit impudicitiæ debitam Orgiagonti, occupauit in prædonem Chiomara.*

ETHOPEIA CHIOMARÆ antequam ad Orgiagontem ſcriberet.

CHIOMARA viuis! & grauis vita moras
Tibi ſuperſtes & pudori ſuſtines!
Inulta! ſceleri te, Vel authorem tibi
Supereſſe vitæ, iam tuum fiet ſcelus:
Et eſſe cæpit, potior vt primùm malè
Viſa eſt, videri vita, quàm ratio vnica
Viuendi, honeſtas! paſſa vim, vitã excute.
Inhoneſta viuis regi conſors thori!
Vel præda pereat ipſa, vel prædo impudẽs
Vel ſimul vterq;: pereat altera vt inſimul
Pereat & alter. Gratus eſt iræ modus.
Peribo: ſed peribis, infamis lupæ
Proles Quirinæ. Tela date vel toxica
Turba famularis. Martis ô ſortes graues!
Captiua famulos quæris! hẽ famulos habes
A pedibus, atque à manibus; illis Vtere

miniſtris, quod ferũt geminæ manus,
ſque gemini. Sic erit manicæ dabunt,
unt cataſtæ, vindices iras, dabunt.
nam per ipſa ponè adactus viſcera
re mucro poſſet, & de pectore
riùs ipſo, Romuli in pectus ſacras
rre pœnas, tùm ſibi te vltro in ſinum
mara rogitet hos ad amplexus lubens.
R G I A G O, vitæ quidquid eſt ſceleri
ſuper,
us vocanti dum ſcelus pœnâ inſequor,
ede; partem ſceleris appello meam
unè quidquid tulerit immanis latro.

IN MANLIVM

Expoſtulatio Gallo-Græciæ nomine.

NEPOS Dìones, impudens! lupæ fœda
oles nefandæ! ſic Quirinus ad denſam
rque perreptauit Albulæ ripam,
rus è luſtro in thronum, nepoteſque
eri daturus, & thronum lupanari.
los Roma patres nacta, ſupares tantùm
at nepotes. Sic redibis in primas
a Roma cunas. Ecquid adlubet nôſſe,

Oris paterni imaginem, atque materni.
Ora cacularum cerne Manlianorum.
Impura plebes ſace de Quirinali,
Fax digna venere, digna ſus ſuâ Troiâ;
Rheaue matre, quæ recentius crimen
Diſpulit in auras, improbantibus Diuis.
Veſtæ ſacerdos impiata ſacrata:
In Martis, auſa inferre vernulas, nomen.
Vt fronte, vt oculis, vt labris parentare
Satagit! vt agitat hiſtrioniam totus,
Lenocinantis impudentia vultus!
Torquate Manli, torque digne maiorum;
Sed quem ſub antris litterata plebs geſtat,
Tarpeius eſto, rupe, cùm ſacra præceps,
Vt Atavus aliàs ambies nouum nomen;
Nomen pudori debitum, & tuæ fronti.

CHIOMARA CAPTIVA,

Orgiagonti marito.

Capta licet dicar, tua ſum; mihi vincula ſenſit
Libera mens ſolas impediiſſe manus.
Quin antiqua thori quæ me tibi fœdera nectunt,
Arctiùs aſtricta jam coïere fide.
Qualis ab hibernis concuſſa aquilonibus arbor,

Altiùs amplexu ſtringere nouit humum;
Talis ad hoſtiles vxor captiua maniplos,
Excipere immiſtas nouit amore minas.
Sæpe mihi malenupta hoſtis per verba minatus,
Neſcio quid ſtricto perfidus enſe parat.
Sæpe pharetrati jaculum depromit amoris.
Sic hoſtis furor eſt, alter, & alter amor.
Sæpe mihi victor ſolito truculentiùs, inquit,
Hos manet æternùm certa cataſta pedes.
Nec captiua capi nec vinci, victa tuliſti:
Romulidum inuictas experiere manus.
Hic ego: perpetuum quod nexeris improbe ferrum,
Noſco maritalis vincula ſacra thori.
Audit & auerſo conuertit ſpicula vultu:
Omne leue eſt odium, quod parit, inquit, amor.
Me victore tua cencedit laurea myrto,
Márſque cupidineo victus ab enſe cadit.
Tum mihi neſcio quæ, malè cognita nomina fingit:
Sol, Aurora, animus, cor, dea, vita vocor.
Nomen, ait, melius ſupereſt de millibus vnum
Nempè Quirinalis quod dare tæda ſolet.
Thura maritales redolēt, & balſama tadæ,

Romuleos intrat cùm noua nupta lares.
Hîc tibi de piceo nigrùm fax vnguine
ſudat;
Inſternit quoties barbara Iuno thoros.
Quid iuuat Argiua caput implicuiſſe mi-
tella,
Itala cui melius flammea ferre licet.
Gallica barbarico permiſcens Gauſapa
cultu,
Negligis Auſoniã non benè ſana togam.
Impius his capto ſolet inſultare pudori;
Verba intra tamen eſt liber, & arma,
pudor.
Quin mihi compedibus nuper maniciſque
ſolutis;
Libera in amplexus ſic, ait, eſto nouos.
Mitiùs in gladios me iuſſeris ire paratos.
Inuolo, & infeſtis vnguibus ora noto.
Ille reluctanti cùm ſurpuit oſcula; reddi
Illicet à tota vincla cohorte iubet.
Reddor ego vinclis, æſtuque cadente
furoris,
Priſtina iam noto vincula rore madent.
Tum meus Orgiâgon vincla inter &
arma recurrit,
Vna ferit ſenſus huius imago meos.
Irrita ſpes tamen eſt, quæcunque refulget
ab armis

Aggrediar,

Aggrediar, limen mollius hoſtis habet.
i benè Romulidas, atq; Itala pectora noui
Duplex Auſonia regnat in vrbe Deus.
Curi tangit amor, veneriſque, lupaque nepotes
Altera ſacra ſibi, vendicat alter amor.
Hic minor eſt, licet æternò tamen ardeat igne,
Debet apud natos matris vt ara ſuos.
Altera majores voluens ad ſidera flammas,
Latrones geminos arguit ara patres.
Cùm charæ facies reditu pro cõjugis, vnam
Hanc cumula donis ritè, litare licet.
Non alium, quàm qui tibi nunciat iſta, miniſtrum
Quære ſacris: juſto pondere dona feret.
Sin meus Orgiagon quæ poſcunt ſacra negabit;
Tela ille, aut laqueos, aut aconita ferat.

CAPVT VIII.

Vercingentorix, vt ſuis animos faceret, captiuos Romanos ſtrigoſos, & macie defor-mes objecit.

Ex Cæſaris Comment.

INSIMVLATVS proditionis Vercingentorix, quòd Gallicæ militiæ Præfectus publica Arma mollius, quàm deceret Gallos, in Cæſarem Auaricum Biturigum obſidentem, moueret; Romanam fidem, ſuæ fidei mirâ arte obſidẽ fecit. Statuerat ſolertiſſimus Imperator jam toties victorem hoſtem intercluſis commeatibus, & vaſtatis circùm regionibus, locorum, & annonæ difficultatibus atterere: & jam ſucceſſerat ex parte conſilium, redacti enim erant Cæſariani in grauem rerum, & cibariorum inopiam. Cùm ipſe ſimul vt perfidiæ ſuſpicionem amoliretur,

mul vt animos populatoribus facerent, ad inſolitum quidem, & lentius, ſed ſalubre idem, & neceſſarium belli genus; famam hoſtilium incommodorum ita apud ſuos amplificauit. *Produxit* (in militare conſilium) ſeruos, quos in pabulatione paucis antè diebus, exceperat, & fame, vinculíſque excruciauerat. Ij jam antè edocti, quæ interrogati pronunciarent, milites ſe eſſe Legionarios dicunt; fame, & inopiâ adductos clam ex caſtris exijſſe, ſi quid frumenti, aut pecoris in agris reperire poſſent. Simili omnem exercitum inopiâ premi, nec iam vires ſufficere cuiuſquam, nec ferre operis laborem poſſe: itaque ſtatuiſſe Imperatorem, ſi nihil in oppidi oppugnatione profeciſſet, triduo exercitum deducere. Hæc à me, inquit, Vercingentorix, beneficia habetis, quem proditionis inſimulatis, cuius operâ, ſine veſtro ſanguine, tantum exercitum fame penè conſumptum videtis: quem turpiter ſe ex fuga recipientem, ne qua Ciuitas ſuis finibus recipiat, à me prouiſum eſt. Conclamat omnis multitudo, & ſuo more armis

Verba Cæſaris.

nibus, vno conſcio & auctore Centurione, intendentibus ſeſe jam nocturnis tenebris. Nocte deindè proximè inſequente, vti conuenerat, ad præſtitutum locum captiuam educit extra cuſtodiam, ſector imprudens; & cùm anxiè & curioſè allatum à ſeruo dubiam ad lucem exploraret aurum, expenderétque ad trutinam; præſentis animi mulier & conſilij, patriâ linguâ & Gallicâ fortitudine ſeruum jubet ſtricto ferro librantis jugulum occupare. Quo cæſo; ſparſaſque in ſolum pecunias & librã colligente famulo, inuolat in corruentis gladium Chiomara & jacentem obtruncat. Ita ferè Romani ſtyli Principes. Paulò aliter Graijs monumentis hoc facinus conſignatum eſt. Tradunt enimverò non ad trutinam, ſed ad mulieris ſinum, vt decuit, violatæ pudicitiæ pœnas pependiſſe. Centurio, aiunt, excepto in loculos auri pretio, lætabundus & præſentis formæ ſpectaculo, quo eſſet in poſterum carendum, commotus, adblandiri etiam molliùs amantium moribus, prolixè vale dicere. Illa item præter conſuetudinem humaniùs ho-

minem excipere, nec ab oſculo quidem, præter ſolitam antè moroſitatem, prohibere. Hîc amore ſaucius nebulo, amorem etiam interpretatus, ſiniſtræ beneuolentiæ faudulenta ſigna, incurrere in amplexus nec abnuenti, incuſare tacitus auaritiæ ſordes. Palam profiteri obnoxium ſe & æternùm, memorem fore; ſibi cordi eſſe vnius Chiomaræ memoriam; ſibi ſe penè de Romano nomine ſuccenſere Gallicani cupidum. Hæc & alia id genus amatoriè Balbutientem arctiùs complexa Chiomara, ſeruulo quem ad hoc facinus adornauerat oculis & familiari nimirùm inter Galatas ſermone, innuit, vt reducto ab ſe tantiſper capite, complectentis ceruices frangeret. Quibus fractis, rejecto illo ab ſeſe trunco, enſem baltheúmque detrahit, & caput in togæ ſinum implicans, nodo reuinctum in dorſum vnà cum Baltheo rejicit; eóque habitu in ſerui humeros inſilit. Cujus opera in alteram præterfluentis riui oram vado tranſmiſſa, caſtríſque ſuorum reddita; vbi primùm in Orgiagontis ingreſſa tentorium eſt;

abjecit ad ſtupentis pedes, enſem, trutinam, aurum, caput. Roganti Regi cujus hæc eſſent ſpolia? *Vindictam inquit impudicitiæ debitam Orgiagonti, occupauit in prædonem Chiomara.*

ETHOPEIA CHIOMARÆ antequam ad Orgiagontem ſcriberet.

CHIOMARA viuis! & grauis vitæ moras
Tibi ſuperſtes & pudori ſuſtines!
Inulta? ſceleri te, vel authorem tibi
Supereſſe vitæ, iam tuum fiet ſcelus:
Et eſſe cæpit, potior vt primùm malè
Viſa eſt, videri vita, quàm ratio vnica
Viuendi, honeſtas! paſſa vim, vitã exuite.
Inhoneſta viuis regi conſors thori!
Vel præda pereat ipſa, vel prædo impudẽs
Vel ſimul vterq; : pereat altera vt inſimul
Pereat & alter. Gratus eſt iræ modus.
Peribo: ſed peribis, infamis lupæ
Proles Quirinæ. Tela date vel toxica
Turba famularis. Martis ô ſortes graues!
Captiua famulos quæris! hẽ famulos habes
A pedibus, atque à manibus; illis vtere

Ferri miniſtris, quod ferũt geminæ manus,
Pedeſque gemini. Sic erit manicæ dabunt,
Dabunt cataſtæ, vindices iras, dabunt.
Vtinam per ipſa ponè adactus viſcera
Extare mucro poſſet, & de pectore
Anteriùs ipſo, Romuli in pectus ſacras
Deferre pœnas, tùm ſibi te vltro in ſinum
Chiomara rogitet hos ad amplexus lubens.
ORGIAGO, vitæ quidquid eſt ſceleri ſuper,
Scelus vocanti dum ſcelus pœnâ inſequor,
Concede; partem ſceleris appello meam
Impunè quidquid tulerit immanis latro.

IN MANLIVM

Expoſtulatio Gallo-Græciæ nomine.

NEPOS Diones, impudens! lupæ fœda
Soboles nefandæ! ſic Quirinus ad denſam
Vterque perreptauit Albulæ ripam,
Iturus è luſtro in thronum, nepoteſque
Veneri daturus, & thronum lupanari.
Hos Roma patres nacta, ſupares tantùm
Amat nepotes. Sic redibis in primas
Dea Roma cunas. Ecquid adlubet nôſſe,

Oris paterni imaginem, atque materni.
Ora cacularum cerne Manlianorum.
Impura plebes fæce de Quirinali,
Fax digna venere, digna ſus ſuâ Troiâ;
Rheaue matre, quæ recentius crimen
Diſpulit in auras, improbantibus Diuis.
Veſtæ ſacerdos impiata ſacratæ:
In Martis, auſa inferre vernulas, nomen.
Vt fronte, vt oculis, vt labris parentare
Satagit! vt agitat hiſtrioniam totus,
Lenocinantis impudentia vultus!
Torquate Manli, torque digne maiorum;
Sed quem ſub antris litterata plebs geſtat,
Tarpeius eſto, rupe, cùm ſacra præceps,
Vt Atavus aliàs ambies nouum nomen;
Nomen pudori debitum, & tuæ fronti.

CHIOMARA CAPTIVA,

Orgiagonti marito.

CApta licet dicar, tua ſum; mihi vincula ſenſit
Libera mens ſolas impedijſſe manus.
Quin antiqua thori quæ me tibi fœdera nectunt,
Arctiùs aſtricta jam coïêre fide.
Qualis ab hibernis concuſſa aquilonibus arbor,

Altiùs amplexu ſtringere nouit humum;
Talis ad hoſtiles vxor captiua maniplos,
Excipere immiſtas nouit amore minas.
Sæpe mihi malenupta hoſtis per verba minatus,
Neſcio quid ſtricto perfidus enſe parat.
Sæpe pharetrati jaculum depromit amoris.
Sic hoſtis furor eſt, alter, & alter amor.
Sæpe mihi victor ſolito truculentiùs, inquit,
Hos manet æternùm certa cataſta pedes.
Nec captiua capi nec vinci, victa tuliſti:
Romulidum inuictas experiere manus.
Hîc ego: perpetuum quod nexeris improbe ferrum,
Noſco maritalis vincula ſacra thori.
Audit & auerſo conuertit ſpicula vultu:
Omne leue eſt odium, quod parit, inquit, amor.
Me victore tua cencedit laurea myrto,
Márſque cupidineo victus ab enſe cadit.
Tum mihi neſcio quæ, malè cognita nomina fingit:
Sol, Aurora, animus, cor, dea, vita vocor.
Nomen, ait, melius ſupereſt de millibus vnum
Nempè Quirinalis quod dare tæda ſolet.
Thura maritales redolēt, & balſama tædæ,

Romuleos intrat cùm noua nupta lares.
Hîc tibi de piceo nigrùm fax vnguine
ſudat;
Inſternit quoties barbara Iuno thoros.
Quid juuat Argiua caput implicuiſſe mi-
tella,
Itala cui melius flammea ferre licet.
Gallica barbarico permiſcens Gauſapa
cultu,
Negligis Auſoniā non benè ſana togam.
Impius his capto ſolet inſultare pudori;
Verba intra tamen eſt liber, & arma,
pudor.
Quin mihi compedibus nuper maniciſque
ſolutis;
Libera in amplexus ſic, ait, eſto nouos.
Mitiùs in gladios me iuſſeris ire paratos.
Inuolo, & infeſtis vnguibus ora noto.
Ille reluctanti cùm ſurpuit oſcula; reddi
Illicet à tota vincla cohorte iubet.
Reddor ego vinclis, æſtuque cadente
furoris;
Priſtina iam noto vincula rore madent.
Tum meus Orgiàgon vincla inter &
arma recurrit,
Vna ferit ſenſus huius imago meos.
Irrita ſpes tamen eſt, quæcunque refulget
ab armis
Aggrediar,

Aggrediar, limen mollius hoſtis habet.
Si benè Romulidas, atq; Itala pectora noui
Duplex Auſonia regnat in vrbe Deus.
Auri tangit amor, venerìſque, lupæque nepotes
Altera ſacra ſibi, vendicat alter amor.
Hic minor eſt, licet æternò tamen ardeat igne,
Debet apud natos matris vt ara ſuos.
Altera majores voluens ad ſidera flammas,
Latrones geminos arguit ara patres.
Cùm charæ facies reditu pro cõjugis, vnam
Hanc cumula donis ritè, litare licet.
Non alium, quàm qui tibi nunciat iſta, miniſtrum
Quære ſacris: juſto pondere dona feret.
Sin meus Orgiagon quæ poſcunt ſacra negabit;
Tela ille, aut laqueos, aut aconita ferat.

CAPVT VIII.

Vercingentorix, vt ſuis animos faceret, captiuos Romanos ſtrigoſos, & macie defor-mes objecit.

Ex Cæſaris Comment.

INSIMVLATVS proditionis Vercingentorix, quòd Gallicæ militiæ Præfectus publica Arma molliùs, quàm deceret Gallos, in Cæſarem Auaricum Biturigum obſidentem, moueret; Romanam fidem, ſuæ fidei mirâ arte obſidē fecit. Statuerat ſolertiſſimus Imperator jam toties victorem hoſtem interclusis commeameatibus, & vaſtatis circùm regionibus, locorum, & annonæ difficultatibus atterere: & jam ſucceſſerat ex parte conſilium, redacti enim erant Cæſariani in grauem rerum, & cibariorum inopiam. Cùm ipſe ſimul vt perfidiæ ſuſpicionem amoliretur,

ſimul vt animos populatoribus face-
ret, ad inſolitum quidem, & lentius,
ſed ſalubre idem, & neceſſarium belli
genus; famam hoſtilium incommo-
dorum ita apud ſuos amplificauit. *Pro-
duxit* (in militare conſilium) ſeruos, Verba Cæſaris.
quos in pabulatione paucis antè die-
bus, exceperat, & fame, vinculíſque
excruciauerat. Ij jam antè edocti, quæ
interrogati pronunciarent, milites ſe
eſſe Legionarios dicunt; fame, & ino-
piâ adductos clam ex caſtris exijſſe, ſi
quid frumenti, aut pecoris in agris re-
perire poſſent. Simili omnem exerci-
tum inopiâ premi, nec iam vires ſuffi-
cere cuiuſquam, nec ferre operis la-
borem poſſe: itaque ſtatuiſſe Impe-
ratorem, ſi nihil in oppidi oppugna-
tione profeciſſet, triduo exercitum
deducere. Hæc à me, inquit, Vercin-
gentorix, beneficia habetis, quem
proditionis inſimulatis, cuius operâ,
ſine veſtro ſanguine, tantum exerci-
tum fame penè conſumptum videtis:
quem turpiter ſe ex fuga recipien-
tem, ne qua Ciuitas ſuis finibus reci-
piat, à me prouiſum eſt. Conclamat
omnis multitudo, & ſuo more armis

concrepat: quod facere in eo conſueuerunt, cujus orationem approbant: ſummum eſſe Vercingentorigem ducem, nec de eius fide dubitandum, nec majori ratione bellum adminiſtrari poſſe.

Has ob res vt ſolaretur anxios milites Princeps captiuos graciles ſuapte natura, vt omnes ſunt Perſæ, & macie jam confectos in medium ducit; noſtróſque reſpiciens. En, inquit, quos martia iſta pectora viros exiſtimant, deformes illuuie capellas, & tetras, vt crebri docuerunt, euentus, abiectis armis vertentes ſemet in fugam.

Ammianus l. 24. p. 303. de Iuliano ad Cteſiphontem.

CAPVT IX.

Expulſo Childerico Ægidium Romanũ ſubſtitui curat Vvinomadus ; cui tandem acerbitate conſiliorum , odium commune conflat, vt Childerici deſiderium concitet.

Anno Chr. 459. ex Gregorio Turon. & aliis.

EVECTA in thronum impudicitia modum non ſeruat, quia modum vix nouit etiam priuata. Regiam auctoritatem nacta, effrænem putat, & capto Rege latè dominatur in ſubditos. Hoc jure vſa in Childericum victrix libido, principis poteſtatem impotentiã fecit: quippe quem in alienos thalamos, & ſacros virginum thoros effuſis habenis graſſantem, poſtremâ nequitiâ, per adulteria & ſtupra circumtulit. Nec à li-

beris quidem, nobilibuſque corporibus abſtinuit. Plebeiorum querelis par eſſe poterat regium faſtigium, impar fuit infamiæ magnatum & iracundiæ. Inde publica exarſit in Childericum inuidia, Principum odio plebis audaciam incendente. Iamque videbatur nihil modicum parare ſeditio, ſed dignitati, ſed vitæ Regis vim illatura; niſi Vvinomadi conſilijs periculoſam quidem ſed neceſſariam latebrarũ aleam apud Baſinum Turingiæ Regem quæſiuiſſet Childericus. Erat Vvinomado acre & ſolers ingenium, fides & amor in Regem ſingularis. Auctor eſt ergo maturæ fugæ, quæ furentem generoſorum hominum impetum primò eludat, emolliat deinde. Sic enim euenire plerumque, vt quos præſentes oderis, abſentes requiras. Daturum ſe interim operam ſanctè pollicetur, vt ne Regi fraudi ſit abſentia: omnes rei gerendæ articulos occupaturum. Tum diſſecto bifariam aureo nummo, partem alteram ſeponit ſibi, alteram Childerico in manus tradit. En, inquit, fidei pignus, tum demum reditum accelera, cùm alte-

ram hanc à me bona fide acceperis. Hic Childericus inter amplexus & oſcula illacrymatus. Regis, inquit, oblitus Vvinomade, Childericum ama; tuus dum ſim, Regem non depono; eſt enim, vel regno quolibet longè charior tua hæc & beneuolentia & fides. Vvinomadus contrà, Craterum me & Epheſtionem ſentiet & Rex & Childericus. Hisità de re communi collatis; alterum exegit in Turingios metus, alterũ in regia morata ſpes eſt. In altero fortunæ luſum; fidei conſtantiam in altero mirabere. Vvinomadus enim quam fidem Principi dediſſet, in rem ejuſdem vtiliter apud ſubditos collocari poſſe ratus; eam conjuratis, ac rebellibus commodauit, non tradidit. Nam vbi primùm percrebuit de fuga Childerici rumor: conuersâ illico ab vindicta ad ſpem rerum nouarum, atque ad ambitum curâ, de Rege inaugurando certari cœpit lite difficili Gallos inter & Francos primores. Donec ſummâ ope connitente Vvinomado ne quis alterutra de gente deligeretur, externus homo in Regem aſſumptus eſt,

Ægidius Romanus Patritius, Belgicæ Præfectus Imperatoris nomine; quòd nondum acciſæ penitùs eſſent in Gallia Romanæ res. Ita quo diademate caput nouo Regi colligauit; eodem ſibi arctiſſimè beneuolentiam eius deuinxit Vvinomadus. Et erat ſanè non vulgare pręmiũ amoris, regnum. Huic igitur vni permiſſa rerum, conſiliorúmque ſumma, ab eo ſcilicet qui clientelarium penè ſe Regem agnoſceret. Qua quidem beneuolentiæ ſignificatione feliciter vſus in rem Childerici exulis Vvinomadus, vafro conſilio, Ægidium circumuénit. Eam ènim in mentem induxit, quæ tyrannidis initium, & exitiũ parat. Naſcentis regni vires exhauſto ſubditorum ſanguine exaggerandas eſſe; ſanguinem porrò diuitias videri, quæ ſi affluant geſtire ſubditos, atque inſoleſcere; ſi Principis in ærarium deriuentur, facilè tractari macilentũ imperij corpus, à vegeto Principe. Itaque ſingulos in dies nouis ſub inde nominibus vectigalia imperare cœpit. Donec elapſis jam aliquot annis, tumultuantem plebem, armata manu & vi

compeſcere coactus; docuit aurum è viſceribus terræ erui ferro ſolitum, eodem etiam è priuatorum ſcrinijs in fiſcum extrahi poſſe. Caro tamen ſtetit hoc documentum: publico nimirum odio, & priſtinæ dominationis deſiderio. Neque verò hæſit intra fines agrorum incendium, ſed ab agreſti plebe, vrbanam inuaſit; certante vtrobique cum importuna tyrannide plebeiorum tædio. Quod quanquam deſtinatos ad inuidiæ contemptum animos, leuiter admodum percellere ſolet, tamen vt opportunum eſt magnatum ac potentiorum conjurationibus; ità eſt delatorum ſuſpicionibus accommodatũ. Quare vt plebeijs inuiſum Regem, nobilium quoque odio Vvinomadus obijceret, infenſiſſimos quoſq; Childerico principes viros inſimulat apud Regem: eorum viribus & conſilijs nixam plebem vectigalium obtentu, ac ſpecie, tumultuari contendit. Hinc à plebe ſæuitum in nobiles; ac tanta quidem inhumanitate, vt breuì mira ſecuta ſit in Childericũ vtriuſque ordinis inclinatio; abalienatis à Tyranno, Fran-

corum, Gallorúmque animis. Quibus ità in exulem affectis, operoſum non fuit, reditum Childerici decernere. Mittit curriculo Vvinomadus qui regni ſtatum, rerúmque Childerico nuntiaturus, aurei partem alteram deferat; afferátque, quàm aptè pars in nummum vnum conueniat vtraque, tam compoſitè in Regis legitimi amorem ſuos congruere. Egerat apud Turingios annum jam octauum Childericus exul; cùm, ſuis redditus, æmulum tyrannum, priſtinam in ſedem, & Sueſſionum præfecturam poſtliminio compulit. Ipſe verò regijs omnibus impoſterum virtutibus illuſtris, probauit abundè, Regum optimum tyrocinium, vitam priuatam eſſe.

Aimoin. l. 1. c. 7.

DIMIDIATO NVMMO
bonus Rex emitur.

Ille pudicitiæ quondam venator & hoſtis,
Flamma maritalis, virgineíque thori.
Propudium generis, Francæque infamia gentis,
Diſcit, ab exilio regna parare ſuo.

)imidio potuit vænire numiſmate Princeps,
Qualem diutijs non emat aula ſuis.
cquid erat parui venalis in exule virtus!
Grande vnus pretium eſt nummus, in exilio.

CAPVT X.

FREDEGVNDIS.

ium nouennem per caſtra ircumferens, ſuis animos facit, & hoſti inuidiam conflat.

Ex Gregorio Turon. & alijs.

AGEBATVR annus ſæculi ſexti nonageſimus ſeptimus, cùm fato functus eſt Princeps opus Guntramnus Aurelianenſium c, nepote Chereberto Auſtraſio- Rege in filium & ſucceſſorem ptato. Inter viuos dum egit ſa-

pientiſſimus Rex, nepotem alterum impuberem Clotarium protexit hæreditario in regno, alterum ætatis ardore in aliena efferueſcentem continuit mirificâ prudentiâ inrer officij & regni terminos; huius adoptione, illius tutela, patrocinio vtriuſque; vtriuſque pater veriùs quàm patruus. Nam cùm trifariam importuna ac penè funeſta ſæculi conſuetudo, Francicum Imperium diſtraxiſſet, in Sueſſionenſe, Aurelianenſe & Auſtraſianum: ſublatus per infandum parricidium Sueſſionenſium Rex Chilpericus quadrimeſtrem Clotarium filiū obiecit furori ambitioſi fratruelis Childeberti Auſtraſiæ Regis. Is quò tutiùs & honeſtiùs graſſaretur, vltrò ſibi tutoris nomen impoſuit; & erat armis breuì dignitatem nominis tutaturus, niſi patruus vtriuſque Guntramnus, cupidum alieni adoleſcentem, de ſuo ipſe ſatiaſſet, & in ſpem regni ſui, ſolemnis adoptionis titulo vocaſſet, quòd prole maſculâ careret: ſuſcepta aliunde Clotarij tutela. Ita docuit optimus princeps nullo periculo ambitionem fœnerare. Verùm

matura Guntramni mors, auxit
m patrui opibus Childeberti cupi-
:atem, veteratoria iterum tutelæ
:cie in Clotarij pueritiam incuban-
. Quæſitus & nouus color, Frede-
ndis matris impietas, quæ famæ
n tantùm aduerſæ, ſed & pudendæ
ı, non videbatur idoneo nomine
:elam adminiſtrare poſſe. Hoc igi-
: publico pietatis obtentu ad arma
nuolat, ignarus vitiis virtutes ſacra-
:nto non dicere, nec ambitioni ve-
cari pietatem. Delectus habet vtro-
e ex regno Burgundico & Auſtra-
no numeroſiſſimos. Fredegundis
mulier & pueruli regis mater, &
od erat bellicæ rei non leue in-
mmodum, ſuis pleriſque omnibus
ıiſa, non niſi ſerò manum militum
quã furentium hoſtium copijs obij-
re potuit, ipſo penè in regni medi-
lio. Iam enim magnam regni par-
n populatus erat hoſtilis exercitus,
regiæ ipſi jam imminebat infeſtus.
tellexit Fredegundis tutelam ſui, in
j tutela collocatam eſſe; & quan-
m accederet ſuis erga Clotarium
uerentiæ, tantùm deceſſurum ho-

ſtibus fiduciæ, ac viriũ. Quare vt animos ſuorum confirmaret, infringeret hoſtiles Clotarium quem jam antè in Regem inauguratum, per præcipuas regni ciuitates circũtulerat; ad exercitum properè adduxit, & Francorum auito more in clypeum ſublatum per caſtra ſollicitè oſtentauit, feſtiuo tubarum tympanorúmque fremitu; & adornatis qui ordines militares ad plauſum concitarent, gladiorum ſcutorúmque ſolemni attritu. Quorum alacritatem vt liberiore etiam pueri ſpectaculo aleret, in comparatum ſuggeſtum Clotarium ſecum intulit, concionem militarem virilis mulier initura. Ac primùm quidem circumductis molliter in circunſtantes oculis, filium exoſculata, antias in verticem ſubduxit, & exporrectæ frontis majeſtatem, & regium oris totius decus ſtupenti militi exhibuit. Erat omnino Clotarius regia ſpecie conſpicuus adoleſcentulus, natus tum annos ferme nouem. Fluctuabat in humeros gentilitio Francorũ Principum inſigni, prolixa ex auro flaueſcẽs coma, cutis vegetus, non fæmineus

color, vibrantes oculi, grandiores & ſubnigri; roſeus genarum & labellorum vigor, explicata frons, vultus denique totus ad ſplendorem compoſitus, ſucco magis quàm lacte candidus, virilem ſpeciem auito faſtigio digniſſimam prædicabant.

Senſit enimverò Fredegundis mater, incendi ſuorum ad amorem animos, nec deeſſe matri arma poſſe cùm præſentia fulmina cuderet filij pulchritudo.

Quanquam fœmineas natura remouit ab armis
Cauta manus, gladiique loco dat prouida fuſos,
Non tamen arma negat, gremio ſi filius infans
Luſerit. Hinc oculi, frons hinc, hinc labra genæque
Hinc lacryma & gemitus & qui mouet halitus ora
Bella cient. Pugnat quot telis vnica mater!

Ergo dum calent animi, opportunè armis vtendum rata Fredegundis, vno in obtutu defixa concione.

Hem (inquit intenta in militiam

Oratio Fredegūdis ad milites.

dextera) hem fili vbi tutò deſigas Francicæ maieſtatis nomen. Auorum tuorum nemo vnus vno te iuſtiùs Francorū Rex appellatus eſt. Vaſtati ſunt ab hoſte agri, captæ arces, deletæ ciuitates : regni tamen ſedes integra eſt, cùm tot regnanda Francorum pe-ctora inuitus hoſtis reliquit. Hi tutores ætatis tuæ, hi Francicæ dignitatis aſſertores (*hîc puppulum ſuauiata*) ſic eſt, Principes, Duceſq; generoſiſſimi inuictique milites, ſic eſt omninò. Nullum reliquit ſatis tutum puerilis vitæ Regi veſtro aſylum, hoſtis immanitas, præter vos vnos. Veſtram ille tutelam ambit, fidem obteſtatur, arma implorat, patrociniū expoſcit; in barbaram illam hoſtis crudeliſſimi feritatem : qui iam tot annos, veſtras opes, fortunas & dignitatem euerſurus, orbitati noſtræ inſidiatur, ſanguinis immemor, patruorum oblitus, Francici nominis proditor. Quid tantum ſceleris in fratruelem deſignauit tenella ætas, tam obnoxia iniuriæ, quàm impar vindictæ! Quod nempè facinus admiſerat Clotarius cùm quadrimenſtruus olim puer, priori-

bus

bus in cunis, patre demortuo cerberum paſſurus erat, nî patruus regni ſpem tanquam offam, inhiantis faucibus obieciſſet: quòd Chilperici ſanguis, quòd regni hæres, quòd vnicus magni Clotarij ſurculus, quòd regno innatus, inſanam tyrannidis cupiditatem naſcendi ſorte mulctabat. Adoleſcit etiam in dies ſcelus illud Clotarij veſtri, quòd præclara illa ad omnes regiæ dignitatis numeros indoles, magis magiſq; quotidie eluceſcit. Adultæ lucis ſplendorem timet inuidia, quam vel exorientem ſuſtinere non poteſt. Agnoſcit in Clotario puero, virum Clotarium. Hunc ne vindicem ſentiat, illi inſidias ſtruit. Videt inter tot nobilitatis inuictæ ordines, auiti ſanguinis ſuccreſcentem ſpem, ſuis debitas ſceleribus pœnas accerſere. Vos eius pueritiam tutamini, cuius virilis ætas aſſertorem datura eſt Franc̄ico nomini. Veſtris ille vincat auſpiciis, cuius auſpicata indoles victoriam orbi pollicetur, vobis remuneratorem munificentiſſimum. Ite agite milites, Duceſque generoſiſſimi, vincat improbos pietas, ſacrilegos ſanctitas,

perfidos fides, patria barbaros, religio deſertores. Neque verò pertimeſcendus ille vobis eſt hoſtilium victimarũ numerus: Burgundica lues, Tranſrhenana barbaries, noui regni fides incerta, cladem ſibi, vobis victoriam non incertam parant. Neque tam eſt exiguus veſtrorum militum numerus, vt vincere non poſſit; neque tam innumerus, vt ſingulis victoribus præmia numerari non poſſint, & hoſtium ſpoliis, & regni totius opibus. Vincite, vincite, & quorum orbitatem tantâ fide, & fortitudine defenditis, ab ijs ſcilicet, quæ debentur Regum tutoribus præmia victoriæ, jure veſtro repoſcite.

Hæc vbi profata eſt Fredegundis, aciem inſtrui, educíque jubet; & ordines circum ipſa oberrans, centurionibus, ac gregarijs etiam militibus, præſentem obtrudebat filium; hujus pueritiam, matris ſolitudinem, regni vaſtitatem objjciebat. Tantus porrò ſecutus eſt animorum motus, vt quæ duo videbantur maximè cladem regno allatura, pueri Regis imbecillitas, infirmitas matris; ea præſentiſſi-

mam attulerint victoriam, commiſeratione fortitudinem excitante.

Ità nulla re magis valuit exercitus, quàm quod à fœmina, quòd à puero duceretur.

CAPVT XI.

LANDERICVS

Dubiâ luce hoſtes aggreſſurus, ad ſyluas caſtra metatos, prælatis frondibus decipit.

Eodem anno & iiſdem auctoribus.

QVAMQVAM amor & iracundia, pueri ſpectaculo & matris oratione, militibus animos fecerant, ad pleniſſimam pietatis vindictam: alterum tamen ſupererat, quod in re bellica ſolet eſſe grauiſſimum; geſtientes victoris animos, terriculamentis ex-inopinatò deijcere. Commodùm igitur, ex concione cuneos obeuntem Reginam exceperant

præmiſſi à Landerico (quem filij regníque copijs cum imperio præfecerat Fredegundis) ſpeculatores à caſtris Auſtraſiorum reduces, qui nuntiarent hoſtes quarto ferè milliari proximos ad ſaltus, tentoria non caſtra, poſuiſſe veriùs quàm eſſe metatos. Quippe rerum, armorúmque ſecuros, nullo vallo, nullo aggere, nullis vigilijs; ſocordi, vt plerúmque ſolet eſſe victoria, deſediſſe. Opportuna viſa eſt inſidiis ſaltus vicinia. Eò properè ducendũ cenſet, & inaudito hactenus prælij genere vtendum, ſiue princeps auctor ſponte ſua Landericus, ſiue Fredegundis aſtu, vt veterum hiſtoricorum non nullis placet. Mulier enim quæ pacis fœderíſque tempore quàm feliciter, tam fraudulenter ferro erat vſa; explorare tum demùm voluit ecquid fortunatè militares fraudes juſto bello adhibere poſſet. Sylua erat non condenſa admodùm & implicata, ſed penè cædua vbique & paſcua: illuc admiſerant caſtrenſia jumenta pleraque omnia, nolulis de collo ſuſpenſis, ne longiùs aberrarent, Auſtraſiani. Eandem ſpe-

ciem temerè paſcentium equorum præbiturus Landericus, nolarum numerum ingentem proximis ex oppidis cogit, pedıtéſque adornat, qui permixti equitibus ſtrepitum ederent; & magno quadratóue agmine procedentium turmarum ſonos confunderent. Hac ſpecie pabulantium jumentorũ impunè licuit Landerico, delecto paucorum equitum numero, ſaltus oram legere, & hoſtium caſtra propiùs accedere,ac ſpeculari. Calones dixiſſes, ac lixas qui jumenta de more agerent ad paſcua, aut reuocarent. Deprehendit Landericus neglectis vigilijs, ac ſtationibus,paſſim inermes,& ſomnolentos gregariorum militum ſine præfectis jacére globos; ordinum ductores intra tentoria heſterno labore, aut cibo graues. Hinc próximam ſcilicet ſtragem interpretari Landericus cœpit, tot jam ſtratis hoſtibus. Curriculo igitur ad ſuos reuerſus, properato nuntiat opus eſſet; victos jam penè hoſtes arma & corpora humi abjeciſſe, cædem futuram non pugnam. Francicas ſecures exeri ocyùs, & priùs in frondes expe-

riri mandat. Tum præit ipſe & ramum defringit, cæteris ducis exemplum inſecutis. Ludus eſſe merus videbatur, non pugnæ tam cruentæ proluſio. Iamque procedebant in poſtremam vigiliã nocturnæ tenebræ, cùm anteſignanos jubet ſublatis manu ramis, aut ad ſariſſas, lanceaſque ſubnexis, ternos quaternoſve in frontem extra ſyluam circum hoſtilia caſtra procedere, laxatis oblongiori forma ordinibus. Addit etiam nonnullis in manus priore inſtituto tintinnabula. Mobilis vero hujus ſyluæ, ſeu prioris turmæ latus exterius tegebant reliquæ omnes addenſatis ordinibus, expeditæ copiæ. Tantâ porrò væcordiâ caſtra hoſtium tenebantur, vt ne tum quidem cùm ſtaret in procinctu acies, tot armorũ ſtrepitus auditus ſit. Præſenſerat tamẽ vnus aliquis è priori cuſtodia malè vigil nõ nihil doli; nam cùm fortè ſomno ſolutus maligna adhuc luce, eam in partem oculos intendiſſet curioſiùs; ecqua (inquit ad ſodalem conuerſus) objecta nobis eſt ſylua? longiùs à ſaltu heſterna luce, ni probè fallor, caſtris locum cepe-

ramus. Tum ſocius, edormi, quæſo, heſternam crapulam; ipſiſſima ſylua eſt, cujus ad oram metati ſumus, quò eſſet jumentis commodior pabulatio compaſcuo in loco; audin, eorum tintinnabula? Aſſenſus ſocius, aut ſomni ſe, aut vini damnauit. Dignus vterque qui thyrſo Bacchi, non querneo Landerici ramo periret.

Viderat ex vna geminas ardere lucernas
Ebrius, hinc geminâ de face, ſylua ſubit.
Vtraque lucet adhuc & eodem lumine, verum
Illa tegit, fictum conſerit iſta nemus.

Hos illis inter ſe ſocordi vigilia ſermones miſcentibus; cædis copiam fecit Landericus. Ecce illico inhorreſcit in ferream aciem, frondea illa ſeges, magici penè in morem ſpectaculi. Prior impreſſio libera ab omni vt pugna, ita & diſcrimine, qui propiùs à ſaltibus ſtationem fixerant, inuoluit hoſtes; proximos verò deinde ordines, ità perterruit, vt totis caſtris breuì trepidatum ſit; paucis admodum repugnare auſis. Præſertim cùm

delectæ cohortes, equitúmque turmę, Auſtraſianorum caſtra, Landerici juſſu oberrarent, & parem in animos vbique terrorem circumferrent. Tanta deinceps ſtrages ſecuta eſt, vt tricies millenos de ſuis deſideraſſe, hoc vno prælio Childebertus tradatur.

Paulus Diac. l. 4. c. 2. de geſtis. Langob.

CAPVT XII.

IVDITHA GALLICANA.

Rapta ad nouum Holophernem noua Iuditha, victricis caſtitatis renouat exemplum.

Ex Gregorio Turon. L. 9. C. 27.

FRANCICÆ puellæ facinus, Gallicani juris fecit Hebrææ Iudithę gloriam tantò locupletiùs, quantò eſt virginitas caſtitate conjugali glorioſior. Qua ætate Guntramnus Francorum Rex Aurelianenſe, & Burgundicum regnum vno imperio moderabatur, Campaniæ

Gallicæ præfecturam commiſerat Amolono Duci, viro illi quidem forti ac ſtrenuo; ſed quod nefarium ſingulariter in Prorege eſt, minùs pudico. Decet enim prouinciarum, populorúmque Rectores, ædes ſuas, vt templa; conclauia, vt ſacrarium; cubilia, vt aram pudicitiæ ſtatuere. Et eſt quidem vox illa non militaris minùs, qnàm verè Chriſtiana, magni illius Bucicautij Genüæ quondam Proregis; qua petulantem è ſuo comitatu equitem caſtigauit, qui inter vicos obuiam fortè, puellam liberali admodum ore, & præcipuæ elegantiæ intuitus, viſúſque Proregi paulò profuſiùs laudare quàm pudicè deceret aſpicientem; *à Proregis familia, indignum ſibi videri*, aſſerüit, *vel leui oculorum conjectu delibari pudicitiam.* Vidit impudicè Amolonus, graſſaturus etiam procaciùs, niſi malam eius mentem, prauúmque conſilium, bonus puellæ genius anteuertiſſet. Inter hilariora pocula laſciuientiũ conuiuarum, & famulorum, juſſerat impurus nebulo, eam, ſi muneribus tandem & illicijs cederet, volentem; ſin repu-

gnaret, & per vim ſibi ſiſti. Rapta ergo per infame latrocinium ab paternis ædibus, in Proregis penetrale inducitur. Quam ipſe amore ſimul & vino madidis excepit oculis. Sed hîc, vel ſemel ſaltem ſobria ebrietas fuit; & quam erat vim puellæ illatura, Amolono fecit. Somno enim ſtatim ab eius ingreſſu altè depoſitus, nocendi mentem, & vires amiſit. Eo jam ferè alteram horam ità ſopito abceſſere cubiculares ſatellites. Quibus digreſſis, non ſe ipſa virgo deſeruit. Injecta enim ab bono Genio diuinitus mente, ſuppoſitum ceruicali Proregis enſem, noua Iuditha generosè extrahit; pręmiſsáque breui ad Deum oratione, in dormientis ceruices ſemel iterúmque impingit. Expergefactus dolore Amolonus, vociferari ſcilicet horrendũ in modũ. Ad cujus ſtrepitum accurſum trepidè à famulis. At vbì sẽſit Amolonus vim ſibi ab ea puella illatã, cui vim ipſe paraſſet, tantam, tamque luculentã Numinis prouidentiam veneratus, & oſculatus vindicantis manum; verbis quãquam intermortuis, vetuit ſeueriſſimè, ne

quid grauiùs in puellam à famulis ſtatueretur. Eaque Chriſtiana in voce, & recta mente animam efflauit. Dum verò cunctantur ſerui, ſeu juſſu Domini, ſeu ſtupore, elapſa puella ad Guntramnum Regem euaſit, vnius & dimidiati ferè diei itinere diſſitum. Ad cujus genua prouoluta, ſparſis capillis, & decoris ſuffuſa lacrymis, veniam rogare cœpit. Vt verò criminis nouitatem audiuit optimus Princeps, Virginis factum liberali præconio collaudauit, regium illi, bene ſanè merenti, patrocinium vltro pollicitus: quod & impendit profuſiſſimè.

IN IMAGINEM vtriuſque Iudithæ.

Ex P. Petro le Moine.

HOLOPHERNE eſt couché; ce flambeau qui ſommeille Amolon.
A meſlé ſa lumiere auec l'obſcurité,
Et IVDITH fait de l'ombre vn voile à ſa beauté,

De peur qu'à ſon éclat le Barbare
s'éueille.
Le fer que tient en main cette
chaſte merueille,
Ajoûte à ſon viſage vne fiere clarté;
Et pour la confirmer en cette extre-
mité,
Son bon Ange luy fait ce diſcours à
l'oreille.
Aſſeure-toy IVDITH, tu vas
tuër vn mort,
Le ſommeil, & le vin par vn com-
mun effort,
Ont déja commencé le meurtre, & ta
conqueſte.
Ton captif ne doit pas te donner
de la peur,
Et ton bras ſans danger pourra cou-
per la teſte,
D'vn homme à qui tes yeux ont
arraché le cœur.

STertit Amolones, & tedæ ſegnior ignis,
In dubiam lucem, tenues permiſcuit umbras;
Texuit his Theutilla ſua velamina formæ,
Ne duplex geminæ ſplendor facis excitet hoſtem.
Martius ora tamen fulgor ſuccendit; ab illo
Dextera quem caſta diſtrinxit Amazonis enſe.
Vtque animum duro rerum ſub cardine firmet,
Iſta, bonus, trepidæ, Genius ſubmittit in aurem.
Ne quid, ait, Theutilla time; jacet ecce peremptus
Quem perimas; ſopor atque merum communibus armis
Principium cædis fecere, tuíque triumphi.
Nec metus à capto eſt, gemino quem fune ligaſti:
Præſcindenda illi nullo diſcrimine ceruix;
Quem tua, jam proprio mulctarunt lumina corde.

FAMIANVS STRADA
in proluſionibus Academicis.

INterea è laribus patrijs, & paupere tecto
Theutillam famuli abſtulerant, prædaque potiti,
Ibant per noctem, & Domino ſpolia ampla ferebant.
Quam miſer vt vidit, venis namque hauſerat ignem
Altiùs, & nimiū hærebat ſub pectore vult',
Expedit amplexus, & amori immittit habenas.
Illa ſed in tenera quæ magnum ætate gerebat,
Regalémq; animū, nulli tractabile pectus;
Auerſata virū: quanquā deprenſa tenetur,
Vt deprenſa graui venantum indagine cerua;
Excutit amplexus, & turpia vincla reſoluit,
Si qua viā vis inueniat. Stat pectore fixum
Antè mori, quàm ſacra Deo violare pudoris
Iura, fidémque ſui, & fæda ſuccumbere flammæ.

Noctis erat medium, & ſomnus ſua regna reuiſens
Amalium cura feſſum, vinóque grauatum
Acceßit prope (ſic ſuperi voluiſtis) & illũ
Lethæa mulſit medicati aſpergine rami,
Terque recuſanti nutantia lumina clauſit.
At non, ſollicita euentu Theutilla futuro,
Soluitur in ſomnum: ſedenim vigil omnia luſtrat,
Si ſpes vlla fugæ, vino dũ languidus alter,
Et captus ſomno, poſuit caput. At loca latè
Clauſa videns, lacrymiſque genas perfuſa decoras;
En quid agam! (aiebat) rurſúmne in prælia, rurſum
In fluctus, juuenis ſceleri deuota reſeruor?
Heu pudor infelix, & forma inimica pudori?
Hactenus eluſi laqueos, vim viribus exi,
Sciſſa comas, lacera vnque genas, & dentibus ora;
Pura tamen ſceleris.
At nunc majus opus ſupereſt mihi. Vicimus hoſtem
Nempe mero victum; quid cùm vigilauerit, & ſe
Eluſum agnorit; quo te virguncula niſu
Expedies, & robuſto pugnabis amori?

Tu ſuperũ Regina, niues cui pectoris hujus
Seruo libens, tu Diua meo ſuccurre dolori.
Dixit & Amalij ſupra caput aſpicit enſẽ
Suſpenſũ thalamo: conſpectu protinus illo
Neſcio quid menti magnum ſubit. Atque, ſalutem
Hic ne mihi dabit enſis, ait, longóque Tyrannum
Componet ſomno? Furijs ità percita ferrum
Denudat, cœptiſq; ingentibus effera virgo
In juuenem fertur, cædiſq; interrita ſignat
Antè locũ, ſed dextra gelu tardata repentè
Abſtinet, & ſecum mota jam mente; quid audes
Stulta, nec euentum reputas Theutilla futurum?
Pone animos, pone arma tuis non æqua lacertis.
Iamq; recondebat ferrũ, cùm ſæuior intus
Ira iterum aſſurgit: iam cordi tota pudoris
Cura redit; iam multa animo Iuditha recurſat,
Impellitq; animos, operiſq; accẽdit amore.
Hoc placet exemplum; ſeque infert turbida lecto,
Et iuueni crinem laua implicat, & ſimul enſem
Intorquet dextra. Dextrã tu dirige, dixit

Non ignara mei victrix Hebræa laboris.
Sic iugulum, connixa petit, repetitque, nec vltrà
Faucibus immerſum capulo tenus exigit enſem.
Illum expirantem famuli, & ſuprema gementem
Audiuere, ſimul, furiata mente ruebant
Virginis in cædem.
Ipſe ſed exanimis, ſingultantique coërcens
Voce oculiſque ſuos. Vos, inquit, parcite vitæ,
Parcere nam ſuperi, ſic me volüere pudori.
Dixit & hac moriens vitam cum voce reliquit.
Sed te Francigenas inter fortiſſima quondam,
Nulla dies oblita premet: tuaque inclyta dextra;
Argumentum ingens patriæ virtutis, in æuum
(Si tantum ſperare licet à carmine) viuet,
Iudithamque ſuam fortis quoque Gallus habebit.

CAPVT XIII.

STROPHIVM CLOTILDIS.

Vt fratrum animos concitaret in Amalaricum, cruentum ſudariolum tranſmiſit Clotildis.

Greg. Tur. L. 3. & alij. Childeberto & Clotario Francorum regibus, Pariſ. illo, hoc Sueſſionum.

ENVPTA in Viſigothorum regiam Regij Francorum ſanguinis Childeberti & Clotarij ſoror, Clotildis maternæ pietatis æmula fœmina pientiſſima, impiiſſimo Regi Amalarico in manus conuenerat. Quali conſortio agna lupo, vel dama leoni traditur. Arriano homini & fero, inſignis morum commoditas, & pietas ſyncera odio fuit. Amare non ſuſtinuit Amalaricus partem ſui, ſibi diſſimilem; nec exulante amore,

odio modum facere. Seruiebat intra regiam Clotildis, & cum aulica ſeruitute, publicam patiebatur. Ita enim ex regio comparatus eſt vulgi animus, vt principis mores vniuerſos effingat. Malè habitam à ſuperſtitioſo coniuge, aut ab efferato Rege, non leuiùs in publica luce populus excipere, ad ſacras catholicorum ædes itantem, probris, ſibilis, & fœdis luti, lotiique ſparſionibus proſequi; habere denique, non modò vt vulgaris ſortis fœminam, ſed vt viliſſimum de fæce plebeia mancipium. A pietatis officiis reducem Domi Tyrannus conuitiis laceſſere, inceſſere contumeliis, ſæpe etiam per ſummum nefas plagis violare. Pares animos domeſtico & priuato malo Clotildi tamdiu pietas fecit, quamdiu ſpes eluxit aliqua ſanctioris olim in Coniuge, & Viſigothorum gente frugis; qualem mater Clotildis in Francica, & coniuge Clodouæo magno fecerat. At vbi depoſita ſpes omnis eſt; iuſtæ vindictæ pares animos pietas fecit. Amalaricus ex ſolenni ſuo malè mulctatam, ſceleratis manibus, per

infamem væcordiam cruentârat. Illa vultu ſaucio in penitius conclaue dilapſa, in malè ſanum apud fratres expoſtulatura, literas exarat, totamque duriſſimæ ſeruitutis ſeriem ediſſerit, cruentum verò proprio ſanguine ſudarium chartis inuolutum, rei teſtem vberrimum tranſmittit. Huius vel aſpectu primulo ad arma conuolat Childebertus, & traiecto vltra Pyrenæos exercitu, improuiſus vindex Tyranno imminet. Timida eſt & imbellis omnis crudelitas, ferri fulgorem non ſuſtinet, niſi quod tractat; hoſtilis ferri acie perſtringitur. Vix primam impreſſionem ſuſtinuit Amalaricus, infami fugâ ſuorum deſertor in prælio, quos ad immanem barbariem animârat exemplo. Parſurus erat multitudini Childebertus, niſi conſciam & conſortem ſceleris vindicta popoſciſſet. Edita eſt ergo ſtupenda ſtrages, & ad excidium gentis vniuerſæ res proceſſura videbatur, nî celeri deditione vnà cum Clotilde principes ciuitates victori traditæ modum feciſſent. Effugerat interea cladis auctor, & mali princeps, Amalaricus,

claſſe in Africam tranſmiſſurus; ac erat nocentem, vt ſolet inſequuta vindicta. Maluit, vindice impietatis conſilio, ſalutem iteratò in diſcrimen vocare, quàm Regem inopem tuto exilio permittere. Regreſſus ad regios theſauros ex principe ciuitate auehē-dos, deuénit in hoſtium inſidias; & homo impius cùm, ſacras in ædes perfugium quæreret, cæſus vt placet non nemini, ab ipſomet Childeberto, Francico ſanguini pœnas dedit.

AD STROPHIVM CLOTILDIS.

CLOTILDIS CAPTIVA CHILDEBERTO FRATRI FRANC. REGI.

QVAM legis à mæſta vénit tibi charta ſorore;
Charta pari mæſta eſt, quàm ſoror ipſa modo.

Quòd tibi plùs nimio palleſcere fortè videtur;
Ille eſt ſcribentis natus ab ore color.
Quas hic cunque vides media inter verba lituras;
Fecerunt oculis flumina nata meis.
Sæpe animi grauior, verſus interpolat, horror;
Hinc etiam obliquè linea ducta, labat.
Ecquid enim recto deducere tramite poßit,
Mota characteres, corde tremente manus!
Hos facit insidens dolor in præcordia motus;
Hos pariter motus, ira metuſque cient.
Dum metuit grauiora dolor; dolor auctior vrget,
Auctior in præſens cor quatit ira malum.
Vnde quieta poteſt apices in verba jugare
Dextra; triplex animũ quando procella ferit?
Hæ memini patrium, ſi quæ mihi commoda cælum,
Si quæ naſcendi ſors dedit antè mihi;
Cuncta mihi Heſperij periere Cyclopis in aula;
Hæc ſimul infœlix dilapidauit hymen.
Reginæ titulis, & coniugis ancillari,
Regina & coniux ſtemmate franca, poteſt:
Regia tota ſoror, maleſauſta in coniuge, ceßit
In famulæ nomen, ſeruitiumque graue.
Ni ſeruire negas, cui frontem ſtigmata ſignant;
Tempora cui ſignant, cui labra cuique genas.
Ni vitæ ſupereſſe aliquid jam penè ſepultæ
Dixeris; aut vitam dixeris eſſe, mori.
Ni moriar; conciſa dies mi frater in omnes;
Cui nec vita ſuus ſit ſuper ipſe Deus.

Eſſe meus, Deus ipſe mihi jam deſiit, aram
Et ſacra jam longùm cuius adire, nefas.
Orta Clodouæo, tamen interdicta paternis,
Ad noua penè adigor ſacra profana, ſacris.
Quod ſi fortè lubet, vel furtim adrepere templis,
Diuinam patrio, remque patrare, modo;
Tum rea ſic, peragor, violato vt numine quondam
Scilicet, à ſæuo paſſa Nerone, fides.
Illa fides animo ſedit, totumque parentem,
Et patrium juſſit corde ſedere decus.
Hanc tamen Heſperius, cũ patris honore, Tyrannus,
Eripere è medio corde ſororis auet.
Tu frater ſuccurre inopi numenque ſororemque
Eripe; perpetibus vimque, dolumque, malis.
Nuper ego, heu nuper, medijs confiſa tenebris,
Queis ſacra natalis nox operanda venit;
Ad Bethlemiticæ ſimulatos rupis honores,
Dum pergo, & tenui lumine furor iter,
Quas ego non voces, quæ non conuitia ſenſi!
Pars ſi qua in vicis obuiã plebis erat.
Quo ſaga? quo clamant nocturna Venefica tendit?
Quod ſcelus hæc tenebris conſociata parat?
Vt vidi vt ſenſi maledictis ſaxa parari,
Abripui celeri me comitemque fuga.
Dum properant ad ſaxa citi, fugio ocyor illis,
Et feror auerſis ad ſacra templa vijs.
Heu quibus hinc oculis, quo turbine vocis amaræ
Suſcepit reducem me Truculentus herus!

Mox paria Inſanæ facta acceſſere loquelæ;
Nec minùs eſt dura barbara voce, manus.
Sæuior inde etiam, pugnis, atque vnguibus ora
Et ferit & notat & macerat & lacerat
Crudelis! * * * * * *
* * * * *

Quid facerem infælix: lacerata in Cyclade, vultu
Sed lacerata magis, in penetrale ruo.
Abſcondor ſtrophiumque cauis complexa volarum,
Adſpondam in geminas mæſta recūbo manus.
Poplite ſic flexo connixa vtroque, fluentes
Amne perennanti tergere conor aquas.
Immadüere manus, ſtrophium dum permeat humor,
Mixtus enim lacrymis ſanguinis humor erat.
Multus vtroque oculo, de nare it multus vtraque,
Multus vtroque labro, multus vtraque gena.
Exilio, turbante metu greſſumque, oculoſque;
Ad ſpeculum vultus anxia quæro meos.
Vix bene me noui, ſic deformata videbar:
Obſtupui & dixi, priſca Clotildis vbi es!
De ſudariolo tibi frater imago paratur;
Aſpice quas maculas eſt tua paſſa domus.
Fecit Amalricus; tu ſic inſcribe tabellam,
Fecit, at antiquus pictor ab arte recens.
Nec tabula mouet ille manum jam tempore longo
Barbarus! à facie barbarus ille mea.
Eripe me ſi qua eſt pietas, ſi quid tibi læua
Parte micat patrij ſanguinis, affer opem.

Nuncius heſperias à te tranſmiſſus in oras,
Barbarico repetat pignus ab hoſte ſuum.
Pignus amicitiæ, quam non bene reddidit hoſtis,
Et quam crediderat tu malè, quare fidem.
Sin finem ærumnis, libertatique cupitæ
Principium, antè dabit mortis amica manus;
Si mala quæ patior præuertent nuncia; frater,
Frater ab hac referas oſſa ſororis humo.
Si nulla hîc vnquam viuenti contigit, illi
Sit ſaltem in patria poſt ſua fata quies.
Sic me nempe jubent, quæ ſum mala paſſa, cauere,
Ne vexet cineres barbara terra meos.

CAPVT XIV.

Vulneratus à Bertoldo Dagobertus, partem capillitij, & cutis, quam enſe ſtrinxerat hoſtis, ad Patrem miſit, vt eius iram accenderet.

An. Chr. 627. Clotario ſecundo Rege.

AVSTRASIANIS in Regem datus à patre Clotario Dagobertus, ſtatuerat omnibus

æquitatis & iuſtitiæ officiis, ineuntis regni conſecrare primordia. Et iam ſingularibus exemplis cœperat inſignem ſæculo lucem afferre, cùm repentè Prouincias & Vrbes luſtranti, Saxonici belli rumor interceſſit. A lancibus Themidis ad gladium itum; quanquam ne tum quidem abiecta diuæ trutina, cuius cauſam gladio Rex perſequeretur. Nec verò ceſſit infeliciter nouo Regi, laceſſita fortitudo, licet enim primo trans Rhenum congreſſu, à Duce Saxonum Bertulpho vulnus accepit, breuì tamen, perduellis audaciam vltus eſt, vocato in vindictæ ſocietatem patre Clotario. Venanti per Arduennæ ſaltus allatæ literæ, & vnà detracta de capite Dagoberti, ab hoſtium Duce cutis particula, etiamnum adhærentibus capillis more inter Francos principali, longiùs promiſſis: quam perfoſſâ galeâ perfidus Saxo diſtrinxerat. Non maiora concipit irarum incendia rubri panni conſpectu taurus, aut elephas; aut detractis leæna catulis. Exilit illicò, neque fallunt paterna viſcera amor & ira. Erat de.

proximo exemplum, venandi ardor, qui in legitimum furorem verſus, ſitire cœpit debitum ſceleri cruorem. Tumultuario igitur collecto exercitu Rhenum traiicit, & ad filij caſtra cis Viſurgim fixa, contendit. Exceptus incredibili Auſtraſianorum plauſu, & fauſtis totius militiæ acclamationibus, Saxones in aduerſa ripa tēdentes incertos rei mirificè perculit. Bertulphus ipſe de Francis ſciſcitatus, ecquid noui, & tam inſolentis ſtrepitus eſſet? Cùm audiſſet Clotarium in caſtra filij aduentâſſe; ſuorum timori conſulturus, finxit primùm, palamque profeſſus eſt, Clotarij exitum jam non paucos ante dies, certò accepiſſe ſe; nec dubijs ſignis, metus conuinci qui vana confingerent. Vbi verò Clotarius amotâ Caſſide, regio in equo, & Chlamyde, & effuſa canitie conſpicuus, legere cœpit aperto capite ripam objectam infinitæ Saxonum multitudini, quam inſolitus plauſus è caſtris excierat: tum demùm Bertulphus majori metu audaciam ad impudentiam exaggerante, conuitijs regem excepit, & *ades ergo* (inquit) *vetuſte*

canterie. Non tulit os hominis Clotarius, at ſaltu, admiſſo in profluentem equo, hoſtilem in ripam enatauit, & rei nouitate perculſos hoſtes, comitatu ſuorum non admodum numeroſo proſecutus, excídit immenſa clade. Bertulphum Ducem ipſe transfódit; cæſúmque perduellis caput, ad filium detulit. *En habes*, inquit, *tibi repenſum capite toto, capillorum faſcem.*

In peila Francus, filij mutat pilos,
Pilóſne credis eſſe ducendos pili!

CAPVT XV.

Tranſgreſſis in Anglicum ſolum copijs, Guillelmus Normanniæ Dux, vincendi neceſſitatem impoſuit, ſuccensâ claſſe.

Ex Hiſtoria Normann.

VLTIMVS ex Anglo-Saxonum ſtirpe Eduvardus Angliæ Rex, qui ab ſanctitate

appellationem ſortitus eſt;poterat in optione hæredis à ſapientia nanciſci; cum poſtremis tabulis regiæ dignitatis hęredem ſcripſit Vvilelmum Normanniæ Ducem. Apud eum diuerterat exul Eduvardus, & hoſpitij humanitatem ſolio ratus opportunam, in hoſpite benigno, Regem optimum prouidit;ſuorum imprimis amantem, qui alienos tam beneuolè complecteretur. Ad hanc dignitatem aſſerendam magnis animis inſurrexit Vvilelmus, & fatis functo Eduvardo, numeroſam claſſem in Angliæ portum illum, qui Hartingius dicitur, intulit. Erat in procinctu, regni Æmulus Haraldus Canuti ſecundi ex ſorore nepos, quem populares omni ope in regni faſtigium agebant. Vvilelmus tamen in hoſticum ſic jubet exſcendi, vt hæreditarium miles intelligeret *ſolũ* eſſe; & aduerſis etiam ſub ſignis, jam tum Vvilelmi patrimonium. Hactenus ferro vtendum, cùm in armis ſtaret hoſtis; cùm cederet, parcendum. Indolendum, cùm caderet. Hanc porrò inſulam nouis auſpicijs patriam dicendam, veterem oblitis,

niſi fortè cùm Gallicos ſpiritus, virtus Normannica ſuggereret. Atque vt ſuis imponeret vincendi neceſſitatem; iubet vniuerſos in littus exilire; & deſcripto in aciem exercitu, manu alterâ terram Angliam oſtentans, *hæc*, inquit, *patria altera*. Deindè paratis ex compoſito incendiarijs, faces in ſingulas naues immitti mandat; & ſpem atque audaciam fortunæ ſuæ ac ſuorum puppem ac proram facit. Vtriq; tandem ceſſit Haraldus prælio victus cæſúſque pridie id. Oct. An. 1066.

CAPVT XVI.

ROBERTVS NORMANNVS

Pedem referentibus ſuis, pudore animos fecit; vexillum in medios hoſtium cuneos jaculatus.

An. Chr. 1097. Kal. Iulijs. ex G. Tyr. L. 3. C. 11. Albert. Aquenſi L. 2. C 42.

VICTOR ab expugnata Nicæa Chriſtianorum exercitus Hugo-

nis magni, Gotofredi, aliorúmque Principum virorum auſpicijs, in Syriam iter intenderat; cùm tertijs fermè caſtris, in immenſas Barbarorum copias incurrit. Has improbo conatu collegerat ex omni colluuione infenſarum nomini Chriſtiano gentium Solimanus deuictæ modò ciuitatis Tyrannus. Quarum eò erat impetus acrior futurus, quòd eius ductu militarent, qui diſſoluendę obſidionis ſpe dejectus, abductis Conſtantinopolim vxore, & liberis amiſsâ imperij ſede, & arce: & conjugales animos, & patrios, & regios auitæ ſuperſtitioni tuendæ ſuccenderet. Priorem impreſſionem excepêre Boamundus, & Tancredus, animis quidem vt Gallicæ originis Italos decebat, inuictis; labo-rantibus tamen noſtrum ordinibus, propter infinitam telorum, hoſtiumque multitudinem, cladem auertit, Hugonis, & Roberti Normannorum Ducis aduentus. Magna nihilominus Chriſtianorum & Barbarorũ contentione. Solimanus enim quòd bifariam diductas noſtrorum copias audiſſet, duas pariter in acies ſuos deſcripſerat,

noſtris vtriſque ſingulas longè numero ſuperiores. Ergo recentes recentibus objjcere,& jam defatigatis; qua re præfidebat maximè, multitudine obluctari. Robertus inclinatam ſuorum aciem cùm videret, Seruij Tullij vetus exemplum, Gallici juris fecit. Raptum enim ab Signifero vexillum in denſiſſimos hoſtium cuneos immiſit, cujus repetendi gratiâ furorem pudor excitauit, & in eam aciem Normannos intulit, tanto quidem impetu, vt diſſolutis his ordinibus, receptóque ſigno, propagatus in reliquas hoſtium turmas inſolitus terror, cladem vnà latè intulerit. Nec tamen incruenta victoria fuit, Solimanno ſuos quà vi, quà verbis, quà exemplo, & manu confirmante, & ad noctem ordines identidem reſtituente. Trepidis hoſtibus perfugium fuit inter nocturnas tenebras in proxima prærupta juga; hinc ante lucem laceras ſuorum reliquias cladis plenus, & ignominiæ eduxit Solimannus. Cæſa traduntur Machumetanorum quadraginta millia, noſtrorum duo.

Front. c. 8. l. 2.

Deſinẽ

VEXILLA IN HOSTES CONIECTA.

Deſine Neuſtriacas Roberte mouere Phalangas, Neuſtria, Normannia, dicta.
Hoſtis ſub ſignis militat ecce tuis.
Fallor ego! anne etiam cum ſignis transfuga factus
Arma malo Princeps prodit amica dolo?
Hic dolus eſt, victam ſigna imponuntur in vrbem:
Tu quoque Neuſtriadum Barbare ſigna feres.

CAPVT XVII.

Galbertus ſub aquis defert in teſta ardentes prunas, & vallum hoſtile ſuccendit.

An. Ch. 1210. Philippo Auguſto Rege. ex Guilhelmo Britone L. 7. Philippidos p. 310. & Rigordo in eodem Philippo.

INSEDERAT Anglus numeroſa præſidij manu oppidum, & arcem in media Sequanæ Inſula, vt vi- La Roche Gaillard,

ctori Philippo validi propugnaculi moras obiiceret. Erat locus ſæculi more munitiſſimus. Arx vallo triplici, vrbs duplici circumſepta. Alterum è vacerris humilius, ſublimius alterum è craſſioribus palis, rectà innexis, perpetuo ambitu muros tuebatur. Oppidum decliui leniter iugo in ortum cubabat ad Sequanam. Illic reductus in Sinum fluuius ſpeciem aliquam portus efformabat. Alteri lateri arx impoſita, hinc ad alterum latus oppido explicato. Totâ verò ripâ prætenſum munimentum geminato ordine, ſucceſſum in vrbem illâ parte, muris expertem vt ſolet, ad oram fluminis, prohibebat. Hinc tamen graſſata peſtis, & oppidum & arcem involuit. Nam cùm alteram Iuſulæ partem caſtris Francus occupâſſet, & in eum toto præſidij robore de ripenſi regione ſecurus Anglus, experiretur, diu protrahenda videbatur obſidio, niſi prima de nobilitate generoſus adoleſcens Galbertus animi fortitudinem, quàm felici, tam ſingulari facinore probâſſet. Erat imprimis natandi peritiſſimus, vt pote qui cõpreſſo

ſpiritu, aquis immerſus non ægrè ad-modũ ſtadia octo emetiretur. Placuit igitur experiri ecquid in igne poſſet, qui in aqua primas ferret. Ardentes itaque prunas in teſtaceam vrnulam conijcit, os obſtruit bitumineo cæmento, tum illigatam fune de collo ſuſpendit, mox aquas longo interuallo ab vrbe, ſubit. Ac tandem ad imum vallum incolumis euadit. Hîc diffracto vaſe & collecto ex littorali alga, iam multis ſolibus exſiccata, fomite, ignem vallis ſubiicit. Corripuit illico proxima quæque flamma, & Galberto ad ſuos enatante, vltra vallum vtrumque, in vicinas domos latè propagatum incendium, & vallorum tutelam & vrbis maximam partem abſumpſit. Obſeruârat enim ſolertiſſimus commenti auctor, vt decebat aquarum conſultiſſimum, opportunos Euri flatus vehementiùs in vrbem ſpirantis, quò ſparſa longiùs flamma, terrorem quoque longiùs explicaret: & inopinato caſu perculſis ciuibus & præſidiariis militibus, ſolertiam omnem præſentis conſilij adimeret. Enimverò concurrentibus ad

commune prohibendum incendium Oppidanis; ingruentium Francorum impetū, & media per buſta in vacuos lorica muros vndè vndè graſſantium, ſuſtinere hoſtis non potuit. Et capto per vim Oppido, arcis in quam profugerat breuì deditionem fecit; quod eâdem incendij labe tergemini valli munimina corrupta eſſent.

AD PHILIPPVM AVGVSTVM.

De hac Galberti victoria.

Ecce parant elementa tuos Auguſte triumphos,
Et natura tuis militat auſpicijs.
Terra fauet caſtris, flatu ſpirabilis aër,
Et fauet in mediâ, partibus, ignis, aqua.
Interdictus aqua malè perfidus Anglus & igne,
Aëra Franciaca non benè ſpiret humo.

CAPVT XVIII.

Dallotius & Garennius fratres, accenſis titionibus inter natandum, prælatis, moletrinam hoſtilem ſuccendunt.

Anno Chr. 1637. menſe Auguſto.

OPPIDVM eſt caſtro firmatum in Monferratenſi ditione ad alteram Tanari ripam, Rupem vocant. In eam communibus auſpiciis ad repentinam oppugnationem admotæ Francicæ, Allobrogicæque copiæ; cùm validiore præſidio quàm fama ferret teneri cõperiſſent, ad iuſtam obſidionis formam animum adiecerunt. Iuſſus in id eſt Dallotus Francicæ militiæ Chiliarchus tumulum inſidere obſeſſis imminentem & ſociorum Hiſpanorum arcendis auxiliis obiectum. Verùm huic in rem obſidionalem ſalutari conſilio, mirum quantũ obmoliebatur lignea

La Ville & Château de la Roque.

moletrina contabulato ex opere lapideis fundamentis impoſita in aduerſa vrbi ripa Tanari, quam laterali munimento vtrinque hoſtis ſuccinxerat; eam cùm, ſoluendam igne ſuſcepiſſet Dallotus, præſtò ſibi eſſe iubet fratrem imprimis gloriæ conſortem Garennium; tum è contubernio duos Gallici, ex priſco inſtituto, natatus peritos. Hos ſecum clauâ ferreâ, chalybeo tudite, aſciâ, aut vnidente ligone ſingulos ab humeris in tranſuerſum depenſis inſtruit. Ipſe altera manu ſudem accenſam præferens, altera inter natandum vſus, cæteris præit media inter oppidanorum perpetuis jaculationibus infeſtorum, tela incolumi tranſcurſu; & inferiorem in contignationem perfoſſo à ſe, ſuiſque tabulato ſuccedit. Mox in multam minutiem contuſis aſſeribus, igne ex ardenti ſude ſubiecto, mediis in aquis ingens excitatum eſt incendium, & quidquid extabat frumentariæ ex ligno officinæ exhauſtum, ſemiuſtis etiam trabibus flumine abſorptis.

Dallot & la Garenne.

Gallos & Francos communitate laudum celebrant vetera monumenta natandi,

itiſſimos. Apollin. Sidonius in Pan. iiti. v. 235.

Vincitur illic.
urſu Herulus, Chunnus jaculis, Francúſque natatu,
auromata clypeo, Salius pede, falce Gelonus.

Ammianus lib. 25. p. 320. Sed cum c ſæpè congeminando refragare. in caſſum, miléſque conclamans igno contentionis fragore minare. extrema, edicit Imperator vt ſiſta agmen & *aſſueti nare Galli* primi nium penetrarent; vt ijs magnidine fluentorum abreptis, reſiduom pertinacia frangeretur. Electi e ſunt ad id negotium habiles, qui xima præ cæteris flumina tranſcare in regionibus genuinis à prima eritia ſunt inſtituti: & cum latendi piam nocturna quies daret, è tranna ſimul emiſſi, ſpe citiùs ripas cupauere contrarias, &c. Ad Tigrim.

ta editio P. Caſtelli. At Henricus aleſius ita legit ex vv. cc. aut veriùs nſarcinat, ſed dubitante calamo. *impetratum ægerrimè vt mixti cum*

Arctois Sarmatis Galli, amnem primi omnium penetrareut.

Narrat Pauſanias in Focicis, Brenni milites Gallos dejectis ab hoſte pontibus Sperchium latè tunc reſtagnantem, trajeciſſe; & patrios clypeos loco ratium adhibuiſſe.

CAPVT XIX.

Bouinenſi prælio Philippus Auguſtus ſuorum pontem deturbat; hoſtes circunducit in radios Solis; erectæ aræ coronam Francicam imponit, & ad hanc concionatur.

Anno Chr. 1214. 6. Kal. Aug. ex Rigordo, Matthæo Pariſio, &c.

CVM multis nominibus, etiam religioſis incubaret in Angliæ ruinam, eódem breuì trajecturus Philippus Auguſtus; Ioannes An,

gliæ Rex callido conſilio imprimis, Oratorem alterum in Italiam ad ſummum Pontificem, alterum in Africam ad potentiſſimum illo ſæculo Saracenorum Principem deſtinat Atque vt apertè profiteretur quâ fide ſcilicet fœdus ambiret; apud Afrum perbona fide Muhamendicè, ſacris exe- Matth. Par. in Ioanne p. 233.
crandis initiandum, acturum ſeſe pollicetur. Apud Pontificem fidem implorat, obtendítque per oratorem, quam ejurauerat animo. Ab vtro certiùs in Philippum opem accepturus eſſet, in eius nimirùm ſe, regnúmque Britanniæ fide ac clientela futurum. Spreuit fidem, leuitatémque hominis Saracenus; Pontifex experiri maluit, quàm ſpernenda eſſet. Eodem enim ferme temporis rerúmque articulo, Romanus ille cliens, Africana & Punicâ fide, ſocietatem inijt cum Othone quem Pontifex ſacris Chriſtianis interdixerat. In idem fœdus conſenſit imprimis Ferdinandus Flandrenſium, Niuernenſium Heruæus, Reginaldus Bolonienſium Morinorum Comites; aliíque & Francici, & exteri nominis viri principes bene

Arctois Sarmatis Galli, amnem primi omnium penetrareut.

Narrat Pauſanias in Focicis, Brenni milites Gallos dejectis ab hoſte pontibus Sperchium latè tunc reſtagnantem, trajeciſſe; & patrios clypeos loco ratium adhibuiſſe.

CAPVT XIX.

Bouinenſi prælio Philippus Auguſtus ſuorum pontem deturbat; hoſtes circunducit in radios Solis; erectæ aræ coronam Francicam imponit, & ad hanc concionatur.

Anno Chr. 1214. 6. Kal. Aug. ex Rigordo, Matthæo Pariſio, &c.

CVM multis nominibus, etiam religioſis incubaret in Angliæ ruinam, eódem breuì trajecturus Philippus Auguſtus, Ioannes An,

gliæ Rex callido conſilio imprimis, Oratorem alterum in Italiam ad ſummum Pontificem, alterum in Africam ad potentiſſimum illo ſæculo Saracenorum Principem deſtinat Atque vt apertè profiteretur quâ fide ſcilicet fœdus ambiret; apud Afrum perbona fide Muhamendicè, ſacris exe- crandis initiandum, acturum ſeſe pol- licetur. Apud Pontificem fidem implorat, obtendítque per oratorem, quam ejurauerat animo. Ab vtro certiùs in Philippum opem accepturus eſſet, in eius nimirùm ſe, regnúmque Britanniæ fide ac clientela futurum. Spreuit fidem, leuitatémque hominis Saracenus; Pontifex experiri maluit, quàm ſpernenda eſſet. Eodem enim ferme temporis rerúmque articulo, Romanus ille cliens, Africana & Punicâ fide, ſocietatem inijt cum Othone quem Pontifex ſacris Chriſtianis interdixerat. In idem fœdus conſenſit imprimis Ferdinandus Flandrenſium, Niuernenſium Heruæus, Reginaldus Bolonienſium Morinorum Comites; aliíque & Francici, & exteri nominis viri principes bene

Matth. Par. in Ioanne p. 233.

multi. Ioannis Angli conſilijs, vna omnium mens erat; Philippo de Francorũ regno dejecto, regnũ ipſum inter partiũ duces diribére vniuerſum. Anglo quidem cederent in prædam, & Neuſtria & regio omnis trans Ligerim ad Pyrenæos; Niuernenſi Senones; Veromandui Bolonienſi; Ferdinando cum regio nomine Pariſij. Cætera juris eſſent Imperatoris. Ità conſociatis in vnum conſilijs, vt ancipiti conatu mentem Philippi atque arma diſtraherent; inuaſit Anglus in Sanctonas, Otho cæteríque in Belgicam & Neruios. Anglo Ludouicum filium Philippus commiſit; ipſe in Othonem duxit. Et jam vaſtatâ Hannoniâ Tornacum redierat, cùm audit Cæſarem ex impeditis paluſtribúſque locis, in quibus delituerat, copias in patentes campos explicare. Mouet igitur Tornaco Rex & properatò Bouinum pontem aliquot ab vrbe milliaribus, occupat, traijcítque exercitus partem. Quâ traijcendi morâ noſtros impeditos & interfluente fluuio diremptos, Otho aggreditur ex improuisò. Verùm qui poſtremum

Rigordus.

agmen cogebant generoſiùs, ac feliciùs quàm præceperat animo, repugnantibus; intellexit iniquo marte ſe gloriam & victoriam ambire, niſi iuſtâ acie decerneret. Eo igitur exercitum tam numeroſum deſcribente; Philippus, cohortibus quæ tranſmiſerant reuocatis, vt in publico diſcrimine ſpes priuatas ſuorum abſcinderet, vincendi neceſſitatem Boüino ponte diſiecto impoſuit. Tùm frontem exercitus in tres acies direxit, mediam occupauit ipſe. Cuius inopinato conſpectu (credebatur enim cum priore agmine trans flumen hærere) perterritus hoſtis, Cornelij Taciti ſententiæ duplici errore fidem fecit, probauítque primos in omnibus prælijs oculos vinci. Primò ſiquidem trepidatum eſt, ſeu reuerentiâ majeſtatis, ſeu famâ fortitudinis: tum deindè etiam turpiùs erratum eſt, cùm minùs opportunum, vt ſolet, à trepidatione & ſtupore mutuatus hoſtis conſilium, quò tutiùs aciē explicaret, regióſque circumueniret, proximum in jugum euadit, circumductíſque ordinibus humeros in Septentrionem, ora in

Primi in omnibus prælijs oculi vincuntur.
Tac. in Germania.

Meridiem obuertit. Et erat jam adulta dies & tempus anni feruentiſſimum. Hîc in re præſenti non defuit imperatorio muneri Philippus. Circumagit ipſe ſuos & fronte in Septentrionem obuersâ cornua in Orientem & occaſum vtrinque rectà diducit: vnde gemino fulgore, armorum & ſolis hoſtium oculos perſtringeret, & vincendi gloriam cum ſole ipſo communicaret. Othoniani certè dejectis in terram oculis degeneres ſe aquilarum probauere pullos, & inanime aquilæ ſimulacrum, quod præcipuum ex auro perticæ impoſitum de curru circumferebat Imperator. Sic quâ opera dejecit oculos hoſtium, animóſque Philippus, ſuorum extulit. Alterum deindè commentus eſt, quo ſuos generoſiùs ad iram vindictámque incenderet. Iubet ingentem ex compactis aſſeribus aram extrui media ipſa inter agmina; quæ procul ab extremis hinc indè aciebus ſpectari facilè poſſet. Hanc ſerica purpura, liliíſque ex auro intextis obnubit: imponit ex eodem panno puluinar, huic demùm Francorum Regum auream coronam.

Tum ſeuocatos ad hanc aram Principes, Ductoréſque ordinum è militari ſuggeſto monet, decretoriam hanc pugnam fore, agi ſummam Francicæ rei, cum eis ſcilicet, qui violatis aris, ſpreto numine, re Chriſtianâ peſſundatâ, ſacris omnibus extortes, à ſacrilegijs ac ſtupris, ad eam conuellendam regię dignitatis majeſtatem graſſarentur, in qua conſtituta eſſet arx religionis. Deſignari ad prædam inter hoſtes prouincias, viros Principes ad necem, ad ſeruitutem Francos vniuerſos. Non hoſtes modò ſed licitatores regni, ac ſectores eſſe. Agite igitur (inquit productâ verſus arã dexterâ) Francorum generoſiſſimi, ſi vnum aliquem tot inter Principes viros ac milites hoc auito Francorum ornatu, Philippo digniorem, & tutandę Francicæ rei magis idoneum, agnoſcitis; agnoſcit ipſe jam nunc, & pronâ mente principis habiturus eſt loco; dũ eius auſpicijs hoſtili clade, patrię, regno, religioni litetis. Hîc ingenti exercitus vniuerſi plauſu Philippi nomini acclamatum eſt. Vnum illum eſſe cui religio & Gallica res innite-

commune prohibendum incendium Oppidanis; ingruentium Francorum impetũ, & media per buſta in vacuos lorica muros vndè vndè graſſantium, ſuſtinere hoſtis non potuit. Et capto per vim Oppido, arcis in quam profugerat breuì deditionem fecit; quod eâdem incendij labe tergemini valli munimina corrupta eſſent.

AD PHILIPPVM AVGVSTVM.

De hac Galberti victoria.

Ecce parant elementa tuos Auguſte triumphos,
Et natura tuis militat auſpicijs.
Terra fauet caſtris, flatu ſpirabilis aër,
Et fauet in mediâ, partibus, ignis, aqua.
Interdictus aqua malè perfidus Anglus & igne,
Aëra Franciaca non benè ſpiret humo.

CAPVT XVIII.

Dallotius & Garennius fratres, accenſis titionibus inter natandum, prælatis, moletrinam hoſtilem ſuccendunt.

Anno Chr. 1637. menſe Auguſto.

OPPIDVM eſt caſtro firmatum in Monferratenſi ditione ad alteram Tanari ripam, Rupem vocant. In eam communibus auſpiciis ad repentinam oppugnationem admotæ Francicæ, Allobrogicæque copiæ; cùm validiore præſidio quàm fama ferret teneri cõperiſſent, ad iuſtam obſidionis formam animum adiecerunt. Iuſſus in id eſt Dallotus Francicæ militiæ Chiliarchus tumulum inſidere obſeſſis imminentem & ſociorum Hiſpanorum arcendis auxiliis obiectum. Verùm huic in rem obſidionalem ſalutari conſilio, mirum quantũ obmoliebatur lignea

La Ville & Château de la Roque.

moletrina contabulato ex opere lapideis fundamentis impoſita in adverſa vrbi ripa Tanari, quam laterali munimento vtrinque hoſtis ſuccinxerat; eam cùm, ſoluendam igne ſuſcepiſſet Dallotus, præſtò ſibi eſſe iubet fratrem imprimis gloriæ conſortem Garennium; tum è contubernio duos Gallici, ex priſco inſtituto, natatus peritos. Hos ſecum clauâ ferreâ, chalybeo tudite, aſciâ, aut vnidente ligone ſingulos ab humeris in tranſuerſum depenſis inſtruit. Ipſe altera manu ſudem accenſam præferens, altera inter natandum vſus, cæteris præit media inter oppidanorum perpetuis iaculationibus infeſtorum, tela incolumi tranſcurſu; & inferiorem in contignationem perfoſſo à ſe, ſuiſque tabulato ſuccedit. Mox in multam minutiem contuſis aſſeribus, igne ex ardenti ſude ſubiecto, mediis in aquis ingens excitatum eſt incendium, & quidquid extabat frumentariæ ex ligno officinæ exhauſtum, ſemiuſtis etiam trabibus flumine abſorptis.

Dallot & la Garenne.

Gallos & Francos communitate laudum celebrant vetera monumenta natandi

ritiſsimos. Apollin. Sidonius in Pan. uiti. v. 235.

Vincitur illic.
Curſu Herulus, Chunnus jaculis, Francúſque natatu,
Sauromata clypeo, Salius pede, falce Gelonus.

Ammianus lib. 25. p. 320. Sed cum hæc ſæpè congeminando refragaretur in caſſum, miléſque conclamans magno contentionis fragore minaretur extrema, edicit Imperator vt ſiſtatur agmen & *aſſueti nare Galli* primi omnium penetrarent; vt ijs magnitudine fluentorum abreptis, reſiduorum pertinacia frangeretur. Electíque ſunt ad id negotium habiles, qui maxima præ cæteris flumina transmeare in regionibus genuinis à prima pueritia ſunt inſtituti: & cum latendi copiam nocturna quies daret, è tranſenna ſimul emiſſi, ſpe citiùs ripas occupauere contrarias, &c. Ad Tigrim.

Ita editio P. Caſtelli. At Henricus Valeſius ita legit ex vv. cc. aut veriùs conſarcinat, ſed dubitante calamo. *Id impetratum ægerrimè vt mixti cum*

Arctois Sarmatis Galli, amnem primi omnium penetrareut.

Narrat Pauſanias in Focicis, Brenni milites Gallos dejectis ab hoſte pontibus Sperchium latè tunc reſtagnantem, trajeciſſe; & patrios clypeos loco ratium adhibuiſſe.

CAPVT XIX.

Bouinenſi prælio Philippus Auguſtus ſuorum pontem deturbat; hoſtes circunducit in radios Solis; erectæ aræ coronam Francicam imponit, & ad hanc concionatur.

Anno Chr. 1214. 6. Kal. Aug. ex Rigordo, Matthæo Pariſio, &c.

CVM multis nominibus, etiam religioſis incubaret in Angliæ ruinam, eódem breuì trajecturus Philippus Auguſtus; Ioannes An,

gliæ Rex callido conſilio imprimis, Oratorem alterum in Italiam ad ſummum Pontificem, alterum in Africam ad potentiſſimum illo ſæculo Saracenorum Principem deſtinat. Atque vt apertè profiteretur quâ fide ſcilicet fœdus ambiret; apud Afrum per- bona fide Muhamendicè, ſacris execrandis initiandum, acturum ſeſe pollicetur. Apud Pontificem fidem implorat, obtendítque per oratorem, quam ejurauerat animo. Ab vtro certiùs in Philippum opem accepturus eſſet, in eius nimirùm ſe, regnúmque Britanniæ fide ac clientela futurum. Spreuit fidem, leuitatémque hominis Saracenus; Pontifex experiri maluit, quàm ſpernenda eſſet. Eodem enim ferme temporis rerúmque articulo, Romanus ille cliens, Africana & Punicâ fide, ſocietatem inijt cum Othone quem Pontifex ſacris Chriſtianis interdixerat. In idem fœdus conſenſit imprimis Ferdinandus Flandrenſium, Niuernenſium Heruæus, Reginaldus Bolonienſium Morinorum Comites; aliíque & Francici, & exteri nominis viri principes bene

Matth. Par. in Ioanne p. 233.

Meridiem obuertit. Et erat jam adulta dies & tempus anni feruentiſſimum. Hic in re præſenti non defuit imperatorio muneri Philippus. Circumagit ipſe ſuos & fronte in Septentrionem obuerſâ cornua in Orientem & occaſum vtrinque rectà diducit: vnde gemino fulgore, armorum & ſolis hoſtium oculos perſtringeret, & vincendi gloriam cum ſole ipſo communicaret. Othoniani certè dejectis in terram oculis degeneres ſe aquilarum probauere pullos, & inanime aquilæ ſimulacrum, quod pręcipuum ex auro perticæ impoſitum de curru circumferebat Imperator. Sic quâ opera dejecit oculos hoſtium, animóſque Philippus, ſuorum extulit. Alterum deindè commentus eſt, quo ſuos generoſiùs ad iram vindictámque incenderet. Iubet ingentem ex compactis aſſeribus aram extrui media ipſa inter agmina; quæ procul ab extremis hinc indè aciebus ſpectari facilè poſſet. Hanc ſerica purpura, liliiſque ex auro intextis obnubit: imponit ex eodem panno puluinar, huic demùm Francorum Regum auream coronam.

rum ſeuocatos ad hanc aram Princi-
pes, Ductoréſque ordinum è militari
uggeſto monet, decretoriam hanc
pugnam fore, agi ſummam Francicæ
ei, cum eis ſcilicet, qui violatis aris,
preto numine, re Chriſtianâ peſſun-
datâ, ſacris omnibus extortes, à ſacri-
egijs ac ſtupris, ad eam conuellen-
dam regię dignitatis majeſtatem graſ-
arentur, in qua conſtituta eſſet arx
eligionis. Deſignari ad prædam inter
noſtes prouincias, viros Principes ad
necem, ad ſeruitutem Francos vniuer-
os. Non hoſtes modò ſed licitatores
egni, ac ſectores eſſe. Agite igitur
inquit productâ verſus arã dexterâ)
rancorum generoſiſſimi, ſi vnum
liquem tot inter Principes viros ac
nilites hoc auito Francorum ornatu,
Philippo digniorem, & tutandę Fran-
icæ rei magis idoneum, agnoſcitis;
gnoſcit ipſe jam nunc, & pronâ
nente principis habiturus eſt loco;
ũ eius auſpicijs hoſtili clade, patrię,
egno, religioni litetis. Hîc ingenti
xercitus vniuerſi plauſu Philippi no-
nini acclamatum eſt. Vnum illum
ſſe cui religio & Gallica res innite-

retùr; vnum omnium auito regno digniſſimum. Non deeſſe quidem in Francorum exercitu viros principes regno pares, Philippum vnũ dignum videri, qui regibus imperaret. Hæc Duces; tum milites in genua prouoluti ſupplici voce contendêre benè ſibi precaretur & ritu Chriſtiano, ſalutari ſigno, & fauſtâ oratione impertitos in hoſtes admittêret. Vinci ſuſtinuit à ſuis pius Rex vt alienos vinceret, & quas manus in hoſtes ſublaturus erat, in cœlum ſuſtulit, & cœleſtis auſpicij fauſtitatem ſibi, ſuiſque precatus, & pollicitus, iterum aciem deſcribendi, & vincendi, ſe veniam facere de cœlo dixit. Exitum cruentiſſimi prælij, & belli difficillimi vt anteuerterat Francorum alacritas, eadem & ſortita eſt fortunatiſſimum. Othone fugato, aquilâ aureâ, & imperatorio curru, & principibus belli auctoribus, Bononienſi, Flandrenſi, Sarisberienſi captis Comitibus, & alijs majorum ordinum ductoribus triginta. Cæſis aut fuſis centùm quinquaginta peditum millibus, equitum incerto numero. Victor Philippus

Rigordus.

)thonis currum & draconem aureũ,
ui Romana Aquila inſidebat, feſtiuo
;ne conſumpſit. Aquilam reſectis
lis ad Fredericum Othonis & impe-
j æmulum, dono tranſmiſit. At quòd
ıntæ victoriæ Deum auctorem agno-
eret, cœnobium & templum am-
liſſimis dotata reditibus ad Siluane-
enſem vrbem, poſuit, victoriæ in-
to nomine. Intellexit enim pientiſ-
nus Princeps non ſine numine ſub-
ıctum ſeſe periculo, cùm infinita
gruentium hoſtium multitudine
›rutus, & confoſſo equo humi ab-
ctus, ab exigua ſuorum manu incre-
bili virtute in ſpem nouam, & tam
ſignem victoriam, erectus eſt. Quo
:um articulo ædem victrici Virgini
uiſſe traditur.

L'Abbaye de la Victoire.

Ferdinandus ſanè prouiſum hoc
gis diſcrimen, extremum exitium
erpretatus olim fuerat. Cum Ha-
los matre Hiſpanâ fœmina conſu-
te, ambiguis de more verbis reſ-
nſum eſt. *Pugnatum iri, Regem humi
ıgendum, proterendum equorum calci-
, nec ſepulturæ mandandum; Ferdi-
dum verò à pugna Pariſios non ſine*

triumpho initurum. Congreſſus Philippus & periclitatus Ferdinandum in triumphum Lutetiam duxit.

Nefas eſſet hîc prætexire, quod omnium ſeculorum memoriâ dignum eſt facinus, vnius è *Stannica familiæ* majoribus. Is vbi dejectum ex equo Philippum vidit, è ſuo deſiliens in pedes, Principem in eundem equum ſuum repoſuit, lapſúmque decollo ejuſdem, & manibus Francicum clypeum ſuſtulit. Tum oppoſitu corporis ſui Regem texit, eiuſque lateri hæſit donec abſoluta victoria eſt. Cuius virtutis in præmium, eamdem Francicæ, ſeu Regiæ familiæ parmam liliatam, in gentilitiæ locum bonus Princeps eidem & poſteris vtendam conceſſit. *Petrum Stanniden* vocare videtur Rigordus hiſtoricus qui prælio interfuit: de quo nos alio loco paulò fuſiùs diſſerimus.

La Maiſon d'Eſtaing porte, *de France au chef d'or.*

Libro de fortitudine Gallica.

Bouinenſis hæc pugna dicta non eſt ab vrbe Bouinis, ſed à ponte Bouino vt Rigordus appellat, & Guillelmus Brito, vel de Bouines vt loquitur Matthæus Pariſius. Proceſſimus ad quendam pontem Bouinum nomine, qui eſt inter locum qui

Rigordus.

Sanguineus

nguineus dicitur & villam qua Caſona *ocatur.* p.217. hiſt. Phil. Auguſti.

Cum nuſquam pateat à dextris, atque ſiniſtris;
Continuis ſpatÿs iter impediente palude,
Tranſitus, excepto ſatis auсto ponte Bouino,
At parte ex illa latis patet area campis
Gratáque planities cereali gramine vernans,
Quo protenſa ſatis ſpatio per rura pateti
Sanguineum *à zephyro*, Cæſonam *tangit ab Euro.*
Dignus cæde locus, & ſanguine commaculari;
Sanguinis & cædis medius, communis vtrique. G. Brito.

Audiens idem Rex (Philippus) hoſtes vſque ad Pontem de *Bouuines in territorio Pontiuenſi* ſitum, jam hoſtiliter perueniſſe. Illuc vexilla direxit. *Matthaus Pariſius in Ioanne pag.* 241.

Illis ego auсtoribus ſui temporis geſta narrantibus, majorem fidem habendam putaui, quàm recentioribus quibuſdam, pugnæ locum ad Moſam & Bouinas ſtatuentibus.

Guill. Brito. *Dum magnus ad altum*
Fulminat Eſcaldum pater.
Non moſam.

Philippi porrò aſtu, non ſemper vſi Franci, vt ſolis Fulgorem auerterent. Nam in pugna nauali ad Cluſam, Angli circunductis nauibus à ſole oculos auertére; Franci Normanni verſis in ſolem oculis pugnare coacti ſunt. A Chriſti 1340. eodem errore Franci

Crecy. clade ab Anglis affecti ad Cariſiacum 1346.

At vſus eodem Philippi bono dolo Henricus Quartus in pugna Ivriacenſi. *Thuanus l.*98.

Vſus & olim Antonius Primus Toloſas. *Tacit. l.*3. *Ann.*278.

CAPVT XX.

.VGVRIA MILITARIA.

ɔſtium inſultatio ex omini-
ɔus, & noſtrorum metus,
allidè refutatur, ductâ in
neliorem partem interpre-
atione hoſtis vincitur.

Hiſtoria Normannica, & alijs monumentis probatæ fidei.

NON in poſtremis cenſendum illud ſolertiæ militaris genus, quo ſubitarijs rebus vel ntis, dejectos ſuorum animos, it Imperator[a], vel deijcit hoſtium geſtientes, commodâ in rem ſuam rpretatione. Hoc in genere Cæm ac Scipionem imitatus eſt, Guinus ille cognomento nothus manniæ Dux, adoptione legitin Angliæ regnum vocatus. Cùm primùm eſſet in Haſtingium

[a] Vide Frontinum l. 1. Strat. c. 12.

moletrina contabulato ex opere lapideis fundamentis impoſita in aduerſa vrbi ripa Tanari, quam laterali munimento vtrinque hoſtis ſuccinxerat; eam cùm, ſoluendam igne ſuſcepiſſet Dallotus, præſtò ſibi eſſe iubet fratrem imprimis gloriæ conſortem Garennium; tum è contubernio duos Gallici, ex priſco inſtituto, natatus peritos. Hos ſecum clauâ ferreâ, chalybeo tudite, aſciâ, aut vnidente ligone ſingulos ab humeris in tranſuerſum depenſis inſtruit. Ipſe altera manu ſudem accenſam præferens, altera inter natandum vſus, cæteris præit media inter oppidanorum perpetuis jaculationibus infeſtorum, tela incolumi tranſcurſu; & inferiorem in contignationem perfoſſo à ſe, ſuiſque tabulato ſuccedit. Mox in multam minutiem contuſis aſſeribus, igne ex ardenti ſude ſubiecto, mediis in aquis ingens excitatum eſt incendium, & quidquid extabat frumentariæ ex ligno officinæ exhauſtum, ſemiuſtis etiam trabibus flumine abſorptis.

Dallot & la Garenne.

Gallos & Francos communitate laudum celebrant vetera monumenta natandi

ritiſſimos. Apollin. Sidonius in Pan. uiti. v. 235.

> *Vincitur illic.*
> *Curſu Herulus, Chunnus jaculis*, Francúſque natatu,
> *Sauromata clypeo, Salius pede, falce Gelonus.*

Ammianus lib. 25. p. 320. Sed cum hæc ſæpè congeminando refragaretur in caſſum, miléſque conclamans magno contentionis fragore minaretur extrema, edicit Imperator vt ſiſtatur agmen & *aſſueti nare Galli* primi omnium penetrarent; vt ijs magnitudine fluentorum abreptis, reſiduorum pertinacia frangeretur. Electíque ſunt ad id negotium habiles, qui maxima præ cæteris flumina tranſmeare in regionibus genuinis à prima pueritia ſunt inſtituti: & cum latendi copiam nocturna quies daret, è tranſenna ſimul emiſſi, ſpe citiùs ripas occupauere contrarias, &c. Ad Tigrim.

Ita editio P. Caſtelli. At Henricus Valeſius ita legit ex vv. cc. aut veriùs conſarcinat, ſed dubitante calamo. *Id impetratum ægerrimè vt mixti cum*

Arctois Sarmatis Galli, amnem primi omnium penetrarent.

Narrat Pauſanias in Focicis, Brenni milites Gallos dejectis ab hoſte pontibus Sperchium latè tunc reſtagnantem, trajeciſſe; & patrios clypeos loco ratium adhibuiſſe.

CAPVT XIX.

Bouinenſi prælio Philippus Auguſtus ſuorum pontem deturbat; hoſtes circunducit in radios Solis; erectæ aræ coronam Francicam imponit, & ad hanc concionatur.

Anno Chr. 1214. 6. Kal. Aug. ex Rigordo, Matthæo Pariſio, &c.

CVM multis nominibus, etiam religioſis incubaret in Angliæ ruinam, eódem breuì trajecturus Philippus Auguſtus; Ioannes An,

gliæ Rex callido conſilio imprimis, Oratorem alterum in Italiam ad ſummum Pontificem, alterum in Africam ad potentiſſimum illo ſæculo Saracenorum Principem deſtinat Atque vt apertè profiteretur quâ fide ſcilicet fœdus ambiret; apud Afrum per- bona fide Muhamendicè, ſacris execrandis initiandum, acturum ſeſe pollicetur. Apud Pontificem fidem implorat, obtendítque per oratorem, quam ejurauerat animo. Ab vtro certiùs in Philippum opem accepturus eſſet, in eius nimirùm ſe, regnúmque Britanniæ fide ac clientela futurum. Spreuit fidem, leuitatémque hominis Saracenus; Pontifex experiri maluit, quàm ſpernenda eſſet. Eodem enim ferme temporis rerúmque articulo, Romanus ille cliens, Africana & Punicâ fide, ſocietatem inijt cum Othone quem Pontifex ſacris Chriſtianis interdixerat. In idem fœdus conſenſit imprimis Ferdinandus Flandrenſium, Niuernenſium Heruæus, Reginaldus Bolonienſium Morinorum Comites; aliíque & Francici, & exteri nominis viri principes bene

Matth. Par. in Ioanne p. 233.

multi. Ioannis Angli conſilijs, vna omnium mens erat; Philippo de Francorũ regno dejecto, regnũ ipſum inter partiũ duces diribére vniuerſum. Anglo quidem cederent in prædam, & Neuſtria & regio omnis trans Ligerim ad Pyrenæos; Niuernenſi Senones; Veromandui Bolonienſi; Ferdinando cum regio nomine Pariſij. Cætera juris eſſent Imperatoris. Ità conſociatis in vnum conſilijs, vt ancipiti conatu mentem Philippi atque arma diſtraherent; inuaſit Anglus in Sanctonas, Otho cæteríque in Belgicam & Neruios. Anglo Ludouicum filium Philippus commiſit; ipſe in Othonem duxit. Et jam vaſtatâ Hannoniâ Tornacum redierat, cùm audit Cæſarem ex impeditis paluſtribúſque locis, in quibus delituerat, copias in patentes campos explicare. Mouet igitur Tornaco Rex & properatò Bouinum pontem aliquot ab vrbe milliaribus, occupat, traijcítque exercitus partem. Quâ traijcendi morâ noſtros impeditos & interfluente fluuio diremptos, Otho aggreditur eximprouisò. Verùm qui poſtremum

Rigordus.

gmen cogebant generoſiùs, ac feli-
iùs quàm præceperat animo, repu-
nantibus; intellexit iniquo marte ſe
loriam & victoriam ambire, niſi iuſtâ
cie decerneret. Eo igitur exercitum
im numeroſum deſcribente; Philip-
us, cohortibus quæ tranſmiſerant
:uocatis, vt in publico diſcrimine
es priuatas ſuorum abſcinderet,
ncendi neceſſitatem Bouino ponte
ſiecto impoſuit. Tùm frontem exer-
tus in tres acies direxit, mediam
:cupauit ipſe. Cuius inopinato
nſpectu (credebatur enim cum
iore agmine trans flumen hærere)
rterritus hoſtis, Cornelij Taciti
itentiæ duplici errore fidem fecit,
obauitque primos in omnibus præ-
oculos vinci. Primò ſiquidem tre-
latum eſt, ſeu reuerentiâ majeſta
ſeu famâ fortitudinis: tum deindè
am turpiùs erratum eſt, cùm minùs
portunum, vt ſolet, à trepidatione
tupore mutuatus hoſtis conſilium,
) tutiùs acië explicaret, regióſque
:umueniret, proximum in jugum
dit, circumductíſque ordinibus
neros in Septentrionem, ora in

Primi in omnibus prælijs oculi vincuntur.

Tac. in Germania.

Meridiem obuertit. Et erat jam adulta dies & tempus anni feruentiſſimum. Hîc in re præſenti non defuit imperatorio muneri Philippus. Circumagit ipſe ſuos & fronte in Septentrionem obuersâ cornua in Orientem & occaſum vtrinque rectâ diducit: vnde gemino fulgore, armorum & ſolis hoſtium oculos perſtringeret, & vincendi gloriam cum ſole ipſo communicaret. Othoniani certè dejectis in terram oculis degeneres ſe aquilarum probauere pullos, & inanime aquilæ ſimulacrum, quod pręcipuum ex auro perticæ impoſitum de curru circumferebat Imperator. Sic quâ opera dejecit oculos hoſtium, animóſque Philippus, ſuorum extulit. Alterum deindè commentus eſt, quo ſuos generoſiùs ad iram vindictámque incenderet. Iubet ingentem ex compactis aſſeribus aram extrui media ipſa inter agmina; quæ procul ab extremis hinc indè aciebus ſpectari facilè poſſet. Hanc ſerica purpura, liliíſque ex auro intextis obnubit: imponit ex eodem panno puluinar, huic demùm Francorum Regum auream coronam.

'um ſeuocatos ad hanc aram Princi-
es, Ductoréſque ordinum è militari
ıggeſto monet, decretoriam hanc
ugnam fore, agi ſummam Francicæ
ei, cum eis ſcilicet, qui violatis aris,
preto numine, re Chriſtianâ peſſun-
latâ, ſacris omnibus extortes, à ſacri-
egijs ac ſtupris, ad eam conuellen-
lam regię dignitatis majeſtatem graſ-
ırentur, in qua conſtituta eſſet arx
eligionis. Deſignari ad prædam inter
ıoſtes prouincias, viros Principes ad
ıecem, ad ſeruitutem Francos vniuer-
os. Non hoſtes modò ſed licitatores
egni, ac ſectores eſſe. Agite igitur
inquit productâ verſus arã dexterâ)
'rancorum generoſiſſimi, ſi vnum
liquem tot inter Principes viros ac
nilites hoc auito Francorum ornatu,
'hilippo digniorem, & tutandę Fran-
icæ rei magis idoneum, agnoſcitis;
gnoſcit ipſe jam nunc, & pronâ
nente principis habiturus eſt loco;
lũ eius auſpicijs hoſtili clade, patrię,
ègno, religioni litetis. Hîc ingenti
xercitus vniuerſi plauſu Philippi no-
nini acclamatum eſt. Vnum illum
ſſe cui religio & Gallica res innite-

retùr; vnum omnium auito regno digniſſimum. Non deeſſe quidem in Francorum exercitu viros principes regno pares, Philippum vnũ dignum videri, qui regibus imperaret. Hæc Duces; tum milites in genua prouoluti ſupplici voce contendêre benè ſibi precaretur & ritu Chriſtiano, ſalutari ſigno, & fauſtâ oratione impertitos in hoſtes admittèret. Vinci ſuſtinuit à ſuis pius Rex vt alienos vinceret, & quas manus in hoſtes ſublaturus erat, in cœlum ſuſtulit, & cœleſtis auſpicij fauſtitatem ſibi, ſuiſque precatus, & pollicitus, iterum aciem deſcribendi, & vincendi, ſe veniam facere de cœlo dixit. Exitum cruentiſſimi prælij, & belli difficillimi vt anteuerterat Francorum alacritas, eadem & ſortita eſt fortunatiſſimum. Othone fugato, aquilâ aureâ, & imperatorio curru, & principibus belli auctoribus, Bononienſi, Flandrenſi, Sariſberienſi captis Comitibus, & alijs majorum ordinum ductoribus triginta. Cæſis aut fuſis centùm quinquaginta peditum millibus, equitum incerto numero. Victor Philippus

Rigordus.

)thonis currum & draconem aureũ,
ui Romana Aquila inſidebat,feſtiuo
;ne conſumpſit. Aquilam reſectis
lis ad Fredericum Othonis & impe-
j æmulum,dono tranſmiſit. At quòd
ıntæ victoriæ Deum auctorem agno-
:eret, cœnobium & templum am-
liſſimis dotata reditibus ad Siluane-
enſem vrbem, poſuit, victoriæ in-
to nomine. Intellexit enim pientiſ-
nus Princeps non ſine numine ſub-
ıctum ſeſe periculo, cùm infinita
gruentium hoſtium multitudine
)rutus, & confoſſo equo humi ab-
ctus, ab exigua ſuorum manu incre-
bili virtute in ſpem nouam, & tam
ſignem victoriam, erectus eſt. Quo
rum articulo ædem victrici Virgini
uiſſe traditur.

L'Abbaye de la Victoire.

Ferdinandus ſanè prouiſum hoc
gis diſcrimen, extremum exitium
:erpretatus olim fuerat. Cum Ha-
los matre Hiſpanâ fœmina conſu-
ıte, ambiguis de more verbis reſ-
nſum eſt. *Pugnatum iri, Regem humi*
'igendum, proterendum equorum calci-
, nec ſepulturæ mandandum; Ferdi-
ıdum verò à pugna Pariſios non ſine

triumpho initurum. Congreſſus Philippus & periclitatus Ferdinandum in triumphum Lutetiam duxit.

Nefas eſſet hîc prætterire, quod omnium ſeculorum memoriâ dignum eſt facinus, vnius è *Stannicæ familiæ* majoribus. Is vbi dejectum ex equo Philippum vidit, è ſuo deſiliens in pedes, Principem in eundem equum ſuum repoſuit, lapſúmque de collo ejuſdem, & manibus Francicum clypeum ſuſtulit. Tum oppoſitu corporis ſui Regem texit, eiuſque lateri hæſit donec abſoluta victoria eſt. Cuius virtutis in præmium, eamdem Francicæ, ſeu Regiæ familiæ parmam liliatam, in gentilitiæ locum bonus Princeps eidem & poſteris vtendam conceſſit. *Petrum Stanniden* vocare videtur Rigordus hiſtoricus qui prælio interfuit: de quo nos alio loco paulò fuſiùs diſſerimus.

La Maiſon d'Eſtaing porte, *de France au chef d'or.*

Libro de fortitudine Gallica.

Bouinenſis hæc pugna dicta non eſt ab vrbe Bouinis, ſed à ponte Bouino vt Rigordus appellat, & Guillelmus Brito, vel de Bouines vt loquitur Matthæus Pariſius. Proceſſimus ad quendam pontem Bouinum nomine, qui eſt inter locum qui

Rigordus.

Sanguineus

nguineus dicitur & villam qua Caſona catur. p.217. hiſt. Phil. Auguſti.

'um nuſquam pateat à dextris, atque ſiniſtris;
'ontinuis ſpatijs iter impediente palude,
'ranſitus, excepto ſatis aucto ponte Bouino,
ſt parte ex illa latis patet area campis
'ratáque planities cereali gramine verdnans,
Quo protenſa ſatis ſpatio per rura patēti
ſanguineum *à zephyro*, Cæſonam *tangit ab Euro.*
)ignus cæde locus, & ſanguine commaculari;
'anguinis & cædis medius, communis vtrique. G. Brito.

Audiens idem Rex (Philippus) ſtes vſque ad Pontem de *Bouuines territorio Pontiuenſi* ſitum, jam hoſtier perueniſſe. Illuc vexilla direxit. *atthæus Pariſius in Ioanne pag.* 241.
Illis ego auctoribus ſui temporis geſta rrantibus, majorem fidem habendam taui, quàm recentioribus quibuſdam, gnæ locum ad Moſam & Bouinas ſtaentibus.

Guill. Brito. *Dum magnus ad altum*
Fulminat Eſcaldum pater.
Non moſam.

Philippi porrò aſtu, non ſemper vſi Franci, vt ſolis Fulgorem auerterent. Nam in pugna nauali ad Cluſam, Angli circunductis nauibus à ſole oculos auertére; Franci Normanni verſis in ſolem oculis pugnare coacti ſunt. A Chriſti 1340. eodem errore Franci

Crecy. clade ab Anglis affecti ad Cariſiacum 1346.

At vſus eodem Philippi bono dolo Henricus Quartus in pugna Ivriacenſi. *Thuanus l.98.*

Vſus & olim Antonius Primus Toloſas. *Tacit. l.3. Ann. 278.*

CAPVT XX.

.VGVRIA MILITARIA.

ɔſtium inſultatio ex omini-
ɔus, & noſtrorum metus,
:allidè refutatur, ductâ in
neliorem partem interpre-
atione hoſtis vincitur.

Hiſtoria Normannica, & alijs monumentis probatæ fidei.

NON in poſtremis cenſendum illud ſolertiæ militaris genus, quo ſubitarijs rebus vel :ntis, dejectos ſuorum animos, ;it Imperator*, vel deijcit hoſtium geſtientes, commodâ in rem ſuam :rpretatione. Hoc in genere Cæ- :m ac Scipionem imitatus eſt, Gui- nus ille cognomento nothus rmanniæ Dux, adoptione legiti- in Angliæ regnum vocatus. Cùm n primùm eſſet in Haſtingium

* Vide Frontinum l. 1. Strat. c. 12.

portum ex Gallia cum claſſicis copijs appulſus; exſcenderétque de naui, deſidente limo ſtare in veſtigio non potuit,& lapſabundus vtramque manum in ſolum impégit. Quo ſpectaculo perculſis qui circumſtabant non paucis, omenque ducto vultu & ſublingua abominantibus; ipſe exhilarata fronte circumſpectans, *En*, inquit, *in re præſenti, commilitones, hoſtem vtraque manu conſertum voco, & jus mihi meum aſſero: quod veſtris ego auxilijs, contra vim omnem tutum fore ſpero.* Hîc dicto penè citiùs è primarijs equitibus vnus, ad proximum tugurium progreſſus, decerptum ex culmo, quo tectum erat, manipulum ad Guilielmum exultabundus detulit, &, regionem inquit, in manum tibi, ditionem ac mancipium trado; nec ſe, ſpondeo, conuoluet integer menſis, cùm deſinet hoſtium Anglia vniuerſa, & te regem vnum agnoſcet. Excepit hominis factum Guilielmus perurbanâ gratiarum actione; ductor & miles mirifica gratulatione; & ſingulari animorum alacritate.

Teneo te Affrica. *dixit Cæſar.*

Ludite Commilitones Affricam oppreſſi *Scipio.*

Ie prens poſſeſſion de cette terre. dixit Guilh.

Idem ille Guilielmus Normannus

cretorio prælio in Haraldum æmu-
m in Anglia pugnaturus, poſt mili-
rem ad ſuos allocutionem, cùm pu-
icè armis indueretur: fortè accidit
immiſsâ præpoſterè hamatâ loricâ,
trorsùm pectorale, humerale an-
orsùm coirent. Quo habitu cùm
ſet, nondum ſentiens, progreſſus;
iimvero perculit, & principum ani-
os & multitudinis inepta ex vano
perſtitio; nec defuit è primoribus
æfectis qui diceret; id nempe malè
minoſum, ac pluſquam ſiniſtrum
deri, ſe quidem prælio non exper-
irum quo die ſibi id eueniſſet. At
uilielmus ad hilarem majeſtatem,
: virilem conſtantiam exporrecto
ultu; ego verò, inquit, anilia hæc
occi duco deliramenta, veri numinis
ultu atque obſeruãtia innixus; à quo
quid oſtenti in hanc armigeri negli-
entiã profluxit: ſic ſpondet animus
ihi, res ita retro conuerſum iri, vt in
egem euectus, quod antè ducis no-
ıen preferebã, regio ſim breuì poſt-
ıoſiturus. Quę vox & ſcrupulum om-
ıem ex animis exculpſit, & ſtimulum
ndidit ad rem gerendam acerrimum.

Anno ſæculi hujus decimi ſeptimi ſeptimo ſupra triceſimum, cùm de Ferdinandi Auſtriaci ex Hungariæ Rege in patris locum & Imperatorem eo nomine tertium electione Romæ nunciatum eſt: quantum illic erat Hiſpanicæ factionis hominum, conuenere vniuerſi in ſingularis pompæ celebritatem. Mauricius in primis Allobrogicus tùm Cardinalis, recèns magno ambitu à Francico fœdere in partes Hiſpanicas traductus, & protector dictus Auſtriacæ domus; magnificentiâ quantâ potuit maximâ, nôui Imperatoris auſpicia conſecrauit. Erat omnis ædium apparatus ad ſplendorem exquiſitus; quem tamen exactiùs percenſere, & inutilis eſſet operæ, & præter inſtitutum. In feſtiuis ignibus præcipua illuxit induſtria, & totius Romanæ ciuitatis oculos gratiſſimo per noctem ſpectaculo detinuit. Aderant inter ſpectatores; & Galli aliquot; ad quorum globum homo Italicæ originis, animo Hiſpanus accedens, cùm animaduertiſſet inter illos dignitate præcipuum, ex cachinno vultuoſum, totam hanc

ɔmpam inanitatis arguere videri,
ɔminem affatus; heus inquit, ſpecta-
ɪr ecquid Auſtriaci nominis ſplen-
ɔrem agnoſcis? cœpitque ambitio-
ùs nouam Mauritij præfecturam, cõ-
:mpta Gallica quam abdicauerat,
ɛprædicare, tùm verò maximè cùm
ɛ pegmari machina erumpens aqui-
, flammeis characteribus eructare
ɛpit, miro ſanè artificio, noui Impe-
ɪtoris, & protectoris noui illuſtria
omina: ac demum igneus turbo,
quilę ejuſdem ex ore profuſus medio
ɪ aëre ſigla deſcripſit Allobrogicæ
omus, ſeu ſingulares quatuor illos
haracteres F. E. R. T. qui appingi
e more, illius inſignibus adſolent,
x igne & verſicolore flamma: hìc;
ɪultis circum ædes locis ex auro præ-
ɪlgebant. Intentis ergo in eos cum
igito oculis, agnoſce, inquit, inſul-
abundus interpres, illuſtriſſimæ fa-
ɪiliæ gloriam, *Fortitudo eius Rhodum*
:nuit, id ore fert Romana volucris,
elicitatem eius Romanus tutabitur Imp.
ʌt hìc Gallus noſter, ſubridens, ait,
ɪræpoſterè hos characteres legis, ô
ɪone: ſi verum amas & ſapis purum,

Digitized by Google

putúmque Gallicifmum agnoſces ; & ordine retrogrado, & recto eodem has colliges voces. *Tout reuiendra en France*, totum retrò erit Francicum. Quo genere interpretamenti mirum in modum obſtupefactus Italo-Hiſpanus, & quaſi de cœlo tactus, hæſit primùm, tùm ſilentio, cum ſuis quos frequentes, hominis os præfractum excierat, ſubduxit ſeſe. Mauritius ſanè Cardinalis, breuì deinde pòſt, & protectoris nomini, & Auſtriaco fœderi reſponſauit, Galliæ vnà & ſuis reconciliatus.

Ex Duplexio & relatione proborum Authorum à 1591.

OBſidente Rothomagum Henrico quarto; auxiliarem rebellibus exercitum bis in Francicum ſolum induxit ex Belgica præfectura, Parmenſis Dux Alexander Farneſius, obſeſſę vrbi ſuppetias allaturus. Cuius ſub priorem aduentum, Henricus cùm ſe de more poſt diurnam excurſionem reciperet ſub veſperã, oſtento grauiſſimo perterrefactos ſuorum

nimos, allocutione militari & regia onſtantia confirmauit. Ineunte jam erè nocte, & ſereno admodum cœlo, cce tibi derepentè ignea nubes Re- ;is imminére capiti viſa, Regium mox gmen (erant in eo ſexaginta cata- ›hacti) vniuerſum perpetuis flammis nuoluit, & ad ipſa vſque ſtatiua, ſenis ermè ſtadijs inſectata eſt, infinito urmalium ſtupore & ſpectantium ıon diſpari. Cohorruit & ipſe prin- :ipiò Henricus; at vbi diuinitatis eſtigium in re tam inſolenti agno- ıit, & tacitè veneratus eſt, ſenſit ex :empore, numinis præſentiam, exag- gerato ſibi ad ſingularem fiduciam ınimo: quo etiam temporis articulo primùm concepiſſe ſe, deinde ſolitus erat dicere, certam mentem ad Ca- tholica ſacra remeandi. Mox ad ſuos conuerſus, recto vultu & conſtanti voce, de oſtenti felicitate, tam vberi oratione, tamque erudita, diſſerere cœpit; prorsùs vt non dubijs ſignis Dei addicentis; hæc principis oratio videretur. Cũ vir inter arma nat⁹ atq; eductus gladio, quã ſtylo promptior; repetita ex veterum hiſtoricorum

Addicere, eſt, confirmare apud Augures.

monumentis, & ritu gentium memoriâ; de imagine diuinitatis in medijs ignibus agnoſcenda, de felicibus augurijs, de facibus præferri Cæſaribus, aliiſque principibus ſolitis; luculento ad ſtuporem ſermone, & exquiſitis ſententiarum luminibus explicaret. Hac porrò Henricus oratione, concepto metu non modò ſuos immunes præſtitit; ſed diuinæ impoſterum fiduciæ pleniſſimos, ad nouas ſpes præeuntis numinis erexit.

CAPVT XXI.

Carolus Andegauenſis, milite in Regem induto; Conradinum, in fraudem inducit, & vincit.

Anno Chriſti 1267. Auguſti 23. Ludouico nono Rege, ex Æmilio, Sabellico, Villanio, &c.

CÆso per infame parricidium Henrico fratre Siciliæ Rege,

Conradus Imperator à fratre Notho **Manfredo**, penè legitimè veneno ſublatus, filio Conradino arma, hæreditario jure, non regna reliquit. Manfredus, vtriuſque Siciliæ Tyrannus ſacris interdictus à ſummo Pontifice, regno ſimul & vita ſpoliatus, ad Beneuentum, ceſſerat armis Caroli Andegauenſis, quem deſignatum ab Vrbano quarto Neapolis & Siciliæ Regem, quartus Clemens Pontifex inaugurauit. Cum malè partum à fratre Conrado regnum, non æquiùs repetere aggreſſus eſt Conradinus, ſtolo vnicus ac poſtremus domus Sueuicæ. Præferocis animi juuenis vix annos natus ſeptemdecim, Caroli Ducis veterani ſolertiâ in Marſicis campis deletus eſt. Sunt illi ad Fuſcini lacus dexteram oram citra prçruptas Apennini rupes latè porrecti, vbi frequentia adhuc viſuntur rudera formarum veterum quibus in vrbem aqua martia olim inducebatur. Haud procul intumeſcentibus circum jugis depreſſa vallis à camporum proſpectu prohibita, vno alteróve in orbem milliari protenditur. Hìc, progreſſo

Conradin de la maiſon dé Suaube.

Lago Fucino.

in patentès campos Conradino, ſuorum partem ſecum ſubſiſtere in inſidijs Carolus jubet; cæteros objecit hoſti, quibus Henricum Coſantium ductorem præfecerat, ſuis ad omnem regiam ſpeciem inſignibus adornatum. Ambiebat imperatorem prætorianorum cultu expeditorum equitum ala; præferebatur princeps vexillum, omnia denique eâ fuerant ſolertiâ comparata, quæ non modò imponeret hoſtibus, ſed gregarios etiam Caroli milites lateret. Ad hanc ſpeciem regij exercitus, in regios animos erectus Conradinus; in aſſerenda dignitate decretorium fore prælium exiſtimauit, manus cum præſente æmulo conſeruiſſe. Irrumpit inuicto ſuo ſuorúmque robore, quos ſpes agebat regiarum opum in priuatorum fortunas conuertendarum. Certatũ eſt pluribus horis incerto vtrinque marte; quòd Henricus regia ſpecie non indignum animum promeret, regio ſanguine & robore; regnum ambiret Conradinus. Ceſſit tandem Henricus infinitæ multitudini, & cæſus, fugiendi ſuis, hoſtibus cauſam

præbuit malè opportunè inſultandi. Conradinus tùm perijſſe Carolum arbitratus, effusè in palantes inuehi; victoriâ fruendũ inclamare; regnum in tuto eſſe; delendum Gallici nominis & fœderis quidquid erat reliquum. Ea vox diſiecit ordines, & diſpalatos, inſidianti Carolo feliciter objecit. Inuolat è latebris Carolus & recentibus copijs jam defeſſos, & ſolutos aggreſſus, cecídit inopinatâ clade, ad millia duodecim: principum ductorum quibuſque captis. Vix elapſus cum Federico Auſtrio Conradinus calonis veſte fugam tantiſper tutatus eſt, dum annulo pro naulo dato, proditus, Caroli tandem in manus deuênit. Cujus deindè juſſu ſecuri percuſſus eſt. Prælij locus victoriæ nomine conſecratus eſt, nobiliſſimò à rege victore inædificato cœnobio, & quod inibi erecta vexilla Francorum lilijs effulſerint, Lilij campus etiamnum vocatur.

CAPVT XXII.

Goſonius Draconem oppugnaturus, priùs canes, & equos ad Draconis ſimulachrum exercet.

Ex hiſtoria Melitenſium equitum.

INNATVS erat apud Rhodios quodam in ſpelæo ſtupendæ magnitudinis Draco; is venenato ſuo ſpiritu cœlum tetro odore perflabat, & quos in cumque homines ac bruta animalia incidiſſet, Lacerabat idem crudeliſſimè. Cautum itaque fuerat graui etiam exauctorationis pœna; ne quis equitum aut ciuium, eam in inſulæ partem accederet, cui à Dracone *mali paſſus* nomen vulgus inuenerat. Æquabat Draco magnitudine corporis equum mediocrem, capite ſerpentem referebat, auribus mulum; ſed eaſdẽ obtegebant ſquammæ. Dentes erant acutiſſimi, rictus

Le Maupas.

ampliſſimi, dehiſcentes oculi,& ignis inſtar coruſci; horrendus aſpectus, tibiæ quatuor more Crocodilorum, acerrimi vngues & acuminati; dorſo impoſitæ gemino de latere pennæ. Pars earum exterior Delphinis erat colore; interior, vt & venter perpetuus, ex luteo vireſcebat, & lacerti deſinebat in caudam. Equo non inerti, par erat concuſſis alis horrendo cum ſibilo currentis celeritas.

Eum igitur Draconem cùm ſibi animo deſtinâſſet pugna debellandum, Rhodienſi è familia, quæ Melitenſis nunc eſt, genere & virtute nobiliſſimus eques Ædeodatus Goſonius; Goſonium auitum in caſtrum apud Ruthenos ad fratrem ſe recipit. Vbi expreſiſſimum in Draconis ſimulachrum ſæpiùs admiſſos equum & canes geminos, inſolenti ſpeciei timore ſoluit: & eos ad pugnam audacter & intrepidè ineundam crebro ludicro & batuatione couſuefecit.

His ita compoſitis, Rhodum reuertitur, & quodam paulò poſt die, per famulos arma in diui Stephani ædem, non procul à monſtri latebris ſitam

præmiſit. Eò deindè ipſe vno aut altero dumtaxat comitante famulo, conſilij nemine conſcio, ſubſequitur; & juſſos ad proximum reſidére jugum famulos, pugnæ ſpectatores eſſe imperat. Dat etiam in mandatis, vt ſi victus ipſe & occiſus eſſet, fugâ ipſi ſubducerent ſeſe; ſin contrà vinceret, accederent opem laturi. Goſonius ergo cataphractus equo vehens, aduerſi rivuli oram legit, & in ſpelæum vnde riuus ſcaturiebat, incurrit. Nec diu moratus, erumpit in equitem Draco, terribili alarum motu, & horrendo gutturis ſibilo. Inuehitur ex aduerſo Goſonius, & infeſta haſta, nequicquam petit armorum alterum; cecidit enim irritus impetus, & repugnantibus ſquammis haſta in plura ſegmina diffringitur. Circumcurſant intereà canes & monſtrum acriter aggrediuntur. Horum alter infixis penitiſſimè in ventrem dentibus, tantiſper ſubſiſtere præ dolore coëgit, dum ſe ex equo duceret Goſonius, & pedes audacter pugnam redintegraret ſtricto gladio, quem tandem jugulo Draconis imbuit tenuiorem

per

per cutem;ac tamdiu pertractauit atque infixit,donec præſectæ ac perfractæ fauces. Nec verò prius deſtitit objectu corporis in Draconem conniti, & gladium inferre,quàm ſuum Draco ſanguinẽ exhauſit. Sic enim collapſis viribus,prolapſum eſt in terram monſtrum : & præ labore, & horrendi cadaveris pondere, atque fœtore, jam fatiſcentem Gozonium inuoluit. Draconem victum & jacentem conſpicati famuli curriculò aduolant, & tanto onere, Dominũ jam animo defectum liberant, & in equum imponunt.

Eâ igitur lætitiâ cumulatus, qua tantæ victoriæ compotẽ eſſe decuit,redit in vrbem eques, & rectà magnum adit ad Magiſtrum,totamq; pugnæ ſeriem lætabundus ediſſerit. Magnus verò Magiſter ingenti gaudio delibutus,& tantæ ſpecimẽ admiratus virtutis;animũ tamen geſtientẽ repreſſit. & ſeuerioris diſciplinę cauſa,iram prętulit in contumacẽ;quẽ exauctoratũ, carceri mancipari juſſit. Pauculis deindè poſt diebus,in ordinẽ,priſtináq; in beneficia equeſtria,ac jus antiquitatis reſtitutũ,honoribꝰ cumulauit ampliſſimis.

GALLIÆ ET GRÆCIÆ CONTENTIO.

VEre monſtra parit, falsò quæ Græcia vincit,
Monſtrorúmque ferax, & domitoris egens.
Gallia quæ monſtris tellus eſt omnibus expers,
Expers moſtrorum vindice nunquid erit?
Græca Rhodus monſtrum Gallo domitore peremit:
Quæ verè illa tulit, veriùs iſte necat.
Græcia quæ verax producit monſtra, Pelaſgos
Inducit fallax in ſua monſtra duces.
Diuidat vt verax ſit Græcia. Scilicet, orbi
Græcia monſtra parit, Gallia monſtra domat.

GOZONIVS SOLVTVS.

VErus amor patriæ mihi vincula ſtrinxerat antè,
In noua me patriæ vincula mittit amor.
Illa amor in patriam meus olim vincula fecit,
Hæc in me patriæ vincula fecit amor.
O patria! ô veri mirabile nomen amoris!
Vincula ſiue adamas, ſiue adamaris, habes!

ƷO ZONIVS IN CARCERE.

S*Iccine, ſic Rhodio libertas empta popello?*
Siccine compedibus conſtitit empta meis?
ccine, ſic Rhodiæ, ſic eſt deuota ſaluti,
Partáque nimirùm me pereunte ſalus?
ilicet his latebris, hoc ſcilicet inſula ſepto,
Collatam auctori grata rependis opem?
bera quod liceat veſtigia ferre per agros,
Quod nemora inſidijs, peſte quod antra carent.
uela vicem referunt, & libertate receptâ,
Horrida captiuum detinet vmbra ducem.
uòd meus inſidias amor intulit ante Draconi
Anne mihi media eſt inſidiata Rhodus?
tra quod hauſta lues noſtro fuit enſe, viciſſim
Squalida viroſus corpora pædor habet.
ſtra ne quòd patria deſertis ciuibus aura,
Quod dedit optato dextera ſole frui:
mnam ideò latebras, cæcique ſilentia tecti,
Dextera luctifica noſtra parauit ope?
id mea non gelido præcordia ſanguine cinxit,
Degeneremque tulit Gallica terra virum.
id mea nobilibus voluunt incendia flammis
Pectora, quid tumidus deuorat oſſa calor?
guis ô, ô vtinam qui me ſibi finxit Achillem
Terſita excuſſis corda dediſſet avis.

Ipſáque vincendi doctiſsima, neſcia vinci
Dextra, vtinam in gremio delituiſſet ine
Cur ego lethiferi captus Mauortis amore?
Cur ego de primis vnguibus arma tuli?
Cur noſtris ſcutum ex humeris optabile pondus
Cur pharetra, immenſum, plena pependit o
Cur mihi dum primis quærebam ludicra nugis,
Fibula ſuccincto nexuit enſe latus?
Martia corporeo creuit cum robore virtus,
Hæc animi iam tum ſigna fuêre mei.
His vtinam ominibus contraria fata tuliſſem?
Nec mea me virtus vincere docta foret.
Quæ priùs hoſtiles virtus ſpondebat honores,
Hæc in me propriis vertit iniqua manus.
Spirares vtinam tractus infamia noſtri,
Verſaréſque fera ſibila colla gula.
Quin nemora, & cāpos & quo Rhodus æquore, t
Porrigitur, totam permeat atra lues.
Quin celer infeſtis in mœnia deuolat alis,
Quin media ciues inficit vrbe Draco.
Non via, non ædes, non intima regna penatûm
Non fora, non fuerit curia tuta ſatis.
Scilicet hæc fuerint inſani vota furoris,
Id velit horrentis quem plaga ſolis habet.
Heniochus cupiat, vel ſi quis dirior illo
Induit horrendæ pectora ſæua lupæ.
Ah minimè, minimè! nondum feruentis amor
In patriam excuſsit pectoris ira, meum

intus adhuc pietas, quaque ardua quondam
nnia veloci juſsit inire pede,
dem matura viget, viréſque periclis
cilicet extremis ingenioſa tulit.
iget Herculeos patriæ vouiſſe labores,
Non tentaſſe. piget Bellerophontis opus.
mea cadmæos exhorret dextra triumphos,
Non fugat incenſus Theſea mente, dolor.
cet hoc animos, hoc frangit ſcilicet vnum,
Exitium hoſtili non reperiſſe nece.
tior hac patriæ cecidiſſem victima morte,
Fors patriæ audires grata, memórque magis.
idquid id eſt, ſi pœna placet non debita, lætor;
Sit modò parta tibi, per mea damna, ſalus.
e mei tutò, perrumpite mœnia ciues,
Ite per vmbroſas, ite, redite vias.
Quando tamen ſyluas deerrabitis inter opacas;
Cum montana procul pes teret antra vagus,
Dicite: victricis ſunt hæc data munera dextræ,
Hæc eſt Gozonij ſtrata labore via.

CAPVT XXIII.

Ioannes Monfortius, Carolu[illegible] Bleſenſem expugnat veſtis mutatione.

Ex Argentræo & aliјs.

1364. ANNOS iam fermè tres ſupr[illegible] vicenos, grauibus bellis inte[illegible] ſe Britonas contenderat, Ble[illegible] ſenſis & Monfortij comitum infinita[illegible] controuerſiæ lis implicatiſſima. Hi[illegible] paterni juris, ille vxorij vindex, decre[illegible] torio tandem prælio, ad Dariene[illegible] arcem in Venetis experti ſunt. Om[illegible] nibus machinis arctiſſima obſidion[illegible] cinctam oppugnabat Monfortius; pa[illegible] ribus copijs ſuppetias ferre conatu[illegible] Bleſenſis, ad hoſtium caſtra exerci- tum admouit, oppidanorum ingent[illegible] voluptate. Hinc vtrique ducũ injecta mens eſt, aleam ſemel jaciendam, nec toties experiendum fortunæ ludum. Ità comparatus erat ductorum ani-

mus. Quorum certa ſententia, vbi in vulgus innotuit, de rei ſumma decernendi; ſummam rei fore ſtatuére militum ſinguli, vt victus vterlibet ducum foret, is dum calet ferrum conficeretur. Proinde cùm dato ſigno concertæ ſunt manus, non tam partium erat quàm ſingulorum contentio. Monfortius in ipſo ſuorum procinctu, deſcriptis jam aciebus, conſcijs tantum ordinum ductoribus, imperatorium paludamentũ depoſuit. Chlamys erat manuleata textili argenteo & ſtamine ponticorum muriũ exuuijs ſuffulta interiùs, exteriùs pullo è ſerico in pelliũ earumdem ſpeciẽ variegata, & paribus interuallis phrygio opere diſtincta, auito Britannorum Regulorum more. Hac de ſuis equitem vnum, ſtrenuum imprimis & impoſita perſona dignum, inſignit. Ipſe vulgari nobilium cultu pugnam init. Nec verò diu certatum inter anteſignanos & velites, cùm Carolus perſonatâ equitis ſpecie deceptus, eò belli molem omnem impellere, vni turmæ incubare infeſtus, in eum vnum militię florem ducere, ipſe agmini præire;

aduerſarium poſcere; tam ſtrenuè denique arma mouere; vt aditum ferro nactus, hominem equo dejectum gladio confoderit. Hic enim verò, victis ſcilicet inſultare, manus darent & ſublato turbarum auctore patriam aliquando reſpicerent, jacere tandem belli nefarij ducem, numinis ſuffragio penes victorem jus eſſe. Carolum ita liberè & paulò licentiùs quàm inter hoſtes addecet, exultantem, inuadit ex-inopinatò Monfortius; vmbratilem victorem in ſolem prouocat. Stetit principiò anxius rei nouitate Carolus; at mox, vt erat, & manu ſtrenuus, & præſentiſſimi conſilij Dux, vociferari cœpit; hoſtem jam præjudicio, cauſa cecidiſſe, exuiſſe meritò Monfortium principatus inſigne; neque hunc magis, quàm ſatellitum quemlibet Ducis nomen obtinere, aut tueri poſſe; ab ipſo Monfortio perduellionis pœnas repetẽdas, quas vel fictus meruiſſet. Dicentem nihil moratus hoſtis, acto cuneo Caroli aciem perrumpit, Verùm inſtaurato acriùs prælio, cùm diu librata vtrinque victoria in Carolum inclinaret,

Monfortianorum aciem nutantem Candoſius reſtituit, compoſitâ prouidè ad hunc rerum articulum ſubſidiariorum equitum alâ; quâ recentes equitum, equorúmque vires (quippè quos Dux ſtantibus ad fræna ſeſſoribus vacuos, dum à prioribus res geritur eſſe juſſerat) expromente; dejectum eſt Caroli agmen; ipſe equo deturbatus à gregario milite Anglo-Britanno, ſicâ in faucès adactâ confoſſus eſt. Chandos Anglus.

CAPVT XXIV.

Numeroſiſſimum exercitum conjuratorum Belgarum, Duce Artauillio, in locorum anguſtias coactum, vſu telorum prohibent Franci.

Ex Æmilio & alijs.

ANNO milleſimo trecenteſimo octogeſimo ſecundo, proſtrati

ſunt Roſæbequenſi prælio Belgæ perduelles à Carolo ſexto, cæſis vnà cum Philippo Arteuellio conjuratorum duce, quadraginta hominum millibus. Quæ tanta mortalium cædes incruentâ victoriâ contigit, perduellium copijs ità circumuentis, vt in arctiorem æquo locum coactis, premente vndecunque Franco, telorum omnis vſus ademptns ſit.

Æmilius eleganter.

Philippus allato aduentu Regis, relictis quod ſatis copiarum videretur ad continuandam Aldenardæ obſidionem, cum ſexaginta millibus pugnatorum, Francis ad Roſæbequam occurrit. Ibi concursũ miraculo fuit. Quod cum caligo denſa lucẽ obſcuraret, longinquúmque proſpectum adimeret, vbi Villarius Flammulam explicare cœpit, mira ſerenitas reddita, omnia circà proculque patefecit: ac vterque exercitus alterum oculis metiebatur. Flandri generatim conſtiterant. Sub ſuæ quiſque ciuitatis ſignis: vt inter ſe noti, cognationéque ac neceſſitudine juncti, ſe, atque châriſſima pignora tegerent:

mutuâ exhortatione incenſi, domeſticos teſtes, quod maximum incitamentum foret, ſuæ quiſque virtutis habituri. Nec ſinguli modò, ſed & populi inter ſe ardore defendendæ communis ſalutis, æmulationéque certabant. Præceptum imprimis eis à Philippo fuerat, vti denſis ordinibus; junctíque decertarent: diſiungi alios ab alijs, diſſiparíque ſe non paterentur, inſtarent hoſti, mori quàm cedere mallent: meminerint Iohannem Regem in Pictonibus à paucis Anglorum millibus captũ. Capiendis hoſtibus tempus non inſumerent: non ſe illigarent. Regem vnum, ſi fortuna, ac virtus ferret, viuum caperent: cæteris minùs parcerent. Captis Brugis elapſum Comitem, atque eâ re nondum libertatem ſuam ſtabilitã; Rege captiuo, finem periculorum futurum. Rex tunc primùm arma induerat: conſilij, ſalutíſque cauſa delectiſſimis proceribus latus ſuum ſepſerat. Tres inſtituerat acies, quæ earum numero nobilitatéque ac virtute præſtabat, in ea conſtiterat: hancque ſe primùm oſtendẽtem hoſtes, impreſſione factâ

loco mouêre. Id apud Regios malum, in bonum vertit. Dum inſtat ferox hoſtis, ſe victorem vniuerſo prælio ratus: duæ reliquæ Francorum acies dextrâ, lęuâque hoſti circumfuſę, non tam ferro dimicare, quàm vrgere, premere, impellere: in anguſtũ, in arctum cogere eũ cœpêre: ne impetu animi, roboréque corporis fretus, expedire tela, pugnaréque pari, atque Regij fortunâ, conditione, locóque poſſet. Suomet ipſorum tumultu laborabant: alij alios interturbabant Dum ſibi quiſque viam facere in hoſtem, eximere à ſuorum trepidatione conatur, conſternatio veſana augetur. Alij hoſtium dextra cadunt, alij concurſatione ſuorum ruinâque oppreſſi procumbunt, conculcantur. Non minùs negotij à ſe ipſi, quàm ab hoſte habent. Ad triginta millia in prælio deſiderata, in fuga plus decem millia cæſa.

CAPVT XXV.

Infeſtæ hoſtium naues, per vrinatores ſub aquis funibus abducuntur.

Ex Monſtrelet. Vol. 2. à 1426.

CAROLI Septimi ætate, Crotoïenſes præſidiarij pyraticam exercebant, tota per ſomonæ oſtia, Abbatis vſque villam, cuius maximè piſcatibus, eò loci vberrimi prouentus incommodabant frequentibus excurſionibus. Erant ad hanc rem prædatoria nauigia contabulato opere ita conſtructa, vt perpetuis in morem terreſtrium caſtrorum pluteis vndecumque protecta, & impugnantium tela fruſtrarentur, & collimare tutò claſſiarij poſſent. Horum præcipua duo ſingulari prorsùs ſolertiâ ab ipſo hoſtium portu, Abbauillæi ſub. duxere. Progreſſi per intempeſtæ & illunis noctis ſilentium vnâ admodum

Le Crotoy ſomme F. Abbeville.

in cymbâ, in hoſtium nauale; ſubſtitére haud ità procul. Quo de loco emiſſi claſſiarij duo, medias inter aquas enatando ſubiere hoſtilibus his myoparonibus, quorum in ima tabulata infixere penitiſſimè annulos ferreos altera parte in cochleas productos. His funes geminos annexere; tùm præciſis anchoralibus rudentibus quibus hærebant fundo & ripæ myoparones; funium illigatorum ſuccuſſatione ſocijs commonefactis: dum funes retrahunt illi, hi in naues taciti ſuccedunt, & jam ſubmotas à ripâ tantillum, fruſtrà excitatis hoc ſtrepitu retrocedentium, cuſtodibus, liberâ gubernaculorum circumactione, ſociorum niſibus obſecundantes, captiuas abducunt.

Digitized by Google

CAPVT XXVI.

Sublicium ex colligatis cymbis pontem, ſub aquis innatans diſſoluit, & diſijcit, Gallus natator.

Gaguinus Lib. 10. in Ludou. 11.
An. Chr. 1465.

IVLIVM Cæſarem de pontis ſui fabrica tam accuratè diſſerentem, ac tam ſeriò, quàm eſſet imperatori de ordinanda acie diſputandum; meritò inter iocos hinc Pontificem appelles, atque indè, à primo ſcilicet Imperatore ad Gratianum vſque ſtudio æmulandi Romanos Principes vnà cum imperio pontificatum etiam induiſſe cauilleris. Sanè opportuni eſt ducis in traijciendis fluminibus ſolertem eſſe. Hoc iure Carolus Burgundus Philippi filius bello, cui perduellio boni publici nomen fecerat, imperatoris partes illas egit, & munus

L. de bello Gall.

Le Comte de Charolois.

imperatoriũ ſubitarios excitandi pontes. Sequana medius interfluébat coniuratos inter & Burgundos; quo traiecto, regiæ laboraturæ copiæ videbantur, & numero & tumultuario delectu inferiores, ſi prætorianos excipias. Trahebat ſecum ſubliciam machinam diſſolutis trabibus in varia plauſtra diſiectam, quæ facili operâ componi, & in vtramque poſſet ripam explicari. Et iam ſtrinxerat vtrãque Carolus: cum regij crebris velitationibus, & grauioribus aliquando præliis, priores hoſtium turmas traiectioni proximè imminentes diſtinent, arcentque à ponte caſtrenſi; ſagittarij comprimis ex aduerſa ripa & de proximo tumulo, quem præſidio, valloque præceperant. Hæc inter, felici exitu rem difficilem explicuit Normannus vrinator. Is ſuſpensâ ex humeris fabrili terebrâ, & ruſticanâ bipenni, ſub vndis ipſis & ſecundo Sequana, in machinam enatâuit, & vincula partim ex funibus, partim è ligno concinnata, abſcidit atque abſoluit; quàm ignotus hoſtibus tam breuì agnoſcendus. Hinc diſſipatâ

compage,

ompage, vorticoſo fluminis alueo eſſit hoſtilis induſtria, & fœdo non minùs quàm ſubito naufragio diſie-ta. Normannus ad ſuos incolumis victoriæ, & ſolertiæ ſuæ ſpectator euaſit.

CAPVT XXVII.

Ludouicus duodecimus nimijs beneuolentiæ ſignis, Conſal-vum gratiâ apud Principem ſuum feliciter deijcit.

Ex Guicciardino, Mariana, & aliјs 1507.

AGENTEM in Liguria Ludo-uicum eo nomine duodeci-mum Francorum Regem, rediturus in Hiſpaniam Ferdinandus Aragonum, & Neapolis Rex, de via, vt conuenerat, inuiſit Sauonæ, Iulio menſe anni ſupra milleſimum-quin-genteſimum, ſeptimi.

Quo loco certatum eſt inter Reges,

beneuolentiæ & fidei ſingulari teſti-ficatione. Non defuit tamen ingenio ſuo Ferdinandus, nec Regiæ ſolertiæ Ludouicus. Illectauit per frequentia colloquia, ſpe Romani Pontificij Aragonius, Amboſianum Cardinalem: qua ductus is non ſemel deinde in fraudem, rem Francicam labefactauit, vt eſt ab Italis etiam memoriæ conſignatum.

Ferdinandum Vaferrimum fuiſſe tradunt hiſtorici.

Le Cardinal d'Amboiſe.

Abduxerat ſecum ex Neapolitana præfectura Ferdinandus, celeberrimę famæ virum, Fernandum Conſaluum, cui *Magni Ducis* cognomen Neapolitanæ victoriæ pepererant. Hunc, apud Dominum, inuidorum calumnijs appetitum, vt nouis ſuſpicionibus profligaret penitùs Ludouicus, inſolitis honoribus & priuatâ fortunâ majoribus proſecutus eſt. Detractum ſibi de collo torquem in Conſaluum induit: extorſit deinde à Ferdinando, vt eum cœnæ, regiæ adhibere liceret.

Ferránd Gonzalés dit le grand Capitaine de la Maiſon d'Aghilar.

Ex tract. Cordubenſi. Guicciard.

Accubuit ergo Conſaluus quarto loco vnà cum Ludouico Francorum, Aragonum Ferdinando Regibus; & *Germana* Regina hujus vxore, nepte illius. At, vt fuerit omnino trium-

Germaine de Foix fille de Marie d'Orleans femme de

halis & regius ille *Magno Duci* dies, Iean de
iit certè gloriæ poſtremus. Vbì enim Foix Vi-
rimùm Hiſpaniam attigit, remotus à comte de
ublica re & militari gerenda, in otio Narbone,
ɔnſenuit inglorius. ſœur de Louys 12.

Ità magnus Hiſpanicæ rei contra
rancos adminiſter, tot olim illatis
adibus inſignis, præreptus eſt nouis
iumphis.

MAGNO DVCI,
MAIORI COMITI.

Iuuenalis Satyra 5.

Primo fige loco, quòd tu diſcumbere
juſſus,
Mercedem ſolidam veterum capis offi-
ciorum;
Fructus amicitiæ magnæ CIBVS,
imputat hunc REX,
Et quamuis rarum, tamen imputat.

Digitized by Google

ppidum ea tempeſtate non admo- … le Gen-
um munitum, medio Genuam & Sa- nes.
onam inter itinere; ſtatuit improuiſa
ruptione, terreſtri ſimul atque mari-
ma & oppidum & præſidiarios op-
rimere. Eò claſſem Hiſpanicam vni-
erſam è Genuenſi portu eductam in-
urſu repentino vrbem tentare jubet;
portam & muros adſitos mari, tor-
entis majoribus quatefacere: ſic
rbitratus; malè fidam ſtationē Gallos
reuì deſerturos, & iter inſtituturos
auonam verſus ad ſuos. Quare ipſe
um peditibus quater millenis, neceſ-
arium illud iter, latenter obſedit,
pe non dubia vniuerſos profligandi.
Quo loco dum hæret in inſidijs; claſ-
iarij de portu, oppidi mœnia diuer-
erant. Prioribus ſtatim emiſſioni-
us, excitus ſtrepitu Saluſſianus, duas
ortè procinctas triremes, è nauali
auonenſi in altum agit, dum compa-
atur claſſis. Quæ vbi ſunt in conſpe-
tum oppidi promotæ; majores ani-
nos noſtris ſpes noua fecit; fecit ho-
tibus audacia majores. Hi crebriùs
ormenta diſplodere, noua molimina
omminiſci, accelerare opera omnia;

claſſicis auxilijs anteuerſuri : illi contrà præſtolaturi repugnando ; comportare majori numero aggeres, denſare ordines ; congeminare ſtationes, obmoliri pro mœnibus & curare frequentiùs : toto denique obſidionali munere perfungi ſollicitiùs. Donec aduentante Gallica claſſe territi hoſtes, remis ac velis remetiri conati ſunt Genuenſe iter, auctore Moncadio: qui eódem agere cœpit pedeſtres copias itinere terreſtri ſecundũ oram maritimam : quæ quia anguſta eſt, prætextu perpetuo inacceſſarum rupium ; noſtrorum conatibus mirum in modum fauit. Vt quem dolum hoſtis inſtruxerat, ipſe contra experiretur aduerſum. Saluſſianus enim Thalaſſiarcho Fayetta cum claſſe fugientem hoſtem inſectante : ipſe duobus cum nauigijs oram proximè lecturus ; tranſmiſit in vrbem qui recèns è comitatu aduenerat Melleræum, quem præſidiarios Varaſſianos juſſit in Moncadij copias toto littore agere. Quæ quidem inſectatio felici ſucceſſu non caruit : Saluſſiano crebris tormentorum exploſionibus ordines hoſtium

L'Amiral de la Fayette.

Le Sieur de la Mellerée.

ɜrturbante , Melleræo in palantes
: diſiectos , æquatis agminibus ſuos
ıducente. Tanta quidem ſtrage vt
ɜritus vniuerſam ſuorum internecio-
em Moncadius, cum robore ac flore
ıſo nobilitatis, poſtremo in agmine
ɔnatus locum tempuſque fugæ ſuis,
ɜpugnando, concedere, captus ipſe
: vnà principes Hiſpanici exercitus
niuerſi, Sauonam abducti ſint. Cæ-
eræ copiæ terreſtres ad ipſa Genuæ
omœria fugando cædendóque aba-
tæ; maritimæ verò toto mari diffuſæ;
deò vt & Genuenſis prætoria, & duæ
liæ ex præcipuis triremes captiuæ,
ẋ in ijs manubiæ locupletiſſimæ in
ıoteſtatem noſtrorum deuenerint.
Tantus porrò terror in vrbem Ge-
ıuenſem illatus eſt, capto prorege,
ıccifo pedite, luxata claſſe; vt ſi ter-
eſtres copiæ altero tanto plures, hoc
ɜſt quatuor admodum millium in
ɔrocinctu ſtetiſſent, de Ciuitate in
us Francicum poſtliminio aſſerendâ,
ɛertò conſilium ac ſpes ſtatui po-
tuiſſet.

CAPVT XXIX.

Capta triremis, duas alias capit.

Ex Auguſtino de Paz & alijs, a. 1529.

Fr. Eſcepeaux C. de Durectal, S. de Matheſelon & Vieille-Ville.

FRANCISCVS Eſcepæus Franciæ Mareſcallus cognomento à Toparchia Vetus-villa, curſum militaris gloriæ feliciter auſpicatus eſt ab aduerſa fortuna. Cùm primùm ex ephœbis egreſſus eſt, annos vix natus octodecim, bellicæ artis rudimenta inſtituit magno ſanè ſub Duce, Odeto Fuxio Lautreco, in expeditione Neapolitana. Eò nauigaturus, venetam nauim conſcendit, ex fœdere quod icerant Veneti cum Pontifice Clemente Septimo, & Rege Chriſtianiſſimo, Italicæ libertatis nomine in Carolum Quintum Imperatorem. At noſter hic tyro priuatum fœdus icerat cum alio nobili adoleſcente ſupparis ætatis, *Cornillono*, vt

Le Sieur de Cornilhon.

ion modò inter nauigandum illa prima tranſmiſſione in vna, quod aiunt, naue eſſent; ſed & belli Neapolitani toto tempore, eoſdem ſubirent ambo caſus, neque vſquam ab inuicem diuellerentur. Vt eſt prona juuentus ad nouas amicitias, ſic eas etiam ardentiùs implicare amat. Ergo ambo Volones vnam ingreſſi nauem, idem ambo incurrére periculum. Capta enim ab hoſtibus naue, quod eſſet ſolitaria curſum ingreſſa, par amicorum illud inſigne, in manus hoſtium quoq; deuénit, & in Principis Monœcenſis poteſtatem. Captiuis nihil grauius erat, quàm quòd injecta viderent vincula, non ſuæ modò libertati, in illo ineuntis ætatis flore; ſed & liberæ profectioni ad primas adoreas, hoc tanto rerum impetu, quantum fama vulgauerat, Lautreciani exercitus in hoſticum latè progredientis. Ergo de ſua vterque redemptione ſollicitè agere cum Monœci Toparcha, precium quo ſe addíceret, bona fide, ac properatò repræſentaturos. Vbì ille annuit; tranſmiſit ad Lautrecum Eſcepæus, ei à patre, familiaque notiſſi-

Le Prince de Mourgues, ou Monaco.

mus, qui paterno nomine eam confici pecuniæ ſummam rogaret. Miſſa eſt actutum eadem à Lautreco pecunia per eumdem tabellarium, quanta nimirum Eſcepæo liberando indicta fuerat. At hic cùm intellexit vni ſibi dumtaxat redimendo precium illatum eſſe, negauit obnixè de vinculis exiturum ſine ſocio, ſine conſorte. Ac proinde ſecundis ad Lautrecum literis, integrum ſibi eſſe volebat, de tota agere pro vtroque ſumma, quam pater ipſi ſuus è Gallia tranſmitteret. Verùm cùm Monœcenſis ſatius eſſe diceret, ſi Eſcepæus liber ſocio libertatem confectum iret, vnà & precium; ea tamen conditione, vt certa redemptioni dies præſtitueretur; quâ, niſi pecunia repræſentata eſſet, captiuus Cornillonus ad cataſtam damnaretur. Reſpuit Eſcepæus hanc cum ſtomacho conditionem, quæ ſocium ſibi vita cariorem tam graui periculo exponeret, ſi ad diem reditus explicari, caſu aliquo, vt plerumque fit, non poſſet. Potiorem ſibi videri cum amico captiuitatem, quàm ſine illo libertatem: hanc verò nullam eſſe illo

aptiuo. Iamque parabat generoſus
doleſcens, allatam pro ſe pecuniam
d Lautrecum remittere , quando
um complexus Cornillonus rogare
bſtinatiùs cœpit, ne oblatam condi-
ionem aſſerendæ libertatis omitte-
et; ſibi deinde conſultum iri. At
'ranciſcus inter ſtrictiores amplexus
llacrimans , tantum ſe facinus non
dmiſſurum reſpondit: atque iteratò
ıſtitit vt Lautrecio ſua referretur
ecunia. Hîc tantam vim amicitiæ,
c tantam animi generoſitatem , in
am tenera ætate admiratus hoſtis;
xcepit, quæ in ſingulos dicta pecunia
ſſet, eam ſe modò ad vtriuſque re-
emptionem dicere. Atque ità libe-
um vtrumque non ſine præconio ſin-
ularis virtutis, ac verè Francicæ, vt
iebat, fortitudinis, dimiſit.

Illi ergo celerrima transfretatione
d exercitum Neapolitanum delati,
b ipſa ſtatim exſcenſione ſpecimen
didére virtutis ad ſumma nitentis.
)bſidebatur per eos dies Amalphis in Iean Caraciol
\pulia, ipſo ciuitatis Principe propu- Prince de
natore partium tùm Carolinarum Melphe.
ſſeclâ. Illata jam pluribus locis in

muros labes erat; & impreſſio in craſtinum indicta, cùm eſt vterque in caſtra Gallica ingreſſus. Volonibus præfectus Eſcepæus, primus omnium cum ſocio ſubiit, qua parte curabat præſens Amalphitanus Princeps. Quē ſibi vnà cum vrbe, deditum honorificentiſſimè habuit generoſus adoleſcens; ac paucis deinde poſt annis ad Gallicas partes ſequendas induxit; vt eſt à probatæ fidei auctoribus memoriæ traditum. Hanc tantam, tamque celerem victoriam, cæterarū deditio plerarumque omnium ſecuta eſt vrbiū; præter Neapolim, ad quam è veſtigio promota obſidio eſt à Lautrecio. Qua quidem in obſidione, Eſcepæus noua contigit cum aduerſa fortuna colluctatio; ex qua tamen intellectum eſt inuictum pugilem Galliæ parari. Res porrò ſic euénit. Naualibus copijs præerat Philippinus Doria Genuenſis, Eſcepæo noſtro ex aulica commoratione, & communi educatione notiſſimus. Ab eo pro familiari conſuetudine impetrat Franciſcus præfecturam vnius è nauibus, cui *Rectrix* erat inditum nomen, à Ludo-

Carlois Secretaire du M. de Vielleville en ſes mem. MMS.

ſia Sabaudica Regis Franciſci ma-
e, apud quam quadriennium inter
ıeros honorarios paulò antè verſa-
s erat. Quam ille præfecturam tum
ſcepit opportuniſſimè, cùm claſſem
ıſtram repentino ſuperuentu, ag-
eſſa eſt Imperatoria. Certatum
ıidem vtrimque acerrimè; captæ
men, aut depreſſæ pleræque ho-
.um naues; duæ vix fugâ euaſére
æſentem cæterarum cladem. In eas
eɛtricem ſuam promouit Eſcepæus;
ıarum alteram cùm propiùs attigiſ-
t, pontonibus, vncinis & harpago-
bus injectis, ſucceſſurus in eandem
debatur Gallus, niſi plus nimio fe-
ntes auræ hoſti de repente fauere
epiſſent. Etenim quòd erat majoris
ngè molis hoſtica, Gallicanam in-
tam, Neapolim versùs trahebat,
pta captiuam. Iamque pene portui
eapolitano ſubibant, cùm nouus
fortuna caſus non tam prælium,
ıàm victoriam reſtituit. Eas enim
ter moras quę hanc vtramque com-
iſerant nauem; illa altera hoſtilis
ngè leuior, & ad fugam expeditior
ırtum tenuerat, Verùm Nauarchus,

muros labes erat; & impreſſio in craſtinum indicta, cùm eſt vterque in caſtra Gallica ingreſſus. Volonibus præfectus Eſcepæus, primus omnium cum ſocio ſubiit, qua parte curabat præſens Amalphitanus Princeps. Quē ſibi vnà cum vrbe, deditum honorificentiſſimè habuit generoſus adoleſcens; ac paucis deinde poſt annis ad Gallicas partes ſequendas induxit; vt eſt à probatæ fidei auctoribus memoriæ traditum. Hanc tantam, tamque celerem victoriam, cæterarū deditio plerarumque omnium ſecuta eſt vrbiū; præter Neapolim, ad quam è veſtigio promota obſidio eſt à Lautrecio. Qua quidem in obſidione, Eſcepæus noua contigit cum aduerſa fortuna colluctatio; ex qua tamen intellectum eſt inuictum pugilem Galliæ parari. Res porrò ſic euénit. Naualibus copijs præerat Philippinus Doria Genuenſis, Eſcepæo noſtro ex aulica commoratione, & communi educatione notiſſimus. Ab eo pro familiari conſuetudine impetrat Franciſcus præfecturam vnius è nauibus, cui *Rectrix* erat inditum nomen, à Ludo-

Carlois Secretaire du M. de Vielleville en ſes mem. MMS.

uiſia Sabaudica Regis Franciſci matre, apud quam quadriennium inter pueros honorarios paulò antè verſatus erat. Quam ille præfecturam tum ſuſcepit opportuniſſimè, cùm claſſem noſtram repentino ſuperuentu, aggreſſa eſt Imperatoria. Certatum quidem vtrimque acerrimè; captæ tamen, aut depreſſæ pleræque hoſtium naues; duæ vix fugâ euaſére præſentem cæterarum cladem. In eas Rectricem ſuam promouit Eſcepæus; quarum alteram cùm propiùs attigiſſet, pontonibus, vncinis & harpagonibus injectis, ſucceſſurus in eandem videbatur Gallus, niſi plus nimio ferentes auræ hoſti de repente fauere cœpiſſent. Etenim quòd erat majoris longè molis hoſtica, Gallicanam inuitam, Neapolim versùs trahebat, capta captiuam. Iamque pene portui Neapolitano ſubibant, cùm nouus à fortuna caſus non tam prælium, quàm victoriam reſtituit. Eas enim inter moras quę hanc vtramque commiſerant nauem; illa altera hoſtilis longè leuior, & ad fugam expeditior portum tenuerat, Verùm Nauarchus,

in ſua ipſius, naue, in portu inquam, naufragium fecit. Princeps enim Arauſicanus audita jam clade, per ſcaphas aliquot quæ præceſſerant,& fugâ harum duarum nauium,ſeu ignauia ductorum; Nauarchum illum ipſo aditu, de malo ſuſpendi juſſerat, fruſtra querentem inauditũ ſe damnari. At damnatum audiuit propiùs ſuccedens Nauarchus alter,audiuere ſocij, audiuere hoſtes. Cæſarianos dejecit ſupparis pœnæ metus, erexit noſtros idem illorum metus. Eſcepæus rei ſpectaculo conſternatos ad defectionem vocauit, tam opportuna oratione, vt illi de victoribus dedititij, remetiri mare occæperint, Rectrice jam nouis auſpicijs ſuo nomine curſum regente. Quo ex regreſſu intellexit Arauſicanus defectionem ſuorum, actutumque Nauarcho in priorem illam nauem alio immiſſo, profugos inſectari juſſit, & ſubſequentibus alijs auxiliarijs duabus, dum inſtruuntur, præire. Senſit enimuero motus hos animorum Eſcepæus, & quæ collecta erant captæ nauis explicari vela jubet, & claſſiarios in pro-

cinctu eſſe. Quibus Præfectum impoſuit Cornillonum. Ità retroactæ in inſectantem ambæ eâ, de facili potitæ ſunt; ſtupentibus longè atque hærentibus, qui duas alias velis paulò antè, remiſque ſollicitiùs agebant. Ludente verò mirum in modum belli fortuna; vbi ſcilicet ventis ludendi locus eſſe ſolet. Sic trium jam nauigiorum ductor Eſcepæus, in portum Salernitanum ad ſuos regreſſus, plauſum vniuerſæ claſſis meritò retulit; tantò ſanè profuſiorem, quantò grauior inceſſerat omnium luctus, ex incerta priùs ſalute tam cari capitis. Paucis exinde diebus miſſus eſt Eſcepæus in Galliam ad Franciſcum Regem à Lautrecio nuncius, naualis victoriæ, & cæterum belli Neapolitani ſtatum relaturus. Diſſeruit in Regia ferè toto octiduo ſumma omnium voluptate, concitauitque apud humaniſſimum, generoſiſſimúmque Principem & ſui expectationem, & amorem. Præſertim ex literis quibus commendabat Lautrecius apud Regem, virtutem eius & bellica facinora; ſpemque teſtabatur quam de adoleſcentis præ-

Henricum Secundum.

clara indole conceperant, quotquot erant toto eo in exercitu Duces. Nec verò defuit naſcenti famæ, toto inde vitæ curriculo Eſcepæus Quatuor Regum auſpiciis, Franciſci primi, Henrici Secundi, & huius filiorum Franciſci, & Caroli: quinquaginta totos annos ita arma tractauit, vt ne ſex quidem illi menſes continuos vnquam domi deſidére per juſſa Principum, aut publicæ rei bonum, fas eſſet. Fortitudinem porrò animi, par prudentia militaris, rerúmque vſus, ornabat. Orator enim à Rege ſemel ad Imperatorem adiit; ter in Angliam. Grauiſſimas ſeditiones bis Rothomagi ſedauit; Lugduni ſemel. Ab Auenionenſi principatu Pontificius dux hæreticos expulit. Præcipuus idem auctor, & adminiſter fuit Heluetici cum Francis fœderis. Apud exteros etiam num memoria rerum geſtarum celeberrimus.

Vincent Carlois en ſes mem. MMS.

CAP. XXX.

CAPVT XXX.

Otio & longa pace corrupti milites, exercitatione militari à Briſſaco durantur.

A. 1551. Ex Boyuino Villarſio L. 2.

PRÆPOSITVS cum ſummo imperio, Inalpinæ, Subalpinæque regioni, quæ præſidijs Gallicis tenebatur, ab Henrico Secundo *Mareſcallus Briſſacus Carolus Coſſæus*, mores militiæ longiori pace & otio corruptos, & fœda inertia fluxos, atque effœminatos, reſtituiſſe traditur, in hunc modum. Præſcripſit arcium Præfectis ſingulis ſeueriſſimè, vt præſidiariorum ſingulæ turmæ ſingulis alternatim diebus, vniuerſo armorum ac telorum inſtructu, ad octauum vſque milliare procederent, ac redirent eodem die; nulli admodum conceſsâ veniâ aut ſubſiſtendi tantiſper, aut æſtus ad vmbram declinandi, aut arma Charles de Coſſé.

in quemquam exonerandi: grauiſſimâ in Ductores ipſos & milites impoſitâ pœnâ, ſi quid fortè militaris huius exercitationis migratum foret. Adjecerat etiam, nefas impoſterum videri, inquit Villarſius, amphoram circumferre infamem illam, quam ſolemnibus verbis exprobare Francis Italus juxtà atque Hiſpanus, illo ſæculo ſolebat. Quamquam (ait idem ipſe) immeritò, cùm illorum vterque, neque potus ita, neque cibi parcus ſit, vt Francis cedat in re triclinari, ſi modò victitet alieno. His interea, alijſq; quotidianis exercitationibus, ad laborum, & diſciplinæ tolerantiam reuocati milites, proximè gerendo bello paratiores euaſére. Scitum verò eſt Romani Ducis, inter tyrones habendos eſſe, qui vel aliquanto temporis ſpatio armorum tractatione abſtinüere.

La venerable & diue bouteille. *Villars ibid.*

Pro tyronibus accipiendi ſunt, qui pugnare longo tempore deſierunt. Vegetius L.3. c.9.

Eadem exercitatione vſus Cajus Marius militarem diſciplinam & virtutem reſti-

tuit; *vnde & parœmia*, Muliones Mariani; *ſic & dici poſſunt*, Briſſacij, *aut*, Coſſæani Muliones.

CAPVT XXXI.

Callida belli inſtauratione, imparatis hoſtibus ſuperuenitur.

An. 1552. Ex monumentis Villarſij Lib. 2.

E Francica re, fœderatorum, ac nouorum veterumque clientum fore ratus Henricus eo nomine ſecundus, ſi finem imponeret paci veteratoriæ ac ſubdolæ hoſtium, Briſſacnm Vltra-montanæ militiæ præfectum monet, vt bellō inſtaurando anſam ita præbeat aliquam, vt probabili in vulgus ſpecie, ſolutæ pacis vn⁹ auctor hoſtis habeatur. Iuſſa principis hac arte perfecit Briſſacus. Le Marechal de BriſſacG. du Piemont.

Bargeſium oppidum illâ ætate noſtri obtinebāt, arcem verò Cæſariani.

Curat Briſſacus extra vrbis mœnia arci objecta, murum extrui, nec magnæ illum molis, nec admodum militaris. Eum tamen, vbi primùm extare cœpit, tormentis ex arce impetiuere præſidiarij, pactá conuenta migrari ſtructurâ illâ queſti. Quorum vim Briſſacus retudit, & bellicis ab vrbe machinis, & tranſmiſſis latè deindè libellis, quibus hoſtem violatæ pacis inſimulauit. Vnâ verò communicatione litterarum, qui erant in Italia Gallici nominis, aut fœderis celerrimè commonefecit inſtaurati belli. Præfectos etiam militiæ ante diſciſſam pacem, promptos, paratos, habere ſuorum numeros juſſerat. Vnde & rei gerendæ nactus opportunos, admouit felici ſucceſſu.

Eſcalin des Aymars.

His tam inopinatò redintegrati belli primordijs Eſcalinus Adhæmarius Lagardiæ Baro, triremibus Gallicis Præfectus, claſſem in altum ſtatim prouexit. Erat hæc quadraginta triremium, myoparonum aliquot, & Liburnicarum ex more. Hanc verò cùm circumageret, aduertit in Hiſpaniam iter intendere onerarias naues,

aut conſtratas quatuor & viginti. Suis ergo in procinctu eſſe juſſis, præmittit Myoparonem obuiam, rogatque, vt Scotiæ Reginam quæ Gallica claſſe veheretur feſtiuis tormentorum, ſcloporumque omnium diſploſionibus ſalutarent. Quo venerationis officio perfunctam claſſem liberaliter, circumuénit ex improuisò quaſi indagine Lagardius, cepítque ex ea naues quindecim; nouem alijs inter ſtrepitum, ſtuporémque elapſis. Præter naues ipſas, claſſicumque apparatum, manubiarum precium vltra quadringenta aureorum millia fuiſſe dicitur.

CAPVT XXXII.

Cerilliacus auxiliares copias, Senenſem in vrbem inducturus, ingenti numero æneatorum, ſpeciem præbuit ingentis equitatus.

An. Chr. 1552. Ex Monluc comment.

INTER obſidionis Senenſis moras, depoſitâ Monlucij Pręfecti valetu-

dine, dilatus inter hoſtes, noſtroſque rumor; horum magno luctu, pari voluptate illorum, breuì (vt ſolet) eundem fato functum aſſeruit. Indoluit enim verò partiū damnis Stroſſius Gallicæ in Etruria rei moderator; & ne fortè ducis caſu Senenſes animo penitùs conciderent; & ſuppetias vrbi,& ſe obſeſſis imperatorem parat. Iter Monte-Ilcini Senas ſub noctem ingreſſus, altero ab vrbe obſeſſa milliari, Marignani Cæſarianorum Ducis inſidijs exceptus eſt. Præibant Francici fœderis Italicæ cohortes quinque.In eas primus expromptus hoſtiū impetus, non modò diſiecit ordines, ſed & diſiectos in equitatum impulit immenſo terrore. Ipſe etiam Stroſſius equo deturbatus perfugium & latebras quærere coactus eſt, inter rudereta, ſub ipſam equitatus noſtri frontem. Alæ erant equitum duæ,alteram ducebat Cerilliacus Monlucij nepos, ex veteranis & Gallis pleriſque omnibus equitibus conflatam; alteram Italicam regebat legatus abſente præfecto. Hæc dum peditum fugam non inutili operâ ſiſtere conatur;circum-

ductis equitibus Cerilliacus, & in manipulos deſcriptis, acriter in palantes victoriæ fiduciâ hoſtes inuadit. At, quò numeroſiſſimi equitatus ſpeciem præberet; & vnà terrorem latè ſpargeret, hoſtéſque diduceret; ſingulis ſuorum manipulis plures, quas antè prouido imprimis conſilio à cæteris Montis-Ilcini turmis comparauerat, æneatores addixit. Hi porrò tanto tamque multiplici clangore, jam penè ſpolia legentem hoſtem excepêre. Vt vni huic equitum alæ impares fuerint plurium legionum ampliſſimæ copiæ; & fuga vtrinque peditatus hoſtilis, & noſtri, vacuos militibus campos equiti victori, ac ſtupenti ſub lucem objecerint. Stroſſius è ſuis ruderibus eductus, in vrbem tutò perrexit; vbi Cerilliaci callidam in tempore fortitudinem, miris laudibus apud Monlucium, & Senatum vrbis prædicauit.

CAPVT XXXIII.

Imbellem turbam, jubet Monlucius noctu caſtrenſia jumenta circa hoſtiles muros agere, in ſpeciem numeroſi equitatus.

An. Chr. 1557. 3. Kal. Iun. ex Thuano Lib. 18. & Monluc. comment.

CLANIANA Etruriæ pars, eſt ad Clanim fluuium, cuius præcipuum Oppidum Corſinianum. Eò abducti erant quinquaginta circiter captiui Gallicarum partium milites; quos vt in libertatem aſſereret, cuſtodiam ipſam aggreſſus Monlucius Thuſciæ pro-regio imperio ab Henrico præpoſitus, victores, vrbéq; ſubegit, repentino in muros, & propugnacula per noctem impetu. Qui ne fortè felici exitu fruſtraretur, ſi vt erant exiguæ copiæ noſtrorum, vno alteróve tãtùm loco pugnare coactus

hoſtis, majorem numerum obijceret: per nocturnas tenebras obequitare circa vrbis muros juſſit, quàm fieri poterat tumultuoſiſſimè, annonę, ſtipendijſq; præpoſitos, cum vniuersâ familiâ, & omnes denique ſagatæ militiæ penulatos aſſeclas. Quorum numerũ in eam rem ſecum adduxerat non cõtemnendi apud ignaros ſtrepitus. Valuit imbellis turba non parum ad elidendas, ſpargendaſque hoſtiũ vires, dum pari vbique cuſtodiâ pro muris curare ſatagunt. Monlucius intereà altero ſcalis ſuperato, altero ſubruto muro, in vrbem ſubijt: & vinctos libertati, liberos vinculis tradidit.

CAPVT XXXIV.

Equitibus & haſtatis fiſtulatores permixti, equos, & ordinum ductores configunt.

An. Chr. 1587. Dupl. & alij.

NON leue momentum fuit inclinandæ in partes Henrici

victoriæ prętcr veteris militiæ inſtitutum ſuorum acies in Cotracenſibus campis direxiſſe. Quamquam ſi Gallorum heroica tempora inſpicimus, Gallici moris veterem ſolertiam deprehendemus. Permixtos enim tradit Cæſar Gallico equitatui pedites ſagittarios, & ab ijſdem ex improuiſo Romanorum complures, inſolentiâ rei perterritos, confixos eſſe. Quod præſenti conſilio etiam ſalubriùs in Ioyuſij turmas ab Henrico pręſtitum, cùm ſingulis fermè priorum turmarũ equitibus, ſingulos affixit fiſtulatores, qui eminùs hoſtiles equos conficerent, priuſquam cominùs inter vtriuſque aciei equites concurreretur. Ita confoſſis magno numero equis, aut vulnere tardis; aut interjectis cadaueribus, diſpalatos ordines perfregit magnâ clade Nauarrus eques.

Non abſimili commento, rem Gallicam promouit Blaſius Monlucius, inſertis inter haſtatos fiſtulatotibus, quorum vna ſcilicet hæc foret cautio, vt gregarijs prætermiſſis omnibus, in vnos dumtaxat ordinum ductores collimarent. Hinc inter ipſas præten-

tandæ phalangis moras, cæſi partim, partim ſaucij hoſtium duces, inauſpicato caſu, nouis imperijs incertos conſilij ordines, noſtris ad certam cladem objecêre.

Natus eſt Ciapinius Vitellius Tipherni in vmbria, parentibus Nicolao Vitellio, & Gentilina à Staffo Peruſina, in militari planè domo; quippè cui & armatam ſclopis majoribus equitum turmam & edoctam in cochlea morem decurrere, peditum phalangem, bellica debet Italiæ diſciplina. Strada lib. 8. pag. 562. Hiſtoriæ Belgicæ.

CAPVT XXXV.

Moletrinâ fluuiatili fluctibus permiſsâ, pons ſublicius hoſtium deturbatur.

Ex Monlucij comment.

STATVERANT communi conſilio ſectarij perduelles, Mongomerius imprimis & Colinius Aqui- Mongomery, & Coligny.

taniam vniuerſam cis & trans Garumnam armis ſuorũ infeſtam tenere. Eò pontẽ ſublicium ex magna nauigiorũ multitudine, aliquot ab Aginnenſi vrbe milliaribus confecerant, ad eum portum qui Marianus dicitur. Aduolârat non ita pridem Aginnum cum bona nobilium manu Monlucius, vrbi auxilium illaturus ſi fortè, quod fama ſparſerat, obſidione premeretur. Angebat ergo ſolertiſſimum ducem hoſtilis illa machina, quæ ampliſſimas regiones ſectarijs in communionem armorum obijciebat. In tanta præſertim noſtrorum militum infrequentia, quæ juſtos exercitus nuſquam poterat hoſtibus latè inſultantibus opponere. Subijt tamen ſpes aliqua diſſoluendi pontis ex vicinia fluuiatilium aliquot moletrinarum, quæ ſub ipſa vrbis pomœria, ſecundo flumine adſtructæ & catenis deuinctæ more gentis, inter medias aquas hærebant. Ex his præcipuæ magnitudinis vna deligitur, quæ ſaxea etiam aggeſtione prægrauata, ex ipſo pondere incitatiorem ferret impetum. Et fortè pluuiarum frequentiâ, & hyemantis

Agen.

Port de Sainte Marie.

anni tempore, in magnam altitudinem flumen increuerat; cuius alueo permiſſa moles, ſub ipſum noctis meditullium; altera deindè hora, vt à captiuis cognitum eſt, tantâ impreſſione, tamque graui illiſu adacta eſt in pontem; vt difractis compagibus, machinam omnem latè dijecerit. Ita de ponte dejecti perduelles, occupandæ Aquitaniæ ſententiam abjecere.

CAPVT XXXVI.

Cæſo equo abjecti equitis dum loculos hoſtis explorat, cæditur. Caſtris locum Galli capiunt medias inter hoſtium arces; ſingulas terrent, & plures expugnant.

Ex Mantuanæ & Allobrogicæ domus monumentis a. 1616. 1617.

SVB initium ſeculi hujus noſtri armis aſſerere conabatur, quam

Le Monferrat.

hæreditario iure ambiebat, Montiſferratenſis Marchionatus ditionem, Dux Allobrogum; in Mantuanæ domus hæredes. Hiſpani Mantuanorum partes ità copijs auxiliaribus juuabāt, vt jam Sabaudicæ domus fines Subalpinos bello ſanè difficili diſtringerent. Erant in caſtris Allobrogicis Gallorum copiæ aliquot, non regio ſed priuato nomine; atque inter eas Volonum turmæ, præcipuum partium robur: quibus ducendis Vicecomes Arpajonius præerat, vltro in id magiſterium accitus; quamquam tum primùm arma tractare cœpiſſet, vix ab Academicorum exercitationibus de more egreſſus. Sed Martius ille, quo pollere ab tenera ætate viſus eſt genius, citra publicum tyrocinium ad militare imperiū admouit, vt ipſe ſibi dux eſſet, ipſe ſibi artis militaris doctor. Ac tandem vni Arpajonio deberet Gallia, Imperatorem Arpajonium; quantus quantus futurus erat in publicæ rei felicitatem, & ſingularem Gallici nominis gloriam. Pugnatum eſt illo bello ſociali ſæpius inter partes, non vniuerſis quidem copijs,

Louys Duc d'Arpajon Gouuerneur du Languedoc.

ſed numeroſis vtrimque agminibus frequenter. Nuſquam tamen cruentiùs, quàm cùm ad Solerianum Oppidum conſertæ ſunt manus ad multam noctem. Perruperat jam pluries Arpajonius hoſtiles cuneos, & turmas equitum ereptis manu propria ſignis latè diſpalauerat; cùm ecce tibi ab incerto auctore, inter ignauam fugam exploſo ſclopo, victoris equus glande traijcitur, & confoſſus, caſu ipſo ſeſſorem opprimit. Iacenti auſus eſt inſultare, qui ſtantis inſultum non ſuſtinuerat, equitum hoſtilium ductor poſtremus, animo primus. Is cœpit in clade communi ſuorum, priuata ſpolia de victore hoſte fiduciùs aucupari. Inuolat, & implicitum graui armorum & equi pondere, vndenis, immani carnificina plagis, concerpit. Exanguis jam ille, ac pene exanimis, præſentis tamen animi, & inuictæ fortitudinis facinus edidit. Quin tu, inquit, hac inutili & ignobili laniena ſuperſedes: anteuerte tuis ad prædam, & folles mihi meos exhauri, maturè abceſſurus ne te noſtri cunctantem opprimant. Igitur dum graſſator infamis

Solery en Piemont.

vidulum ſecuriùs, & loculos explorat; Arpajonius, ſclopulum qui fortè fortuna palpanti vt fit inter tenebras antè occurrerat, ad ictum aptè concinnat, & ſcrutantis admotum pectori explodit, hominémque momento conficit. Hac cæde perfunctus feliciter, ſubducit ſeſe inter reptandum de publica via in vineta proxima, reditum ad ſuos illinc tutiùs explicaturus, aut remeantium ad prælij locũ, vt ſolent victores, ſuorum ad ſe aduentum præſtolaturus. Interea Gallorum victrices turmæ dum ſuos inter tenebras recenſent, vbi deſiderari Arpajonium ſentiunt, ſumma animorum conſternatio fuit; atque actutum imperatus regreſſus vnius, alteriuſque equitum cunei. A quibus tandem ſub lucem repertus eſt ſemíanimis & abunde cruentus; vulneribus tamen ex lacerata ſubucula obturatis partim, partim vtcunque ſubligatis, ſtupendo inuictæ fortitudinis ſpectaculo; & magno omnium gaudio, ſimul & præconio. At vbi primùm perlatus eſt ad Ducem Allobrogum feralis de morte Arpajonij rumor, vnà cum

nuncio

nuncio debellati hoſtis: negauit Princeps, veræ virtutis & gloriæ ſui ſeculi æſtimator æquiſſimus, tanti ſibi victoriam; cladem interpretari ſe faſſus publicam, vnius Arpajonij priuatam. Nec verò ſigna victoriæ audire, vel videre ſuſtinuit geſtientis exercitus, dùm eo recepto intellexit à peritis, virum immortalitate dignum, nullo mortali vulnere læſum videri. Tùm demum ſe victorem exclamauit. Lætandi cumulus fuit, paucos intra dies priſtinæ valetudini eximprouiſo reſtitutum, iterum ſtantem in procinctu conſpicere. Atque vt ne tantæ virtuti, tamque cœlo caræ precium ſuum deeſſe videretur, caſtrorum pręfecturâ generali Arpajonium, quamquã primula tum ætate militari, donauit. Quò latiùs (vt aiebat) per omnes ordines inuicti roboris nomen ſpargeretur, & ad nouas victorias aſſurgeret. Nec ex vano, aut nomen fuit, aut omen. Tot enim exinde cladibus affectus eſt hoſtis, vt ad pacis conditiones, vel inuitus adactus ſit: arcibus quatuordecim amiſſis, captis ſuorum quater millenis. Et, quod caput eſt,

arbitro pacis, & pactorum ſequeſtre Ludouico Iuſto.

Caſtrenſis huius præfecturæ præcipuum tamen decus fuit, quod Arpajonio principe auctore, mediam inter hoſtis ditionem, metatio feliciter inſtituta eſt. Cùm enim hoſtiles copiæ numero eſſent Allobrogicis longè ſuperiores; periculoſæ aleæ videbatur grauem aliquam obſidionem ſuſcipere. Peruicit tamen Arpajonij ſolertia, & ſingulare animi robur, quod ars militaris vetare videbatur. Eius ergo præcipuè conſilio, duxit in hoſticum penitiùs Allobrox, & caſtris locum cepit, variis in omnem partem arcibus obſeptum. Cohorruit noui facinoris fama Hiſpanus auxiliaris, & Mantuanus hoſtis: atque vt ſingulis arcibus maturè caueretur, in ſingularum cuſtodiam præſidiariæ copiæ frequentiſſimę tranſmiſſæ ſunt. At Galli, Allobrogéſque, eas ſigillatim aggreſſi, dum ſibi ſingulæ cautum volunt, ſuóſque ſibi milites retinent; plures exinopinatò expugnauere, plures iuſtis obſidiis recepere.

CAPVT XXXVII.

Nauclerus in ſua ipſius naue abducendus à victore hoſte, ſolus hoſtes prædã facit, cæſo gubernatore alios obſerat.

Anno Christi 1635.

AGEBAT in patriam iam felici curſu, Nicolaus Belliardus onerariam ſuam Brugicorienſi ſale grauem, cùm ab Dunkerquenſi naui interceptus, abductus eſt à victore in Angliæ littora. Hinc exportandus ſuâ ipſius cymbâ Nicolaus Hiſpanis quatuor; eiectis Francis creditur, dum moram trahit alterum in Britannia nauigium. Erat imprimis quòd grauiter ferret Nicolaus, iam quaſi transfugã cymbam in ſe, hoſtili fortunæ velificari. Statuit ergo toto illo Anglici maris, quod Belgium inter Britanniamque intereſt, decurſu, in omnia expediendæ libertatis momenta incubare. Ceſſit percommodè viro ſolerti nec imbelli cura. Tracta- Broüage.

bant nautici miniſterij neſcio quid Hiſpani tres, intra nauis inferiora receptacula, quarto ad gubernaculum admoto. Vidit hîc dari quem tantoperè ambiebat, opportunum gerendę rei articulum. Occupat illicò gubernatorem ferro; quo cæſo, cæteros obiectis foribus, obditóque peſſulo & circumactis per notos ſibi anfractus ſeris, exitu intercludit. Tum liberam Hiſpanico imperio nauem, ab hoſtili tractu, ad patriam reuocat. Ac tandem ſexto Idus Iulias ſuis redditus, inuictæ ſoiertiæ plauſum tulit.

CAPVT XXXVIII.

Nauali prælio, milites aliquot in hoſtis prętoriam inductos, vincere cogit ſubductis tabulatis Gallus Thalaſſiarcha.

An. Chr. 1637. in mari Liguſtico.

NOvos delectus in ſupplementum Italici & Inſubrici exercitus, vehebat anno triceſimo ſeptimo

ſupra ſexcenteſimum & milleſimum; & militum vnà, ſtipendia veteris & noui ſacramenti plures in menſes, claſſis Hiſpanica; cùm Gallicana prælij ſiue copiam, ſiue neceſſitatem fecit. Hanc regebat vir ſtrenuus imprimis & ſolers Poncorlæus, triremibus eâ tempeſtate cùm ſummo imperio præfectus, & ceſſit opportunè quidem rei Gallicæ præfectura. Hiſpanus enim, quòd neq; honeſtæ fugæ locus eſſet, neque verò ſalutari, incubante hoſte etiam de proximo. Quos iam in fœderata Liguriæ littora emiſerat non exiguo numero milites, in claſſem nocte intempeſtâ reuocauit, & his præter morem, opinionem certè noſtrorum, claſſicos ordines ita denſauit, vt, quod vnum prẹſidio fore opportuniſſimum credebat, ei fraudi verterit & damno, Gallicana fortitudo. Etenim Poncorlæus triremem, quâ vehebatur primo ſtatim congreſſu in hoſtium prætoriam agi jubet, & audaci commento, ſuos ſcloporum omni vſu prohibitos, ad manus conferendas vnà proximè admoueri; tum jactis extemplò in hoſtilem nauem pontonibus, delectos

omni de numero quinquagenos tranſmittit; nec mora reductis excompoſitò tabulatis, triremem ſuam abducit, in alias hoſtiles, opémque laborantibus ſuorum nonnullis præſentem affert. Opus erat aleæ periculoſæ pleniſſimum, ni Gallico robori videlicet incumberet. Manipulus ille tam paucorum militum, vt ſibi ſe permiſſum intellexit, virtutem in partes vocat; vires exaggerat, & vincendi non periculi minus quàm hoſtis gratiâ, breuiori telo claſſiarios aggreditur, cogítque tam arctè in proram, vt neque ſariſſis, neq; fiſtulis, quarum vſu præpollet Hiſpanus, expediendis locus eſſet. Ita implicitos, occupato iam antè gubernaculo, victor Gallus in poſtremam ſuorũ aciem tutò ſeduxit in captiua prætoria. Sex item aliæ captæ triremes; vniuerſa hoſtiũ claſſis luxata Quãquam enim parem vtrinq; triremium numerum, id eſt omnino quindecim, imparem fecerat ignaua ſeſeſſio trium nauarchorum, totidémque nauium; parem tamen probauit Hiſpano etiam vincendo, imparem Gallorum numerum Poncorlæus.

CAPVT XXXIX.

Franci nouem, in hoſtilem nauem immiſſi, ſubductâ vi tempeſtatis ſuorum naue, trepidos hoſtes in ima delapſos, exitu intercludunt, cũ naue captiuos abducunt.

Quarto Decemb. Anno 1638.

LEGERAT iam dies aliquot impunè Morinorum oras, proximo è Belgarum nauali hoſtilis Liburnica; quam vt primùm proſpexit Caletenſium præfectus *Charoſtius*, iam vltrò ingruentis tempeſtatis metu iter remetientem: in eam lembos majores duos emiſit. Alteri, *Regulus* nomen erat, *Diuus Ludouicus* alteri. Hic tamen impar irato mari, breuì coactus eſt, inhibere curſum. At ille fugientem aſſecutus hoſtem, miſſilibus primùm, haſtilibus deindè,

De Dunkerque.

Le Comte de Charoſt.

Le Roitelet. Saint Louys.

ac gladijs tandem, & conſertâ manu obſidere cœpit. Nec verò cohiberi Gallicana vis potuit, quin generoſo in hoſtium Liburnicam inſultu, foros & tranſtra invaderet. Non tulit noſtrorum impetum hoſtis perterritus; at nautæ certatim & milites in imam nauem ſucceſsêre. Debellatum videri poterat, ni grauioris æſtus vortice abrepto *Regulo*, impari longè hoſtibus numero Galli nouem admodum, inſediſſent. Sed maior animus numero, præſidij numeroſi partes expleuit. Polartius Reguli Subnavarchus, manipulo præerat. Iubet is extemplò fororum exemptiles tabulas, quibus inferiorem in nauem aditus eſt, clauis inditis curioſè ſingulas obſtrui. Quibus obſtruendis cum tota naui decurreretur, ingentem noſtrorum multitudinem ratus eſſe, & veritus hoſtis; impetum omnem à tabulatis repreſſit. Regulus intereà deſertus à ſuis, vix ægrè tandem ſub noctem Caletum tenuit. Quò ne per noctem victores accederent, vis tempeſtatis ingraueſcentis effecit. Anchoram ergo in hoſtico fixit, qui in pacato non pote-

Les Ecoutilles.

rat Polartius; ad Mardikum noctis reliquam partem exegit; ſub lucem ſedato mari, *quaſi victum ſe fateretur*, paſſis velis, Caleti portum inuectus eſt. Ità ſtupori fuit, tricenos hoſtes, à tam paucis, in ſuo, captos teneri.

Le Fort de Mardix.

Florus.

CAPVT LX.

Sub recentem fœderis Hiſpanici abdicationem, prætoria nauis Neapolitana, intercipitur.

Ad Monœci portum a. 1641.

ASTV & Solertiâ Monœcenſis Reguli, prætoria triremis Neapolitanæ ciuitatis capta eſt; cedentibus in prædæ partem cum Duce ipſo vectoribus. Is enim oram præteruectus, & in portum Villæfrancæ illatus, mox viſendi Principis, quem etiam tum Hiſpanis obnoxium rebatur, ſtudio, Monœci portum iniuit. Quo de properè commonefactus

Monaco; ou Mourgues.

Princeps, è ſummâ turre ſignum Auſtriacæ purpuræ extolli iubet, & Bellomontium nobilem virũ, ſtrenuumque imprimis, & Hiſpanicæ linguæ ſcientiſſimum, ad Trierarchum tranſmittit, qui Principis nomine impertitum ſalute, ad exſcenſum inuitaret de littore. Quo tandem in littus dicam an in fraudem inducto; inter feſtiuè ſcilicet & perhonorificè fumigantes exploſorum tormentorum viginti, nebulas & globos, erupere Franci milites ſexaginta, qui abjectis humi in faciem corporibus, rei gerendæ incubabant. Ij facto in triremem impetu, obuijs omnibus, aut ſemotis, aut cæſis, juri Francico triremem & manubias aſſerüere. Præfectus de littore ſuorum in portu naufragium contemplatus, ne incontinenti etiam ipſe periclitaretur, fidæ noſtrorum cuſtodiæ traditus eſt, anno circiter deſinente primo & quadrageſimo, ſupra milleſimum & ſexcenteſimum.

CAPVT XLI.

Franci in veſte hoſtili illudunt Hiſpanis.

Ex Auctoribus fide dignis. 1641.

QVo tempore felici obſidione Tamaritum Aragonenſe premebat Odencurtius Mareſcallus; Tarraconenſes in proxima ſtatiua Serignianææ legionis inuaſuri erant, niſi hoſtilis conſilij commonefactus (dum fortè cum parte copiarum Ilerdæ ageret) eorum conatus anteuertiſſet. Iamque erant extra vrbem progreſſi pedites ſexcenti, equites ſupra centum aliquot. Mareſcallus Septembris viceſimo ſexto ſub nocturnum crepuſculum equites item eduxit ſexcentos, & progreſſu celeri non minùs quàm occulto, præcepit caſtris locum ſub diluculum, ad latebras conuallium vnde facili circumactione copiarum, hoſtes ipſos reditu in vrbem intercluderet. Fauit etiam ſortis be-

Le Marechal de la Mothe Oudencourt.

Le Regiment de Serignan.

Lerida.

nignitas, & præcurſorum trium qui ab hoſte anteire juſſi erant, ſeu ſtupor ſeu præfidentia. Hi enim extra ſuorum conſpectum intra conuallem ſimul progreſſi, à noſtrorum præcurſorio cuneo, tacito incurſu abducti ſunt. Quibus detractæ chlamydes, & equi adempti: noſtrorum tres totidem in ſpeciem Hiſpanicam conformauere. Quâ fortunatè vſi inſequentium hoſtium oculis objecére progrediendi ſecuritatem. Quòd verendi locus non eſſet vbi proſpectores nihil ſigni ederent. Ergo ductu jam hoſtico facilè in fraudem acti Tarraconenſes, opportuno inſultibus malè prouiſis loco, à noſtris circumuenti, magna ſtrage deleti ſunt. Cæſi peditum centum quinquaginta; capti reliqui: equites occiſi circiter triginta; reliqui partim ſauciati partim fugâ elapſi, inſectantium noſtrorum impetum eluſére muralium tormentorum opportunis exploſionibus, quibus ademptus eſt equitatui noſtro aditus ad pomærij Tarraconenſis campos.

§ 2. Calais. Nauticæ rei ac bellicæ gnarus apud Caletes Cambellanus, quod intule-

rant paulò antè Dunkerkenſes damnum abducta ſibi onerariâ, breuì repoſuit. Decimo enim nono Maij 1641. ipſo Pentecoſtes priore feſto die, Lembum egit in oram Dunkerkenſem vltra Mardikum arcem. Quo ad eam littoris partem quæ jactus dicitur illigato, ea ſecuritatis ſpecie quâ quiſque ſolet ab hoſtico redux in paccato exſcenſum facere; nempe indutus Hiſpanica veſte, & habitu corporis in morem gentis efficto, inter commercia tranſpyrenææ linguæ, terreſtri itinere progreſſus ad proximam onerariam vellere Hiſpanico onuſtam, cauſari cœpit Hiſpanicè neſcio quid, tum conſcenſo nauigio funem præſcindere, Caletum adeundum, Gallicè inſultare: demum vi in altum agere, Galliam versùs. Non defuere nimirum officio militari, Mardicenſes præſidiarij, & dolo deprehenſo, frequentiſſima tormentorum de propugnaculis exploſione abcedentem proſecuti ſunt, fruſtra tamen; incolumis enim prædam integram Gallicarum librarum ſupra quindecim millia, tuto tranſcurſu in Caletij

La lettée.

portum intulit Cambellanus.

§. 3. Le Comte de Harcourt.

A la venta de ſainte Lucie prés de Saragoce.

Henrico Lotharingo Aricuriæ Comite Gotholaniam Pro-Regis imperio moderante, anno ſæculi huius quadrageſimo quinto ſuſcepta eſt in hoſticum à ſexdecim è Francis turmalibus cataphractæ militiæ, excurſio, qui Hiſpanico cultu, faſciáque purpurea induti proximè Cæſarauguſtam peruaſere. Vbi cùm accepiſſent eadem Cęſarauguſtanâ viâ Ilerdam proficiſci Didacum Toletanum, nothum quidem illum ſed percarum eundem Friderico Toletano filium, principis ſui miſſu equitum ſub-magiſterio in

Phil. de Sylua General de l'Armee Eſp. en Catalogne.

Diego de Tolede Lieutenant de la Cauallerie.

exercitu Philippi Syluę defuncturum; vlterius etiam eadem via obuiam progreſſi, hominem perhonorifica oratione impertiunt; Atque eius deducendi causâ præmiſſos eſſe ſe aiunt, à Syluano, præſidio futuros, in Gallos excurſores Excepit hanc orationem atque operam ſingulari beneuolentiæ, ac grati animi ſignificatione Didacus, credulitate quidem, nec militari eâ nec Hiſpanienſi; inexperto tamen juueni non admodum indecora. Noſtri ergo prætoriani, ac noui

Digitized by Google

protectores ſedulo comitatu latera tegentes, cùm in Flauę Iuliæ ſeu fragę Aragonici limitis oppidi conſpectum deueniſſent; qui tandem eſſent Gallico idiomate profeſſi, ſtupore ſanè inſolito defixos Hiſpanos, equis, armis, peculio ſpoliauere: Didacum verò, & vnà Franciſcum Lacüeuam nobili è familia oriundum adoleſcentem, ſecum in equis deuinctos abduxere in caſtra Gallica; inſequenti proximo die, quantum itineris triduo conficitur, ſexdecim duntaxat horis emenſi: tuto quidem regreſſu quòd moneri hoſtis maturè non potuit, nec inſectari proinde maturè. Noſtri enim cæteros Toletani comites aut famulos in proximum nemus abductos, ſingulis arborum truncis ſingulos obligauerant; ſuos autem à pedibus in captiua iumenta exceptos habuere celerandi conſortes.

AD CAPVT XXII. PRIMI SYNTAGMATIS.

GOZONII CERTAMEN.

DEXTER ades Pythona nouum venamur
Apollo;
Huc age tantiſper poſita teſtudine, greſſum
Accelera ſacro bifidi de vertice montis.
Adde venenatum, pharetræ luentia, pondus,
Tela, quibus periÿt confixo guture python.
Haud cytharæ locus eſt belli; permittere muſis
Bella jubent citharas; pro plectro & pectine, telum,
Pro cithara, pharetram; non arma incognita præfer.
Pieridum chorus interea dum pectora virtus
Gozonidæ ingentis duro in certamine monſtri,
Induet in mortem, antiquum pæana ſonabit.
Ecce *cruentatis humano ſanguine pandit*
Rictibus ora draco; fœdat pulmonibus auras
Fuſa animæ peſtis; cælóque infeſta patenti,
Rura per & ſyluas, & latas pertinet vrbes.
Fœdata intendunt atro ſe nubila cælo,
Quà latebroſa ſilex monſtro ſtabula alta cauauit,
Halitus hinc glomerans velut eructante camino
Voluitur,

Voluitur, & diram fundunt ſpiramina peſtem.
Has nunquam latebras impunè ſuperuolat ales,
Remigio quamuis celeri ſecet aëris æquor;
Prona ſolum petit, & pennas ſuperante veneno,
Faucibus immeritis gratiſſima decidit eſca.
Delicia Rhodus humanæ, lectiſſima ponti
Inſula, totius quantùm patet orbis ocellus,
Aret, & exutis viridantis honoribus anni,
Suſcepit ſqualente ſolo per viſcera tabum.
Monſtrigeno latè quà circunfunditur antro,
Veſta negat telluris opes; nam ſpiritus oris
Horridus infecti, plantaſque exuſſit & herbas.
Siue hominum ſcelus eſt, ſiue eſt hac culpa furentis
Naturæ; firmata tenet ſententia mentem,
In Rhodon ex Erebo, Lernam migraſſe malorum.
Sæpe repercuſſis olim de rupibus echo,
Flebilibus concuſſa modis, & gutture rauco,
Reddidit incertas & duxit imagine voces,
Altaque Nympharum jactauit in aſtra querelas.
Sæpius Alcidæ, victrici ex robore clauam
Ingeminant montes, & opem clamoribus optant.
Sæpe ſonat Cadmæa manus, ſæpe inter opacum
Plangit Apollo nemus; Nymphiſq; vocantibus, altis
Auditur Syluis; & nomine ſæpe vocatur
Bellerophon. Iam ſylua loquax, jam ſaxea lingua
Peſtrepit heroum ſub nomine: ſed tamen vnus
Gozonides longè heroum fortiſſimus heros,
Obtinet & ſyluas & rura patentia campis,

Et nemorum latebras repetito nomine complet;
Tu decus es, tu ſola ſalus, tu gloria, noſtræ
Tu telluris amor; percuſſis rupibus audit.
Sylua fuit longo latè ſubmota receſſu,
Opportuna feris, venatricíque Dianæ.
Nondum infamis eò tetram vicinia peſtem
Intulerat, ſed pura decus viridantibus aura
Roboribus, cœlo in primis adflabat amœno.
Huc monſtri metus antiquis de ſedibus actas
Nympharum turbas; quæ numine proxima ſacrò
Rura tuebantur, ſociarum in tecta dearum
Induxit trepidas, & quercubus abdidit atris.
Gozonides tum forte locos deuénit eoſdem
Venator; multoque canum terrore ſequenti
Expumantis apri curſum, ſpectabilis vltro
Diuarum heroi ſeſe tulit obuia turba.
Reſtitit & tenſis curſum compreſſit habenis.
Illæ autem. Non actus aper, ſed numina diuum
In noſtrum vertére nemus veſtigia prædæ.
Præda tibi quærenda alia eſt, quam proximus antri
Squalor habet: ſe magna tuis hæc gloria rebus
Accumulet, factumque ingens ingentibus actis
Succedat. Te digna tibi victoria parta eſt,
Finibus in noſtris: ne dedignare triumphum.
Nec ſocias in vota preces adhibere pudebit;
Heroi diuas: Heros miſereſce dearum,
In te ſolamen miſeris, ſpes vnica rebus
Emicat ore tuo noſtris; tua dextera victas

ꝛeſtituet regnis, & ſede locabit auita.
Quâ longè infeſto pepulit ferus incola tabo.
Tu ſuccurre malis, & juſta cæde tyranni,
Ruricolas antiqua deas in ſceptra Repone.
Hæc lacrymis ſuffuſa genas, gremiumque decoris;
Fata cohors; lacrymis incendia pectore toto
Suſcitat heroi, vultus quoque gratia flammas
Addidit, & famæ ſpirante cupidine flatum
Spes admota dedit. Nulla eſt mora, ſuſcipit heros,
Iuſſa capeſſo dea, veſtris ſe mancipat vltro
Gozonius votis: rigido quodcumque parare
Marte juuat facinus, facilem dabit exitus auram,
Diuarum auſpicijs & numinis omine tanto.
Dixit, & educto laxauit acinace lora,
Martis amore ferox, & diri percitus antri.
Obſtitit è Nymphis; & dextra innexit habenas
Cui data monſtriferæ quondam cuſtodia rupis
Antè ſinu peſtem quàm Veſta dediſſet in auras.
Ergone, ait, propria curam tibi cura ſalutis
Depulit ex animo noſtræ! ſic hoſtis inermem
Accipiet! ne temne deas, armiſque paratis
Induere: ipſe pater non corpora inermia Mauors
Defferat in bellum, ſed duro horrentia ferro.
Interea ex antris quæ proxima, rupe latebant,
Arma ferunt Nymphæ. Loricam ex a[illegible]rigentem,
Criſtatam cono galeam, cui ventilat auras
Impoſitus latè dereptis ſtruthio pennis.
Bináque præterea radianti ſpicula ferro

Et graue flammiuomæ, pondus depromitur haſtæ.
Hæc Rhodijs dono miſére ſororibus arma,
Quæ ſteropum nymphæ tutantur oreades antra.
Miratur dona attonitus, ſuſpenſaque voluens
Lumina perluſtrat, dubiamque in ſingula mentem
Gozonides gerit: & quamuis dux optimus armis,
Arma tamen ſibi viſa negat, quæ fulgure diro,
Aut æquent rigido pratenſæ cuſpidis ictu.
His celer induitur, loricæ immania grandis
Æra leui dextrâ circum ſibi pectora cingit,
Quam duodena cohors Nympharum vix bene toto
Conatu tulerat: galeam manus altera tollit
Temporibúſque locat ſubnexo fibula morſu.
Geſum læua duplex, manus haſtam dextra coruſcat
Turba Napæarum interea dum grandibus armis
Inſtruitur, lectos omni de gramine flores,
Quadrupedi ſternit rapido; vorat ille ſonanti
Paſcua dente, quibus geminas ſibi Pegaſus alas
Veſcendo nexit, celeréſque perambulat auras;
Parleuibus telis, & flatibus ocyor euri.
Haud aliter Nymphis ſonipes præbentibus herbas
Veſcitur, & vires in totos digerit artus;
Bellorophontæa nuſquam virtute minores.
Inſtabili cauat vngue ſolum, celer arrigit aures,
Sublimi ceruice tumet, faſtumque minatur
Luminibus, ſpiſſamque eructat naribus vndam,
Aurea frendentes patiuntur fræna molares.
Iam campos, jamque arma petit: nil corpore toto

[N]arte vacat, ſed forma tamen ſpecieſque per omnem
[S]pargit equum decus, & maculis variantibus ambit.
[L]icet armatos celeri ſuper intulit artus
[D]octus eques ſaltu : ſequitur latratibus amplis
[Ag]ina canum rabies, quos jam venatica pridem
Quas in cumque feras exercuit ira ferarum.
[I]n cuneum Nymphæ agglomerant equitemque ſe-
quuntur,
Quò vetat ire pedes oculus, namque horrida viſu,
[I]ngreſſuque magis facies jam paruit antri:
Procedunt tamen, & quà proxima ſaxa theatrum
[S]æpiuere, locum capiunt & prælia ſpectant.
[I]am bellator eques media proludit arena,
Hinnitúque ferit ſonipes ardentior aſtra.
Squamiger hæc inter fœda draco rupe ſedebat,
Intrepidus, nec bella ciet, nec marte cietur.
Impatiens mouet arma moræ, fauceſque ſub antri,
Telo Gozonides vltro fera bella laceſſit,
Ingens in latebras pilum contorquet, & altæ
Intonuere ſono percuſſa rupe cauernæ.
Nec mora præcipitat ſimilis draco faucibus antro:
Sibilat immensùm & cæco vomit ore fauillas.
Obriguit Nympharum agmen, longéque receſſit.
At ferus aduerſum geſo monſtrum occupat heros,
Miſſa ſagitta volat; ſed flexu corporis ictum
Irrita diſperdens, ſummas modò verberat auras,
Objectumque ferit toto conamine robur.
Condidit in truncum tota ſe cuſpide ferrum,

Ergo pari geminos, monſtrumque equitemque duello
Impetus ire jubet, contrariáque arma mouere.
Ille venenatas ſpiranti gutture fauces,
Horrenteſque gerit duro velut aggere dentes,
Conſimiles acuens in prælia dentibus vngues.
Hic animo fidens enſemque, & ſpicula torquet.
Ecce inter-medium primo vorat impete campum,
Vngue leuis, penniſque draco; neque ſegnior hoſte
Gozonides ſpumantis equi ceruice reducta,
Arrigit in ſaltum corpus, tum pronus in haſtam,
Obuius aduerſum petit, & pro faucibus armos
Impetit, impulſu feriunt quo fulmina montes.
At pellis rigidum ſquammis imperuia ferrum,
Plurima percuſſis in ſegmina diſpulit aſtris.
Vertagus vt contra ſtrepero circumſonat ore,
Fidus amor domini, prædæque cupido ferinæ,
Dum ſequitur ventriq; inhiat, caudãque prehendit,
Nec ſocio caret, at morſu fraudatur vterque.
Ergo vbi dextrã equiti præceps dedit ictus inermẽ,
Aurea fulmineum vagina deuocat enſem.
Quas non actutum mouet imperterritus artes,
Quos aſtus agitat, quibus implicat orbibus orbes.
Haud ſecus oppugnat valido qui robore muros
Circuit aſſiduus, crebráque indagine ſolers,
Aut faciles aditus, aut mollia limina tentat.
Nunc capiti incumbit, ferroque in tempora ſæuit;
Nunc partem qua verrit humũ, nunc dorſa fatigat.
Et modò ſurgentis pectus, modò ſibila certa

uſpide colla petit, ſquammea cute pellitur enſis,
: durum reſilit velut icta incude metallum.
'ulla via eſt ferro, negat omni vulnera parte.
ente tamen, quà pellis obit ſubmollior aluum,
ıcubuere canes, & morſu hæſere ſequaci.
n furias prorumpit atrox ex vulnere monſtrum;
re Venena vomit, latos in prælia rictus
xplicat, & trifida diſpandit guttura lingua.
Haud cunctatus eques, calcaribus acriter actis
rget equum, mediaſque in fauces imbuit enſem.
Guttura franguntur, telumque in pectus adactum,
iſcera pertantans animæ penetralia fixit.
orruit exanimum, poſtremaque ſibila tollens,
Aſtra ferit tonitru, & protenditur æquore toto.
t cecidit, verſoque in terram corpore, molem
ngens ingentem fudit; vicinia Nymphas
ollibus exegit, ſpeculæque è vertice in æquor.
ircumfuſa ruit ſylueſtris turba dearum,
Gratatúrque viro; ſed primùm ante omnia monſtro,
(Vix oculis bene tuta fides) pede cominus ire,
Et tentare juuat, num quæ ſit ſemita toto
Corpore vitalis; ſed frigidus omnia membra
Horror habet, ſolo virus profunditur ore,
Et tabentis humi morientia gramina tingit.
Ipſe draco, mediam quamquam præcordia, mortis
Concipiunt glaciem, nec mobilis aura per artus
Spargitur, horrenda tamen immanique figura,
Mentem oculoſque ferit. Partem natura ferarum

Mille dedit; læui ſerpentem vertice præfert;
Faucibus immenſis, oculorum flammeus orbe;
Temporibus geminas obliquè ſurrigit aures.
Non alias moueat genuit quem ſemine mixto
Arcas adulter equæ; ſed cortex ſquammeus obſtat;
Corpore perpetuo, quà vertebra dorſáque & armi
Funduntur, delphinus habent, alaſque colores;
Lutea de viridi lucent ſubtegmina ventre,
At quadruplex latè lumbos, armoſque tuetur
Tibia, quam validis exertant viribus vngues.
Tergo hæret multo ſubnixa volumine cauda.
Nulla parte ſuus, variatur corpore furtis.
Vngue leo, pedibus crocodilus, tergore delphin,
Ore hydra, auriculis mulus, caudáque lacertus.
Tandem oculis poſt quàm cernendi exhauſta cupido,
Expletamque animi cumulant ſpectacula mentem;
Carmine victoris celebrant præconia Nymphæ,
Qualia, cùm telis pythona peremit Apollo,
Audijt à Muſis pæana canentibus olim.
Verùm animus refugit; nec mens heroïca laudes
Comparibus referat numeris. Tu maxime victor
Gozonides, Francæ clariſſima gloria gentis;
Hæc ſine me tacitis venerari laudibus acta.

POLYÆNI GALLICI
CENTVRIA PRIOR.

SYNTAGMA SECVNDVM
SCVTVM,
SIVE
DE REPELLENDIS HOSTIBVS.

CAPVT PRIMVM.
LVCRETIA GALLICANA.

Hemithea Maſſilienſis, ne à graſſatore impudico, vim pateretur, ab eodem gladium arte extorquet, quo ſe ipſa configit.

Ex Eporedio, & hiſt. Maſſil.

HÆSI fateor nonnihil dubius, *gladione* an *ſcuto* Hemitheæ acinus adcenſerem. Ex gladio,

At ille repulſus adoleſcens amore inſanus, non deſtitit matronali pudicitiæ inſidias ſtruere. Atque vt erat ab opibus paratior, non defuere furenti cupiditati malè feriati iuuenis infames adminiſtri, etiam inter domeſticos Marfodij famulos Quorum miniſterium vt tutò procederet, adornati ſunt ipſi adeò Reipublicæ Rectores, concepti tamen ſceleris ignari. Vix enim vnus, alterve menſis à nuptijs efluxerat; cum, agente clancularijs conſilijs riuali, demandatur Marfodio publica legatio, ad vicinas Græci nominis vrbes obeunda. Qua dum in legatione verſatur, magna quidem nominis fama Marfodius; ille alter impuriſſimus adoleſcens omnia admouet, ſiue illicia dixeris, ſiue terriculamenta, quibus Hemitheæ fidem expugnet. Sed fruſtra nimirum apud eam cui potior fama quàm vita eſſet. Poſtremò vim parat. Et corrupto præmiorum ampla largitione famulo, eius ope, & ductu in gynæcéum ſub diluculum ſeſe graſſator penetrat; atque ipſum in Hemitheæ conclaue. Quod quia ſine grauis ſtrepitu refra-

ctarum ex parte ferarum fieri non licuit ; exiluit illico de cubili Hemithea , & raptim induta cyclade ad ſpondam adſtitit, dum ille perrumpit: atque illinc ad conclauis mediũ progreſſa, rogat, ecquid animo conſilij verſet matutinus irruptor ? tum, quid armatus inermem aggrediatur ? Satiſne prouiſum ſolitudini ? Ille amore ſaucius, & amens nebulo, ſciſcitationem poſtremam, neſcio quem interpretatus aſſenſum ; ſe verò inermem penitùs eſſe velle, nec aliud agnoſcere ferri genus, quàm quo ab amore vinciretur. Abijcit ad Hemitheæ pedes baltheum , enſemque quo erat ſuccinctus, & foribus obditurus peſſulum, vultum, greſſumque tantiſper auertit. Quo temporis articulo Hemithea gladium educit, & quem in graſſatoris corpus meritiſſimè immerſiſſet , eo ſe intrepida transfixit ; corruitque extemplò in ſolum, hærente viſceribus ferro. Spectaculi horrore & pœnæ metu perculſus impudens latro , relicta etiam chlamyde quam cum enſe abjecerat , aufugit , tanto facinori latebras quæſiturus. Interea

um turbatur inter fidos Marfodij fa-
ɿulos, & ad idem conclaue totâ paſ-
.m viciniâ concurritur.

Iacebat enim vero transfixo pectore,
nimamque agebat Hemithea inter
ımulantium manus, ac vetabat ne
ɿuis enſem extraheret, cùm accurrit
ɔcrus, ſuperuenitque ſocer, Marfodij
ıater. Hunc inter-mortuis affata ver-
ıis Hemithea; necis, inquit, auctorem
ıe quærite, ego-met mihi vim intuli,
ıe vim præſens afferret graſſator;
ujus hic enſis, quem hereditario jure
ʌarfodio legatum volo. Atque hîc
lefecit Hemithea. Morientem ſocer
xoſculatus gladium extraxit, cruen-
umque ſepoſuit in filij reditum. Et
ʼerò dum juſta parantur, compoſi-
umque jam eſſet in feretro funus,
ɔaucis ab hinc horis, nunciatur de
ʌarfodij aduentu; trahente enim
ıeſcio quo fato, tùm ille vicino in
ɔortu ventos ferentes operiebatur,
ɿui ſi paulò antè fauiſſent ferali ſcenæ
nteuerſurus erat. Accedenti ergo
:elari non potuit, quod ipſe ædium
unebris apparatus detegebat. Aduo-
are ſcilicet illico in conclaue Marfo-

ſui deſiderio vniuerſæ Reipublicæ Maſſilienſium, magna pompa elatus eſt vterque conjux, & in vnum, idemque conditus, vnà cum ferali gladio ſepulcrum.

Sentio equidem candide Lector, indolentem huic triſtiſſimo fato, etiam meditari te animo ſepulcri huius inſcriptionem. Vteo te labore leuem, mox ſubjungam, vbi te priùs monitum dimiſero, Gallicanæ huius matronæ facinus, Romanæ Lucretiæ, & Neapolitanæ fortitudinem longè ſuperaſſe. Romanam, opinor, non ignoras, Neapolitanam Lucretiam fortè non ſatis notam habes. Hanc Alphonſus Aragonum Rex ità perditè amaſſe, ità deperijſſe traditur, vt abſentem perpetuò requireret impos ſui, ſui nunquam compos præſentem ſpectaret. At pudica virgo, de principis in ſe amore loquentibus, ſolita reſpondere traditur: Regem ſibi nunquam volenti pudicitiam, erepturum; ſi vim pararet, non imitaturam ſe Lucretiam Romanam, quæ peracto ſcelere mortem ſibi conſciuit; ſe verò mortem occupaturam.

HIC SITI

MARFODIVS, ET HEMITHEA,

Par mirabile conjugum, quos ita pares natura fecerat, vt mors pares quoque eſſe voluerit.

Hemithea prior, inſidiantem pudori ſuo graſſatorem auerſata, vim ſibi ipſa fecit, vt vim paratam repelleret. Manus in ſe violentas intulit, ne pateretur alienas. Graſſatoris in ſe ferrum admiſit, graſſatorem à ſe repulit. Sic timuit alieni corporis contactum, vt ferrum etiam à graßatoris corpore abſtinuerit, ne vel ſic intermedio enſe contigiße videretur; aut ne fortè, dum capulo tenus inderet, extrema manu contrectaret. Hoſtem nefarium interimere cùm poßet, noluit; & genus adulterij quoddam putauit, ſi occidendi Latronis ſanguine vel tantillùm aſperſam ſe ex pugna videret. Aut ſi cruentum ab ejus cæde ferrum in ſe

deindè transferret, ſceleſtum ſanguinem, innocenti ſanguine permixtura.

Marſodius eodem ſe peremit enſe, quo pepercit hoſti. Nec ſuſtinuit pignus amoris illud in hoſtem traducere; aut infami ſanguine, caros Hemitheæ fædare cineres.

Neuter aut manu, aut fato generoſiore cadere potuit; debuit vterque feliciore.

ABEI VIATOR.

At priùs vtriuſque cineres irrora lacrymis.

Non abſumes tamen vniuerſas, ſupererunt quas effundas, ſi homo eſſe pergis, quoties vtriuſlibet recordaberis.

CAPVT II.

AVRVM GALLICVM.

Galli pugnaturi, aurum obijciunt hoſti detinendo.

Anno ante Chriſtum 193. Frontinus Lib. 2. Cap. 13.

ADEGIT ad conditiones Attalicas Gallo-Græcorum animos, mollities Aſiaticæ commorationis. Galli enim qui iam olim Aſiæ minoris victores, poterant majori Aſiæ Galatiæ nomen imponere, niſi auitum & Gallicanum robur, ignauæ viciniæ mores fregiſſent. In Attalum Pergamenorum Regem copias educturi, conſcientiam præferre viſi ſunt imminutæ inter poſteros majorum fortitudinis Quidquid auri, argenti & gazæ demùm precioſæ in caſtris erat, imbelli multitudini traditum eſt; ea ſpe quæ ſpoliandi moram aliquam pollicita, præcipuam

hoſtilis victoriæ partem, quæ ſita eſt in vſu victoriæ præriperet. Nimirum tantùm animi ſumpſere Galli, quantùm ſatis eſſet, vt ſalutari fugæ conſulerent, damno ſarcinarum. Vbi enim primùm ferro decerni cœptum eſt, aurum in partibus etiam ſtetit; nec minùs quam ferrum pręſtrinxit oculos Pergamenorum, & quos animos fecit ad pugnam, à pugna in prædam dejecit. Vt non tam vinci ferri acie Galata videretur, quàm auro vincere hoſtilem victoriam.

An vterq; fúgit, Pergaménus & Gallus?
Dum Galata ferro certat, & fugam cepit!
Corruptus etenim Pergaménus eſt auro.

CAPVT III.

BVSTA GALLICA.

Accenſo circum caſtra igne; hoſtium notitiæ diſceſſus præripitur.

An. V.C. 702. Oppius L. 8. Comm. C.

AGENTE in Gallia Italica Cæſare, & cum Senatu per inter-

nuncios vrbana & togata prælia inchoante, coït in fœdus Gallia vniuerſa, ſpe videlicet vrbani tumultus. Bellovaci vni ſuis auſpicijs rem gerere ſe poſſe rati, belli ſocietatem aſpernati ſunt. Verùm vbi accifis fœderatorum rebus, belli moles in eos incubuit, pluribus attriti prælijs, communionem cladis experti ſunt, qui nimirùm ſemper noxiâ animorum præfidentiâ, communionem armorum neglexerant. Ergo locorum præſidia, tutelamque aucupantes, per impeditos quoſque terrarum viarumque tractus, infeſti victoris ſolertiam eludere conabantur. Nuſquam tamen illuſtriùs hoſtis oculis, armiſque illuſêre, quàm cùm excitatis circum caſtra pyris, incenſæ loricæ moras hoſtibus objecêre. Iugum caſtris obtinebant Bellovaci, quò Cæſariani non niſi per interjectas latè paludes eniti poſſent. Hàc tamen, per inſtratos frequentibus tabulatis pontes, explicatâ viâ; ſecundis caſtris Cæſar alterum ipſe jugum obtinuit, quamquàm ægrè & inclinato iam in veſperam die. Galli quibus in noctem proxi-

mam diſceſſus neceſſitatem, cibario-rum grauis inopia impoſuerat, palu-ſtribus aquis malè protecti, igneum aggerem fugæ prætenderunt. Erat
Oppius l.8.c.3. hoc Gallicæ militiæ vetus inſtitutum, vt in caſtrorum metationibus, ſinguli ſingulis virgultorum, ſarmentorúmve faſces, aut culmorum, quibus ex more inſiderent, compararentur. Hinc ſem-per ingens erat in caſtris ſtramento-rum, frondiumque copia; tùm verò
c. 2. maximè ſuppetebat, quòd & hyberna tempeſtas eſſet, & locus lignationi commodus. Certo itaque inter ordi-nes diſceſſu, qui longiùs à vallo teten-derant, traditis per manus faſciculis, excubantibus ad hoſtilium caſtrorum frontem commilitonibus, ingentem penè momento ſubmiſêre materiam. Ex quâ, in pyram extructo circum aggeri, ſubditus vndecunque ignis, hoſtium oculis fugam eripuit; flammę fumique oppoſitu. Cæſar enim, quamquam ex tam repentino, inſo-litoque incendio, militarem dolum interpretabatur, incertus tamen ho-ſtilis conſilij, hærebat intra vallum; at ſubmiſſi ab eodem equites perten-

tandi gratiâ; cùm incenſo aggeri ſubijſſent, tantus eos buſtorum fumigantium vortex implicuit, vt inſidias veriti, liberam hoſtibus fecerint abſcedendi facultatem. Hi decimum milliare noctu emenſi, tutiori demùm loco, & importandis in caſtra commeatibus opportuno, reſedére.

AD CÆSAREM.

En fúgit hoſtis: victor es tamen Cæſar:
Fugam paranti fœneras fugam. Namque
Iouis hyemātis pellat vt grauem noxam,
Spolia ipſa redimit hoſtis igne ſuccenſo.
Sed vendit ignē, vendit hoſtis & fumos.

Buſta Gallica, locus erat ex Liuio l. 5. juxta Æquimelium Romæ, ita dictus, quòd illic in aceruatos cumulos ſuorum corpora defunctorum ex peſtilentia Galli vſſerant. Alius etiam locus, Buſta Gallica, eſt appellatus ad Apennini ſiniſtrum latus, cæſis à Q. Fabio Gallis annis 93. poſt Camilli victoriam & inditum nomen Buſtis Gallicis Romæ. Imperitè enim Procopius lib. 4. rerum Gothicarum, vtraque hæc Buſta confundit, & in

Apennino tantũ agnoſcit, & à Camilli victoria locum nominat, Gallos ſcilicet perſequentis. *vide Liuium lib 22.*

Extat hodie (inquit Cluverius lib. 2. p. 616.) in Apennino inter Sentinum, Fabrianum, Matilicam & Sigillum oppida, Oppidum vulgò, *Boſta*, quod plerique notiori vulgaris linguæ vocabulo; quod latinè valet, *ſufficit*, ſeu, *ſatis eſt*. *Buſta* appellant. Id tùm ex eo nomine, tum ex ſitu, cognoſcitur eſſe vetera illa Buſta Gallorum.

CAPVT IV.

COMMII SVPPARVM.

Commius victus à I. Cæſare, cùm fugeret & naues in ſiccis littoribus hærerent, pandi nihilominus vela juſſit. Quæ cùm perſequens eum Cæſar ex longinquo tumentia vidiſſet, ratus ſibi proſpero curſu eripi, receſſit.

Anno V. C. 702. Frontinus Lib. 2. C. 13.

COMMIVS Atrebas ingenij vir acerrimi, rem Romanam in Gallia manu & conſilio ſtrenuè promouerat, extra patriam in Britannia, legationibus Cæſaris nomine feliciter obitis. Eò Cæſari cariſſimus, ab eodem Atrebatium ciuitati, cum imperio prępoſitus eſt; Morinis etiam huic præfecturæ attributis; quibus nimirùm vtriſque jus diceret legibus patrijs. Maluit tamen in Cæſarem minùs gratus, quàm videri in patriam impius, ratus principem juris Gallici legem eſſe, veram non fucatam patrię libertatem. Acceſſit ità comparato animo, pudendum nomini Romano facinus, quo per ſimulationem colloquij emiſſarius Labieni legati Voluſenus, per adornatos ſicarios, Commium illato etiam in caput vulnere, conficere conatus eſt. Et agebat tùm in citeriore Gallia Cæſar, cùm Romanorum perfidiam, Gallicana fide indignam arbitratus Commius, & ſuos

ipſe populares, & Gallos pleroſque omnes in belli ſocietatem adſcriptos, tutatus eſt auſpicio ſuo. Tanta quidẽ animi deſtinatione, vt fuſis, victiſque partibus; cæteris fœderatorum ducibus, victorem aut vi, aut ſponte ſecutis, ipſe ad Bellovacos, à clade integros, & in Cæſarem priuato gentis nomine armatos, profugerit. Quibus decretorio tandem prælio ſubactis, alio in orbe Cæſari hoſtes quæſiturus, de Britannia ineunda cogitauit. Quò fugam explicare conantem, improuiſus caſus excepit. Inſectabatur omni ope profugum Caius Cæſar, eò infenſior, quò in eum olim profuſior, veteris beneficentiæ obliuionem, non amorem patriæ, ſed hominis ſingularem perfidiam interpretatus, tantò ſolertiam pertimeſcendam magis prouidebat, quantò erat acriorem expertus. Ille & ingenij ſui, cujus apud tyrannum reus eſſet, conſcius; & Cæſarianæ mentis, fugam enixè occupabat. Et jam inſequentem ad Occeani littora horis aliquot præuerterat, cùm præripi ſibi vitæ, fugæque tutelam videt, deſtitutis in ſicco lit-

tore nauigijs; quòd reciprocante ſolemni æſtu, longo interuallo mare deceſſerat. In re tam importunè lubrica, proram ab animi ſolertia & puppim præſentem fecit, vt vela fugæ, vel in ſicco faceret. Conſcenſis nauibus explicari ſollicitè vela majora, minoráque diducto pede vniuerſa jubet; quæ in exporrectos ſinus expanſa, claſſem effingebant jam in alto ferentibus ventis proſperè nauigantem. Hac ſpecie Cæſarem ludificatus Commius inſequendi ſtudium effregit. Is enim vbi primùm tumentia vento ſecundo vela procul eſt conſpicatus, frænos inhibuit, profugum hoſtem ventis & mari permiſit.

Obliquat læuo pede carbaſa, ſummaque pandens Suppara velorum perituras excipit auras. *Lucanus lib.* 5.

DE LITTORALI ET Caſtrenſi ludificatione.

AD CÆSAREM.

Pellit ineuntem caſtra fumeus turbo,
Euntem in æquor, Cæſarem, Notus pellit.
Natura, Cæſar, ſorſque fauit vtrinque:
Tellure fumos, & capis mari ventos.

Illa quæ Cæſari facta eſt ludificatio maritima, reuocat nobis in mentem dolum alium in hoſtibus illudendis maximè ſolemnem Venetis Britanniç gallicæ populis. Erat enim illis in more poſitum, vela nauium vniuerſa tingere cæruleo colore, & eodem Claſſiarijs veſtes, & pileos induere, vt nimirum marinis fluctibus concolor claſſis, obſeruantium procul oculos falleret. Quod doli quidem genus, non inutili imitatione proſecutum ſe fuiſſe Cæſar ipſe profitetur. Vegetius etiam, rerum bellicarum peritus, auctor, Romanos tradit à gallorum nauali diſciplina multa didiciſſe. Porrò à gallis Venetis, non à Venetijs (vt malè quidam comminiſcuntur) colori nomen inditum eſt, & inde Venetæ factioni; quæ cultu cæruleo aurigas ſuos ornabat in Circenſibus ludis.

Lib. 4. c. 37.

Venetum colorem tribuit cultiſſimus poëta Claudianus, etiam vltramarinis Britannis.

L. 2. de Laudibus Stilíconis.

Inde Caledonio velata Britannia monſtro,
Ferro picta genas; cujus veſtigia verrit
Cærulus, *Oceaniq; æſtũ mĕtitur amictus.*

CAPVT V.

Cùm verſaretur in acie Romana Sacrovir, aperto procedebat capite vt à Gallis ſuis agnoſceretur.

Tacitus lib. 3. An. ſub Tiberio.

GALLIS ſuis agnoſcendus aperto capite, in Gallici Polyæni caſtra ſuo jure ingreditur Taciti auſpicijs Iulius Sacrovir.

Galliarum ciuitates ob magnitudinem æris alieni rebellionem cœptauêre: cujus extimulator acerrimus inter Treueros Iulius Florus; apud Æduos Iulius Sacrovir. Nobilitas ambobus, & majorum bona facta, eóque Romana ciuitas olim data, cùm id rarum, nec niſi virtuti pretium eſſet. Ij ſecretis colloquijs, ferociſſimo quoque adſumpto, aut quibus ob egeſtatem, ac metum ex flagitijs maxima peccandi neceſſitudo, com-

ponunt, Florus Belgas, Sacrouir pro-piores Gallos concire. Igitur per conciliabula & cœtus, ſeditioſa diſſerebant, de continuatione tributorum, grauitate fœnoris, ſæuitia ac ſuperbia præſidentium: & diſcordare militem audito Germanici exitio: egregium reſumendæ libertati tempus, ſi ipſi florentes, quàm inops Italia, quàm imbellis vrbana plebes, nihil validum in exercitibus, niſi quod externum, cogitarent. Haud fermè vlla ciuitas intacta ſeminibus eius motus fuit. Sed erupêre primi Andecaui, ac Turonij. Quorum Andecauos Acilius Auiola legatus excitâ cohorte, quæ Lugduni præſidium agitabat coërcuit. Turonij legionario milite, quē Viſellius Varro inferioris Germaniæ legatus miſerat, oppreſſi, eodem Auiolâ duce, & quibuſdam Galliarum primoribus, qui tulêre auxilium, quo diſſimularent defectionem, magiſque in tempore efferrent. *Spectatus & Sacrouir intecto capite pugnam pro Romanis ciens, oſtentandæ, vt ferebat, virtutis gratia. Sed captiui, ne inceſſeretur telis, agnoſcendum ſe præbuiſſe, arguebant.* Conſultus ſuper

eo Tiberius; aſpernatus eſt indicium, aluitque dubitatione bellum.

CAPVT VI.

Idem Sacrovir, cùm apertè defecit à Romanis Auguſtodunum occupauit, vbi principum Galliæ virorum liberi inſtituebantur, quos ſibi pignori futuros cepit.

Ex Taciti Annal.

ILLA in Romanorum caſtris, hæc in ſuis egit Sacrovir. Et vt in illis apertum amoris pignus, Gallicanum vultum eſſe voluit; Ita in his principum Galliæ populorũ pignora cepit. Tacitus ibidem. Apud Æduos major moles exorta, quantò ciuitas opulentior, & comprimendis ijs procul præſidij. Auguſtodunum caput gentis armatis cohortibus, *Sacrouir occupauerat, nobiliſſimam Galliarum*

ſobolem liberalibus ſtudijs ibi operatam, vt eo pignore parentes propinquoſque eorum adjungeret. Simul arma occultè fabricata juuentuti diſperſit. Quadraginta millia fuêre, quinta ſui parte legionarijs armis, cæteri cum venabulis & cultris, quæque alia venantibus tela ſunt. Adduntur è ſeruitiis gladiaturæ deſtinati, quibus more gentico, continuum ferri tegimen (crupellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. Augebantur hæ copiæ vicinarum ciuitatum; vt nondum aperta conſentione, ita viritim promptis ſtudiis, & certamine ducum Romanorum, quos inter ambigebatur; vtroque bellum ſibi poſcente. *Tandem-partium clade.* Sacrouir primò Auguſtodunum, dein metu deditionis, in villam propinquam cum fidiſſimis pergit. Illic ſuâ manu, reliqui mutuis ictibus occidêre. Incenſa ſuper villa omnes cremauit.

CAP. VII.

CAPVT VII.

Laceris & malè compactis cymbis, ad littus relictis, hoſtem Mommolus ſimulatâ fugâ inducit in fraudem.

Greg.Turon.Hiſt.L.6.C.26.& alij.

SÆCVLI à Chriſto nato ſexti, anno octogeſimo tertio, in partes tres etiam tum diuiſa Francica res, Principum quoque animos plurifariam diuidebat. Sueſſionibus regnabat Chilpericus; Burgundionibus Guntramnus; Childebertus Auſtraſijs. Ad hunc Mommolus regni Burgundici Patricius, quæ ſuprema erat à regiâ dignitas; à Guntramno, incertum quo conſilio, aut cauſâ, defecit: at defectionis certa pignora, Maſſiliam, Auenionemque tradidit. Guntramnus ad has Burgundicæ ditionis principes vrbes de perfido recipiendas, numeroſo exercitui Boſſo-

nem præfecit, virum & manu ſtrenuum, & expediti conſilij. Cuius tamen ſolertiam dolo eluſit Mommolus Sub ipſum hoſtilium copiarum aduentum, ad vtramque Rhodani ripam plura comparauit nauigia, in ſpeciem quidem opportuna trajectioni, intuta tamen, commiſſis malignè tabulatis. Hæc primo Boſſonis incurſu ſimulatâ fugâ deſerit Mommolus, & inſultanti hoſti trepidus obijcit. Itum ex tempore cateruatim in cymbas vlterioris amore ripæ Verùm vbi medium in alueum deuenêre, vt eſt rapidi & incitati admodùm vorticis Rhodanus; pleræque omnes ſolutis compagibus diſſipatæ ſunt; aut exhauſtæ fluctibus: vectores abſorpti magno numero. Sparſum indè longiùs ſecundo flumine naufragium ingentes animos Auenionenſibus fecit. Admouit tamen ad vrbem reliquas copias Boſſo; at conatus omnes hoſtiles, nouis ſemper artibus ludificauit, Mommolus, & oppidum tutatus eſt.

CAPVT VIII.

Conanus Brito prætendit caſtris frequentes foſſas, quas frondibus & cęſpite obtegit.

An. Chr. 992. Iunij 25. Argentræus L.4. C.17. Hiſt Brit.

SVBLATIS de medio per nefarium parricidium Hoëllo & Guerechio æmulis, Nannetenſium ciuitatem & arcem, vnà cum Ducis nomine in Britanniam Aremoricam vniuerſam, vſurpauit Conanus Redonum comes. Ad huius infringendam potentiam, Fulco Andegauenſium Princeps, Iudicaëlem Hoëlli filium omni ope conabatur in auita bona reponere. Quare contractis Britonum partim, partim Andegauorum ſuorum copijs, ad Nannetes caſtris locum capit, oppidum arcemque obſeſſurus. Et jam protracta in menſem obſidio, moræ tantundem fecerat,

quantùm ſatis eſſet ad opem obſeſſis ferendam, conflato euocatorum exercitu. Inſtat ergo armatus hoſtis, aut prælio decertandum, aut decedendum loco. Vtriſque pugnæ auidis & dies & locus præſtituitur in vaſtis Nannetum campis, & latè exporrecta planitie. Eò pridiè numeroſam ſuorum manum induxit Conanus, & quòd arte potiùs quàm virtute militum de generoſo hoſte victoriam expectaret, ferro priùs in terram quàm in hoſtem experiri certus: lacunas effodi frequentes & in altam voraginem agi jubet; tum foſſam ingentem duci prætendique, quàm latè caſtris in poſterum diem campos animo præceperat. Has ſingulas accuratè lacunas foſſaſque, ligneis cratibus & cæſpite & frondibus obtegi mandat. Poſtridiè in condictum locum eductæ ex aduerſo Andecauorum copiæ, antequam in aciem deſcriberentur, in militarem concionem coïêre. Adduci in caſtra Hoëlli filium impuberem Fulco curauerat. Hunc ſinu cubitiſque complexus; ſuis, Britonibuſque oſtentare, ſubditorum, ſociorumque

ſidem obteſtari, immanitatem Conani & animi impotentiam pluribus impetere. Pupilli principis imbellem ætatem commendare. Vnum denique ſe ei bello lubentiſſimè quouis periculo præfuturum, in quo conſtaret jus æquitatémque Britonibus probari; improbari Andecauis crudelitatem, vtriſque tyrannidem odio, amori eſſe principum dignitatem. Incenſis ad rem gerendam hac oratione animis; aciem in ordinem dirigit, & quia camporum æquabilitas commoda equitatui, quo præpollebat, videbatur; turmas equeſtres in fronte collocat, & iniri ab ijſdem pugnam jubet. Fraudi enimverò fuit animos priore oratione incendiſſe. Vix enim ſigno dato admiſſi in curſum equi, cùm in prætentas caſtris hoſtilibus, & aciei toti voragines devolvuntur. Nec verò inhiberi potuit incitatus ſemel equorum curſus, alijs alios denſatis ordinibus vltrà trudentibus. Hoſtes intereà nota inter foſſas diuerticula obſidére; equites in lacunarum oras nitentes ſagittis conficere; pondere armaturæ grauis hærentes eliſis,

confoſſiſque equis è loco ſuperiore frequentes opprimere. Saluti fuit Andegauis in plures turmas equitatum deſcripſiſſe, nec vnà omnes equitum copias æquatâ fronte in hoſtem admiſiſſe. Turmis enim ſingulis poſterioribus præfecti, ordines quiſque ſuos ſubſiſtere quamquàm ægrè admodùm coëgêre, dum inter-media conficiuntur ſpatia. Abſque eo fuiſſet, futura clades erat etiam fœdior,
An. Chr. quàm quæ Gallicæ militiæ florem in
1320. 20. Curtracenſem foſſam, tanto deindè
Martij. pòſt tempore involvit. Hîc in præſenti conſilio equos ſuſtinuit Andegavus, explorato per peditem tutiore aditu in hoſtes irrupit, & mali doli auctorem, militari arte & fortitudine excepit. Fuſo, fugatóque hoſtili exercitu, & cæſo duce, auita dignitas puero Iudicaëli afferta.

Nonennis erat Iudicaël cùm pugnatum eſt, quamuis alij in cunis adhuc lactentem exhibent. Hoëllius ejus pater cæſus eſt anno 983. pugna contigit 992. Natus igitur erat annos ſaltem nouem : niſi prægnante vxore diem obijſſe dicatur Hoëllius; quod hiſtorici non tradunt.

CAPVT IX.

Boëmondus vt inſpectores hoſtium à caſtris Chriſtianorum abigeret, captiuorum corpora elixa partim, partim aſſa palàm propoſuit, & in cœnam parari dixit.

An.X.1098. Guil.Tyrius L.4.C.23.

CONFLVENTIBVS in Antiochena Francorum caſtra, Chriſtiani nominis pleriſque omnibus ad orientem nationibus, pronum erat hoſtibus, earundem cultu & linguâ, de ſuis, exploratores ſubmittere. Horum certè tantus erat in caſtris numerus, vt vel ipſa ſanctiora de re militari conſilia, nondum ſatis inter ipſos adeò principes explorata, ad hoſtes illicò perferrentur. Nec verò videbatur è re Chriſtiana copias illas auxiliares & fidei & ſacramenti ejuſdem à communi, & nomine &

cauſa excludere. Quare cùm ea de re ſæpius in principum cœtu referretur, neque certa ſatis conſtaret ſententia; Boëmondus Tarentinorum Regulus, *præſto, inquit, ego huic me rei modum facturum aliquem, & malo medelam.* Mox abſoluto conſilio in caſtra ſua redux, jam inclinante in veſperam ſole, captiuos aliquot hoſtes ab ergaſtulo producit, traditque tortoribus propalàm jugulandos, vt in captiuo corpore & barbaro, dirum quidem, ſed opportunum tamen conſilium explicaret. Iubet ergo cæſorum corpora, alia membratim ſecta; integra alia, partim verubus transfixa torreri publicè de more caſtrenſi ad ignes, partim ahenis feruentibus excoqui; ſtupentes verò rei nouitate, & ad eam Caſtrorum partem ſpectaculi inſolentiâ excitos magno numero, moneri ſanctè ac ſeuerè mandat, parari cœnam hanc Boëmondo & ſuis: ità in principum poſtremo comitio conueniſſe, vt eæ impoſterum de exploratoribus ſumerentur pœnæ; vt qui principum conſilia tam curioſè rimari obſeruaréque ſolerent, ipſa eorundem pectoris

arcana exploraturi ſubirent. Valuit ad terrorem barbara feritas, & cœnæ odore ac fumo exacti lemures, minori deinceps numero infeſti eſſe cœperunt.

CAPVT X.

SARCOPHAGVS SALVTARIS.

Boamundus Antiochiæ princeps, per hoſticum, ſpecie demortui in pheretro latens, tutò traducitur.

Ex Libro vndecimo Alexiados, Annæ Comnenæ. Quam nuper edidit, vertit, & enarrauit P. Petrus Poſſinus S. I.

ASIATICIS illis, & ſacris noſtratium heroum expeditionibus, nihil æquè obmoliebatur; nihil æquè retardabat earum impetum, quàm Græcorum Principum liuor, & perfidia. Id

imprimis expertus eſt Boamundus in Antiochiæ ſuæ, quam de Barbaris ſummo conatu, & pari felicitate receperat, tutando principatu. Agebat omni ope & opera Conſtantinopolis Imperator Alexius, vt eam vrbem ſui juris faceret. Nec latuit ſolertem Boamundum Græcula fides, cuius ludificationes non ſemel eluſit; donec aperto marte rem aggreſſurus Alexius, ingentem exercitum maritimum & terreſtrem, ad ditionis Antiochenę fines repentinus admouit. Erant tum Boamundo, exiguæ admodum militares copiæ: nec ſuppetebat in Aſia vnde haberet opportunos delectus. Vna erat Italia, ex qua conſcriberet, aut Gallia patrium ſolum. Et obſtabant circumfuſi hoſtes, quamquam adhuc à principe ciuitate longiùs. His vt illuderet, & tuto commeatu per hoſticum in Occidentem nauigaret; primùm Tancredo Nepoti Antiochiæ tutelam credidit; & ipſe per ſimulationem ingruentis derepentè morbi, ſolitudinem, vt ægri ſolent, & à gerendis rebus ceſſationem, captare: pauculis inde diebus rumorem

publicè per adornatos ſpargere, fato functum eſſe Principem. Quod vt procederet, juſta ſibi fieri curauit ex more, publica, ambitioſo etiam apparatu, & captatâ ſpectantium frequentiâ. Hæc vbi fama ſatis animos imbuit; ſarcophagum ſibi fabricari juſſit, latentibus aliquot perfoſſum locis, ad liberos ſpirantis meatus. In eo abditus, per funebrem pompam in Nauale Antiochiæ deductus eſt, & nauigio impoſitus, inter comploratus partim fictos conſciorum; partim veros domeſticorum, amicorúmque, qui boni doli ignari, tantæ virtutis deſiderio, cladi publicæ illacrymabantur. Illinc ſecuro, celerique tranſcurſu, per medios hoſtes, & volentes quidem, Italiam versùs enauigauit. Corcyram verò vbi tenuit, & ſociorum arcem; fucum omnem abjecit, & funebrem apparatum. Vocat ad colloquium ex arce proxima Imperatoris Alexij Legatum, qui inſulæ partem Græcæ ditionis regebat. Ei porrò de mœnibus inſultabundus enunciat, Boamundum Antiochiæ Principem viuere. Id quàm primùm Corfou.

juberet ad Alexium deferri. Affuturum ſe breuì cum expedita claſſe. Nec verò ſibi defuit Boamundus, nec datæ fidei.

CAPVT XI.

Ludouicus Craſſus vt fugam ſuorum inhiberet, miſit qui Regis nomine vetaret, tam longo circuitu hoſtem circumuenire; & certum in locum deduceret. Hoſtis non fugam; ſed artem ratus, victoriâ abſtinuit.

A.Chr.1118.Lud.Craſſo FF.Henrico I. Angl.RR. ex Chronicis Franç. & Gaguino.

LVDOVICVM ſextum Craſſi cognomine, in Normanniam ingredi coëgit armata manu, Henrici primi Anglorum Regis per-

fidia, & immanitas. Abduxerat is in Angliam captiuum fratrem Normanniæ ducem Robertum, & occupatâ per fraudem, ac nefarium ſcelus fraternâ ditione, clientelaris fidei ſacramenta violauerat. Ludouicus & juris Francici, & capti principis vindex; Roberti filio Guilhelmo, ritè Normanniæ ducatum tradit. Atque vt ne vacuum benefici, ac pij nomen aucupari videretur, magnam paternæ ditionis partem nouo hæredi armis aſſeruit. Reliquam dum tentat, in Anglorum, Normannorúmque rebellium Copias, incurrit. Non tulit Franciæ alacritas victori Regi moras innecti. Vix in mutuum conſpectum vterque venerat exercitus, cùm præferuido curſu effuſus Francorum equitatus in aciem hoſtilem, multò antè iniquis equitatui locis deſcriptam, neque denſatos cuneos inter anguſtias perfringere, neque telorum multitudinem, diu tolerare potuit. Hinc primùm hærere, neque arma ſatis, neque conſilium expedire; neque retrò habenas flectere; & jam in effuſam fugam paratus, diſpalari.

Ludouicus imperio, fugam texit; vt ne ſui ſe victos arbitrati, vinci ſuſtinerent; at inuictus hoſtis de victoria dubitaret. Mittit è ſuo agmine principes viros, qui palantes ad ſigna reuocent, & tam longo circuitu ſcilicet, hoſtes circumuenire Regis nomine verent; jubeant certum ad locum greſſum reuocare, quò ſuos Ludouicus reduceret. Illinc opportuniùs in hoſtem ducturus. Ipſe intereà Ludouicus quadrato agmine, & militari greſſu, illuſit hoſti propè victori. Occupatum dici ab alijs nationibus factum facilè patiar, quòd inſolentiâ fugæ, artem fœnerandi timoris Gallia non nôrit, hoſtes fugare, non fugere ſolita.

CAPVT XII.

Inſectantes hoſtes majori numero per agros, jam maturis ſegetibus; his incenſis feliciter arcent Franci.

Ex Ionuillæo in H. Sancti Ludouici an. 1250.

OBSIDENTE Cæſaréam Philippi Chriſtiano exercitu, juſſus Ionuillæus imminens vrbi jugum (quod obtinebant numeroſo ſuorum præſidio Saraceni) occupare, perreptauit, hoſtium communi noſtrorumque ſtupore, per arduas, implicitaſque admodum vias. Nondum verticem attigerat, cùm facta eſt effuſè hoſtium fuga, quos injuſſu ducis proſecuti Germani, cui Gallorum manipulo adlecti erant, cæſi ſunt ab ordinibus hoſtium ex-improuisò reſtitutis. Adeò vt hinc & clades Gallis imminere videretur. Quorum timori

Vulgò Beline. *Ionuillæo & alijs.*

vt intercederet Ionuillæus, exauctoramenti pœnam intentat fugituris. At milites, tibi inquiunt imperator, ab generoſo equo certa tutela eſt in Saracenos: at nobis peditibus quid ſpei ſupereſt tantillo in numero? Hîc Ionuillæus, ego verò, inquit, commune diſcrimen non repudio; ac mox amandato procul ad templariorum caſtra equo, pedes ſtetit inter ſuos. Quos vt tutò reduceret ad caſtra, per oppoſitum cliuum occultè circumegit, donec ad ſubjectos latè campos deuentum eſt; quo ne peditum noſtrorum manum, equitabili planitie profligarent hoſtiles turmæ; adultas jam ſegetes ſubjecto igne ſuccendit, & inſequendi opportunitatem fumo, flammáque ademit feliciter.

CAP. XIII.

CAPVT XIII.

Impelluntur à Gallis Tunetani in occultas foſſas, quas noſtris comparauerant.

An. Chr. 1270. Philippi tertij. 1.

EXEMPTO ex mortalibus im- mortalis famæ viro Ludouico nono, ad ipſa Tunetana caſtra barbarus hoſtis, noua Philippi auſpi- cia crebris inſultibus ſollicitabat; cùm appulſus Andegauenſis Carolus Siciliæ Rex, conjunctis cum Philippo copijs, victoriæ conſortium occupa- uit. Anteceperat nocturnis ſtatiuis ſubjectos Gallicis caſtris campos, Tunetanus, vt poſtridiè nimirùm noſtros non tam in prælium, quàm in fraudem eliceret. Noctu per calones, lixaſque & infinitam foſſorum multi- tudinem, ad alterum caſtrorum latus præaltas foſſas, & latè diducto hiatu porrigit in plura ſtadia. Has gracilibus

P

longurijs partim in vtramque oram pertinentibus,partim exili columella ſuffultis, ramorum,terræque aggeſtu ſolerter obtegit, & in aliquam perpetuæ planitiei ſpeciem exæquat. Nocturno labori diurnum pretium quæſiturus barbarus, primâ ſtatim luce aciem inſtruit, pugnæ copiam facit. Non potuit non eſſe præſentiſſimum ad pugnam illicium, & audaculus hoſtis & locus equitabilis Gallico militi, pugnæ per ſe cupido, & equeſtris gloriæ amantiſſimo; inhibuit tamen geſtientem impetum dux vterque Philippus, & Carolus, cognito per exploratores dolo. Hic ſuorum priorem turmam ita in hoſtes admittit, vt jubeat vix conſertis primâ impreſſione manibus, retrò ſenſim cedere & armatâ tamen manu pedem referre. Quod animo præceperat Carolus, euenit vſu: hoſtis fugam interpretatus, ſolutis ordinibus in Gallos effuſus eſt. At Philippus laxatos è latere ordines aggreſſus, delectâ equitũ turmâ diſiecit facilè, diſſipauitque ac toties palantes circumegit, vt reuocatis in frontem Caroli copijs, cùm

vtrimque latè cæderentur, nec ſui nec armorum compotes, abjectis animis, armiſque, parati hoſtibus doli immemores, (quod agebãt omni ope Galli) ipſas in voragines acti pleriq; omnes, in præfixos imis foſſis palos, inducti, & ſuorum partim numero ingruentium, partim noſtrorum telis, obruti ſint.

IN VORAGINEM AFRICANAM.

Iam monſtris operata nouis dabit Africa nomen;
Æquoreis major tertia Syrtis erit.

CAPVT XIV.

Galli deſcriptâ acie pugnaturi, priores ſuorum ordines ingentibus clypeis protegunt, & ſic irrita hoſtiũ priori jaculatione, in hoſtes irrumpunt.

Froſſartes vol. 1. c. 172. an. Chr. 1357. circa Martinalia.

CAPTO ab Anglis Ioanne Rege funeſtâ illâ ad Pictauos pugnâ,

Gothofredus Haricurius comitis frater, extorris, Anglici & Nauarræi nominis copias infeſtis excurſibus effundebat, in fines Conſtantienſium & Cadomenſium. In eum, delectus habuit Rudolphus Rameualius, & ordines eduxit in tractum Conſtantienſem, quem populationibus vexabat Haricurius, ſeptingentorum præter propter militum exercitu. In conſpectum mutuum vbi deuentum, ſagittarios vniuerſos in fronte locat Haricurius, fretus numero ſuorum, & ſpecie hoſtilis exercitus, qui leuis armaturæ militiam in omnibus peditum, equitumque ordinibus habere videbatur. Rameualius tamen ſolerti ſanè conſilio ſcutorum ingentem numerum, & quidem veteri penè noſtratium more oblongorum in priores ordines militum ſingulis diriberi jubet; qui Romanæ & auitæ quoque teſtudinis in morem, primos impetus, & infinitam planè ſagittarum ejaculationem (vt erant ea ætate & ſuperioribus aliquot ſæculis ſagittandi arte celebres Angli) eluſêre prorſus incolumes. Tum demùm verò jaculari

Froiſſ. c. 115.

Raoül de Rameual. Le Païs de Conſtantin.

Galli, Per dumos ſcutis protecti corpora longis. *Virgil*, *lib.* 8.

Vide Pauſaniam in Focicis.

Franci & ſuas & ſparſas nullo numero paſſim hoſtiles ſagittas, retorquere, equites confixis equis proturbare; pedites immenſa ſtrage conficere: vniuerſas denique copias leui diſcrimine cædere. Haricurius ipſe cum ſuorum aliquot intra vineta tantiſper impetum noſtrorum moratus eſt, donec aditu deprehenſo ab equitum noſtrorum duobus, haſtis vno ſimul impetu confoſſus cecidit.

CAPVT XV.

Franci cùm modicas Anglorũ copias fortè obuias collatis ſignis deuiciſſent, vbi caſu recẽtes ſuperuenêre hoſtiũ copiæ; ne numero obruerẽtur, apud captiuos vltrò deditione factâ, vim ingruentiũ eluſêre.

Froſſartes vol. 1. c. 277. ſub Carolo 5. R. Anno Chr. 1371. K. Ian.

NVSQVAM opinor incertiori aleâ Mars luſit, quàm cùm

Carolo Rege hujus nominis quinto, pugnatum eſt ad vigennam Francos inter & Anglos. Vix erat à Carolo indictũ Principi Vvalliorum & Aquitanorũ bellũ, cùm crebris hinc & inde certari cœpit incurſionibus. Franci
L'Abbaye de Saint Sauuin. duce Ludouico Sanjuliano fanum Sauini ceperant; vnde frequentibus populationibus Pictonas incurſabant. Ad hanc inuadendam arcem fortè pridiè Kalendas Ianuarias, Ioannes
Chandos. Chandoſius, qui jam Pictonum tractum Prætor adminiſtrabat, vir inter Anglos heroici nominis, intempeſtâ nocte equites trecentos adduxerat; quorũ partem præcipuam ſub muros intra vallum pedeſtri aggreſſione à ſcalis frequentibus paratos admouit. Et erant jam ad mœnia affixæ ſcalæ, nemine vno vigilum ſentiente, nedum arma mouente; niſi repentinus omnino caſus, hoſtis impreſſioni jam paratæ interceſſiſſet. Carletus enim Brito cum equitibus Francici fœderis quadraginta, ipſo illo rerum articulo, ad aduerſam è regione murorum partem appulſus, cuſtodiam excitat, jubétque buccinâ Sanjuliani milites ad

procinctum vocare. Chandoſius inſidias deprehenſas interpretatus; ſuos, quamquam ægrè, ſibique propemodùm ſuccenſens, Cauuiniacum proximum in oppidum ſubduxit, dimiſitque in tempus opportunius Pictonicę nobilitatis, & Rupellani Prætoris Thomæ Perſyj copias. Ipſe Cauuiniaci ſubſedit, dum ſeneſcente jam nocte admonitus, Sanjulianum & Carletum in armis eſſe, aduerſo vigenna iter inſtituit: orâ nimirùm eâdem, quâ Franci quatuor aut paulò pluribus milliaribus antegreſſi, procedebant Luſſacum verſus, vbi ponte vigenna jungitur. Ij porrò ſub auroram à Perſyo & Rupellanis aduerſam ripam legentibus detecti, in occupando ponte ſunt anteuerſi. Hic verò vim parante Franco, nouus Mars quaſi è machina, certæ cladi Anglorum illam turmam ſubtraxit. Ecce tibi ex-improuiſò jam ſuccinctis ad prælium Francis, ſuperuenit cum ſuis Chandoſius, & ab aggrediendi ſtudio, in ſui tutelam Francos conuertit. Quorum erat ſalus depoſita, nî fauiſſet regionis natura. Ora enim vigennę

Vienne F. Pont de Luſſac.

eò loci crebris prætexta jugis Perſyanorũ oculis Chandoſianos ſocios, ſubmouit, qui tamen in conſpectu erant extremo agmini Francorum. Per horum igitur cunctationẽ, ad hæc ſubita belli hærentium, fuga dilapſi ſunt Perſyani. At illis digreſſis cruento nihilominus prœlio à Francis in Chandoſianos pugnatum eſt. Chandoſius ipſe remotis, vt Franci erant equis, pedeſtrem pugnam aggreſſus, lubricâ propter anni roridam tempeſtatem viâ, & talaris ſagi laciniâ implicitus, cùm fallente veſtigio nutare cœpiſſet, à Iacobo Sammartino Franco lethale vulnus accepit. Nutantem enim circumuenit Iacobus, & pede celeri in ſiniſtrum latus exiliens (quòd erat ſiniſtro caſſus oculo Chandoſius) improuiſo ictu genas occupauit, adactumque ferrum, naſum inter & oculi cauum in cerebrum impegit: quo ex vulnere in pronum corpus abjectus Chandoſius, etiam lethaliùs ſibi ipſe cerebum confixit, hærente contumaciter ferro. Hujus caſu primùm aſperata pugna, deindè nata Francis victoria hoſtium deditione,

Franci victores, quòd in hoſtico verſarentur maturè de reditu geſtâ benè re cogitare, equos poſcere, quos pugnaturi calonibus commiſerant; at hi cùm primùm Chandoſij turma in proſpectum venit, Francos inter Perſyanum & Chandoſianum interceptos agmen, vtriſque impares arbitrati, equeſtrem ipſi fugam inierant. Poterant quidem victoribus captiuorum equi ſubſidio eſſe; verùm & ipſi cæſo Chandoſio ab Anglicis caculis abducti longiùs equi extra conſpectum, mira conſternatione Francos affecere. Quippè qui victores licet, pedeſtri ovatione longum iter per hoſtiles agros tutò inſtituere non poſſent. Incertos conſilij grauior etiam caſus mirè perculit. Tertia enim Anglorum turma equitum Pictonum ad ducentos, non opinantibus objecta eſt. Franci & pugnando vincendóque feſſi, & numero longè impares, arte victoriam fœnerandam eſſe putauerunt. Suis vnuſquiſque captiuis ſe captiuum addixit, & obnoxium profeſſus, pretij gratiam fecit, dum facerent ipſi. Sic eluſus eſt Anglo-Picto-

num conatus. Captiuos ſuos Chandoſianis tutantibus. Quos paulò deindè poſt honorificè domum, liberos; & vt decebat à pretio immunes, remisêre.

CAPVT XVI.

Monfortius multiplici arte, paucorum equitum alam, Galliâ tota incolumem ducit; ſpeciem vbique præbens numeroſi exercitus.

Anno Chr. 1373. Carolo V. Rege. Ex Argentræo Hiſt. Brit.

IOANNES Monfortius Anglicarum partium vir, non ideò deſijt Gallicæ originis, quòd Britanniæ minoris, Regulus, majoris auxilijs, Galliæ infeſtus; vtramque, minorem Francorum armis expertus eſt. Is ergo vel inuitus in jus cedit Polyæni gallici, & imperatoriam artem quam.

quam in Gallos exprompram, Gallicam fecit. Delectum eius cauſa Eduardus habuerat ingentium copiarum. His Lanclaſtrium filium & Monfortium ipſum præfecerat duces. Ita bifariam diducto exercitu, alteram Monfortius, Lanclaſtrius alteram regebat aciem. Verùm vt erat Lanclaſtrius ſordidè præparcus, alteris ferè in Gallia caſtris, exigere cœpit ex Monfortio mediam ſcilicet ſtipendiorum partem, aut secùs, imperio abſtinere, juſſit; fruſtra contendentem in bellicos apparatus & delectus habendos, non tam ſuæ quàm Anglicæ dignitatis aſſerendæ gratiâ, rem Britannicam exhauſtam eſſe. Reductus ad domeſticum cenſum Monfortius, vix ſexaginta equitum alam ſub ſignis habuit. Tantula tamen hâc Britonum Gallorum turma, totam penè Galliam incolumis peruaſit. Antecedebat altero dumtaxat tertióve milliari Lancaſtrij exercitum, & quaſi præcurſorias ageret copias, ſtatiua priora, ſuis occupabat. Hac arte ſæpius illuſit noſtrorum oculis. Carolus quippè ſapiens, populatori Lancla-

ſtrio non juſtum quidem exercitum objecit; ſed modicis ſuorum copijs, frontem modò, modò latera, poſtremámve aciem; aut latiùs euagantes frumentatorũ cohortes, atterere omni ope ſatagebat. Hinc præſentiſſimi periculi aleam crebrò ſubiêre Monfortiani. Illa omnium periculoſiſſima traditur, cum longiùs ſolito à Lanclaſtrio progreſſus, ſiue properandi ſtuſtio, ſiue ſuorũ curſum malignè moderante Anglo, jam penè in noſtrorum retia deuenerat, niſi præſenti animo atque conſilio, Anglicani totius exercitus faciem, aut frontẽ certè & priorem quaſi aciem, ex modicâ manu ſuorum effinxiſſet. Regio erat crebris hinc inde vallata jugis, & proximam vallem, quà neceſſariò ducendũ erat, præceperant hoſtiles copiæ. Monfortius in ſenas decurias equites ſuos deſcribit, totidem inſidére tumulos mandat, nec deerant ex priore, quam juſto numero ducebat acie, militaria ſigna complura: ijs in decuriones diſtributis, ſuos vndecunque in jugorũ vertices eniti jubet, & ſubjectæ vallis conſpectum vnà ſimul aucupari. Ipſe

imperijs in ſpeciem varijs, hoſtium oculos diſtinere; nihil non oculis, ore, manúque & incitato hàc, illácque decurſu agere, quò ingentes equitum, peditumque copias in aciem cogentem imperatorem exprimeret. Vicit denique abſceſſu hoſtium, quia figmento proximum eſt vinci Francos.

CAPVT XVII.

Alençonij Dux, cùm certos nuntios ad Anglum mitteret, jubebat ex compacto pollicem complecti illius ad quem mitterentur: qui aliter nuntia deferrent, in ſpeciem tantùm, fallendo hoſti miſſos volebat.

Gaguinus lib. 10. in Carolo VII.

LEVE quidem iſtud in ſpeciem, Ioannis Alençonij ducis commentum; ſed in bellicam rem non Le Duc d'Alençon.

inutile. Succenſebat is Gallicę quieti, quam diuturnam pollicebantur Caroli ſeptimi victoriæ. Verebatur impius ciuis, Galliam vniuerſam Anglis toto regno deturbatis, breuì togatam fore; nec eo ſe potiturum loco, qui gladiatorios deceret ſpiritus. Maturato proindè opus eſſe ducebat, dum recentibus adhuc victorijs aſperæ res eſſent. Non defuturos armorum conſortes, quibus in bellicis deprædationibus omnis collocata eſt vitæ opportunitas: horum numerum diuturna bella excipere ampliſſimum. Quos animi ſenſus, & pręceptam rerũ nouarum ſpem per internuntios Anglo ediſſerit. Monet imprimis ad hæc conſilia objectã videri maximè Normanniam: eò priores impetus expromendos: caſtra ſe & munitiſſimas arces, & quod caput rei gerendæ videretur, populos in partes facilè adducturum. Vbi perfido fidem Anglus in nefarium bellum dedit, Alençonius occultandæ conjurationis, hac arte viam aperuit. Voluit, qui de communi re, vel litteras, vel verba reddituri eſſent, dextrum priùs pollicem,

eius comprehenderent, cui deferrentur; quæ ſecùs promerent, indicta fore. Sic in indicem pollex immutatus. Verùm excidit de pollice & indice & totâ manu conſilium; Alençonius enim apud Carolum perduellionis peractus reus, & ſingulari principis clementiâ, poſt damnationem pœnæ ſubductus; patriæ iterum & fidem & manus dedit dedit.

Conjurata cohors digitum vix conſerit vnum,
Et benè tutam Vno credidit vngue fidem.
Inſtabilis tamen eſt; nam c[illegible] certare parabit,
Cum proprio totas conſeret hoſte manus.

Digitized by Google

CAPVT XVIII.

Equitum globus à majoribus copijs hoſtium deprehenſus, pedeſtris pugnæ imagine & antegreſſorum ſpecie, periculo ſe ſubducit.

Monſtrelet vol. 3. ſub Philippo Burg. Duce. An. 1452.

GANDAVENSI tumultu, qui eſt in Philippum concitatus, generoſa ſolertia pugnatum ferunt à duodecim è Picardia equitum ſagittariorum manipulo. Detrectante enim hoſte juſtam pugnam, & furtiuis tantùm incurſionibus principis copias detergere conanti, fortè deceſſerant hi à reliquo Burgundici Mareſcalli exercitu, populandi & prædandi cauſa, ad alterum ferè milliare; cùm amnem obuium, ponte trajecti, ingenti paulò poſt turma Gandauenſium & Anglorum excipiuntur,

piuntur; cui refellendæ nec pares eſſe integræ cohortes poſſent. De regreſſu igitur cogitare manipulares, déque ponticulo vbi remigraſſent deijciendo. Verùm & hunc obſederat è proximis ſaltibus ruſticana militia. Quare ſalutis explicandæ ſpe depoſita, quòd hoſtis immanitas nihil æqui polliceretur, aut ferro calente, aut reſte ſæuire in victos vbique ſolita; prorruunt in pedes vniuerſi, & colligatis in vnum equis, vt certam ad mortem, ità certam ad vindictam accinguntur; tam atroci quidem ſpectaculo, vt cunctaretur hoſtis aggredi vltro laceſſentes, imbre ſagittarum effuſo. Quâ cunctatione bene vſi, tubis enixiùs increpitant, veluti ſocios modico interuallo diſſitos acciturí; quo ſtrepitu veritus hoſtis imminere vniuerſas Burgundici exercitus copias, hos verò pauculos præcurſores eſſe, receſſit extempore. Hi contrà, verſo in amnem vultu, de pontis quoque ſtatione dilapſam vident ruſticorum manum. Sic expedita demum ad reditum via, conſcenſis iterum equis, ad ſuos remeant.

Q

CAPVT XIX.

Nuntius ab hoſte miſſus & interceptus, ſupplantatur, ſimulatâ à ſpeculatoribus conſiliorum ſocietate.

Initio ſæculi decimi quinti à Chriſto nato, Bocicautio Genuam adminiſtrante, ſub Carolo ſexto Rege. Auctor L. de vita & rebus geſtis. I. Maingrij Boucicautij.

PRIMI Mediolanenſium ducis Filius Nothus Gabriel Maria, de Piſarum principatu à ſuis dejectus; jus malè tutum, certo pretio Florentinis addixit. Mox ad fratres Mediolanum regreſſus, infami perfidiâ vrbis arcem occupauit; à qua tamen deturbatus, Alexandriam Inſubriæ vrbem deſultoriæ vitæ ſedem, apud inſignem graſſatorem Francicæ rei perinfenſum Facinum Kanum,

Alexandrie de la Paille.

Facin-Kan.

delegit. Donec Facini conſilijs, ficta in æmulum ſimultate, in gratiam redijt cum Genuenſibus & Bocicautio; & publicæ dein fidei præſidio Genuæ ſubſedit, per ſpeciem exigendi à Florentinis reſidua æris aliqua capita. Has inter moras tantùm valuit hominis vafri calliditas, vt copia etiam ei data ſit, equites ex Hetruria in Inſubres tranſmittendi, per vrbem ipſam, octingentos. Spe tam illuſtri fretus, diem præſtituit Facino, vrbis inuadendæ. Admoturus erat hic per Liguriæ teſqua vrbi imminentia pedites ter mille, aliâ viâ equitum duo millia. Vox vna omnium mœnibus ſuccedentium futura erat, quâ Gibellinis benè precati, auxiliaria arma pollicerentur; & erant ad hanc nominis ſocietatem tentati Gibellinorum Genuenſium animi, jam tum à Gabriele intra vrbem; extra rebelles non exiguo numero caſtrum inuaſerant Cromolinum, Thomæ Malaſpinio duce; cuius ſtupore in ſuſpicionem venit conjuratio. Hic enim in obſidione Cromolinenſi, cùm Genuenſis quidam Ciuis væcordem per-

Q ij

fidiam exprobaret; & breuì ad gemonias Genuenſes ducendum diceret, ira exſcandeſcens Thomas. Imò, inquit, ſpondeo ego breuì me Genuæ ſpectaculo fore; ſed rerum potientem, atque adeò *Angelo duce*. Mariam Gabrielem interpretatus ciuis; ambages ſententiæ ad Bocicautium & ſenatum detulit, ad quos nouæ in dies ſuſpiciones afferebantur. Quare deſcripti ſunt Bocicautij juſſu circa vrbem ad aliquot milliaria, conſcio nemine, pręter authores conſilij; frequentes ſpeculatores qui tabellarijs videlicet incubarent. Ex ijs vnus Genua à Gabriele ad Facinum miſſus, per ardua & inuia montium irrepens in ſpeculatores duos incidit, qui dolo tempeſtiuo vſi, ſtricto enſe hominem inceſſunt. Ex cultu ipſo corporis, vt interpretari placebat; Bocicautij partibus addictum queſti, à quo ſe factos extorres à patria dicerent. Hîc mortem deprecaturus tabellarius, arcana omnia profiteri, miſſum ſe dicere ad Kanum Facinum, vel teſte epiſtolâ, quam inſutam calcei ſoleis deferret; poſſe illos in conſor-

tium rei gerendæ, & vrbis potiundæ venire. Differentem liberali pollicitatione proſecuti ſpeculatores, per nota diuortia Genuam reduxêre. Cuius ineluctabili teſtimonio Gabriel manus primò dedit, mox deindè ferro ceruices.

Ænéas in tactico commentario, vult literas has ſoleis credi tabellario inſcio. In profecturi tabellarij ſolum calceorum indatur epiſtola, atque conſuatur, *ipſo inſcio.* Vt autem nihil ſcriptis noceant, neque lutum, neque aquæ, ſcribatur in candido plumbo, quod malleo ad magnam tenuitatem fuerit ductum, ne litterę aquis deleantur. Vbi tabellarius quò oportebat peruenerit, ipſo noctu quieſcente, ſoluat hoſpes ſuturas calceamentorum, poſtquàm litteras exemerit, legerit, alias clàm ſcripſerit, ipſo adhuc dormiente; poſtremò inſuerit, hominem dimittat, exaratis litteris alijs, quas dabit ei palàm ferendas, cap. 31. Ex interpretatione Iſac. Caſaub.

O V I D I V S.

Cum poßit ſolea chartas celare ligatas,
Et vincto blandas ſub pede ferre notas.

CAPVT XX.

Cùm iaculatus eſſet hoſtis incenſos malleolos in nauem, quâ Hervæus vehebatur; hanc ille circumactam obuertit vento, & incendit hoſtiles ferreis vncis detentas.

An.Chr.1513. 10. Aug. Lud.12. Rege Gall. Henr. 8. Brit. Argentræus lib.13. c 66. Paulus Iouius tit. 1. l.11. Mem.Bellayj l 1.

IVLIO Pontifici, Veneto, Hiſpano, Germanoque in Ludouicum duodecimum fœderatis, acceſſit veteri & auito ex more Anglobritannus. Is ingenti claſſe Oceani Gallici oram infeſtis excurſionibus deprædabatur, cùm Præjanes ex Maſſilienſi prouinciâ Nauarchus peritiſſimus, ſuperato Gaditano freto, auſus eſt Ludouici iuſſu & auſpicijs, trire-

mes in Oceanum inducere. Salutari ſanè conſilio, quòd eſt in hoc ſeptimum decimum ſæculum Rupellenſi bello feliciter repetitum. Triremes enim cùm tranquillo mari, ponerent venti, remis incitatæ, grauiora Anglorum nauigia, quaſi in vado hærentia, varijs identidem cladibus atterebant. Quoties verò ſecundis ventorum flatibus præſentior aura claſſi Britannicæ adſpirâſſet, Hervæus Primoguetus Brito, conſtratas naues in hoſtem promouebat. Hinc remis veliſque ſæpiùs acciſus hoſtis, nauium numerum fruſtrà jactauit. Congreſſus omnium acerrimus ad Vidanum Gallicæ Britanniæ portum fuit. Vicenas admodùm naues, in octoginta Britannicas agente Hervæo. Regebat ipſe inſolitæ magnitudinis nauigium, quo in Anglorum claſſem admiſſo latè diſjecta eſt prima acies, demerſis etiam hoſtilium nauium non paucis. Anglus in vna Hervæi naue Gallicæ rei fortunam velificari ratus, aliarum ſingulas ſingulis oppugnat, vnam hanc reliquis omnibus circumſidet. Hervæus contrà in Prætoriam illatus, à deſul- La Cordeliere.

toriâ pugnâ ad ſtatariam hoſtem re-
uocauit: injectis enim ferreis vncis,
cominus experiendi ſibi copiam fecit.
Quo genere certaminis quia belli-
cum robur primas partes obtinet,
probauit abundè Gallicæ fortitudini
parem nullum numerum eſſe. Iam
plures ab Hervæanâ in hoſtis præto-
riam tranſcenderant, & cæſum præto-
rem ſparſerant in fluctus. Cùm ecce
de ſummo carcheſio in Gallicam na-
uem ardentes malleolos multo ſul-
phure & pice illitos, ex improuisò
jaculatur hoſtis. Nec conceptus cele-
riter ignis vlla arte poterat à tabulatis
arceri; quòd aduerſo flatu ventus in-
grueret. Incendij ergo compeſcendi
ſpes depoſita, incendendæ prætoriæ
ſpem excitauit. Obverti proram illi-
cò mandat Hervæus, & circumduci
tantiſper nauigium, dum proſperis
auris reflat in hoſtes ventus. Hinc
ſparſum latè in prætoriam incen-
dium; & illatâ etiam per claſſiarios
materiâ, graſſata eſt in auctorem
peſtis. Vtraque tandem abſumpta eſt
nauis incendio, & tertia item, quæ
ſupetias incenſæ prætoriæ illatura, in

cladis conſortium venit. Ipſe Hervæus ſuperiori de mali ſpecula, & claſſis vtriuſque ſtuporem, & commune incendium contemplatus, permanante jam propiùs igne, in aquas deſiluit; at graui armorum pondere obrutus, fluctibus ceſſit.

HERVÆVS INTER Flammas mergitur.

Merſus in æquoreas Hervæus ab ignibus vndas,
Et Iouis, & magni munia Martis obit.
Sic tonat inter aquas & fulgura Iuppiter; vndis
Sic ſua Threïcius temperat æra Deus.

Narrat Procopius, Beliſarium in Africam nauigantem Panormitanos in Sicilia Gothos ex itinere aggreſſum eſſe, & ad imperata facienda coëgiſſe obſidione, in qua mirificè valuit noua forma pugnandi, cum de ſummis malis lembos appendit plenos ſagittariorum. Ita immiſſis in portum nauibus ſagittarij ex æquo aut ſuperiori loco; præſidiarios pro pinnis curan-

tes, confecêre inſolentiâ rei perterritos. *Lib.1.Hiſt.Goth. vide Timotheum apud Polyænum Lib.3.*

CAPVT XXI.

Robertus Marcianus, modicis copijs, ingentis exercitus ſpeciem prætulit, & Bullionium recepit.

An. Chr. 1552. Henr. II. Rege. Ex Thuano l.10. t.1. p.283.

Robert de la Mark Sieur de Sedan.

REDVX ab Germanica expeditione Henricus eo nomine ſecundus, prçcipuas quaſque Luxemburgenſis agri arces, vrbeſque Gallico nomini reſtituit. Cujus victorijs opportunè vſus Robertus Marcianus, apud Regem enixè contendit partem ſibi aliquam regiarum copiarum attribueret, quibus auitæ ditionis oppidum in vicino ſitum, Bullionium, à quo jam ante annos triginta dejectus erat, ab Carolo Imperatore avus,

reciperet Annuit Marciano Henricus, & peditum quatuor circiter millia, equitum aliquot alas,& majoris molis tormenta quinque ducenda conceſſit Modicus erat,atque vt verè fatear impar occœpto apparatus, niſi Marciani Gallicam audaciam adjuuiſſet auxîliaribus ab arte copijs,domeſticæ & priuâtæ rei ſtudiũ. Fauit induſtriæ, quod obeſſe fortitudini videbatur; Bullionium oppidum infrequens quidem bellorum injuriâ, ſed arce præruptæ rupi impoſitâ munitiſſimum. Ager vndique reſquis perpetuis horridus atque aſperatus, ſaltibus, & depreſſis in vaſtam altitudinem vallibus longè latéque circumcinctus. Hàc ducendus exercitus Marciano plures in turmas diducitur; & per hæc impedita loca traductis ſæpiùs, per ima vallium, colliumque ſumma copijs: ad hæc frequentibus immodico numero tubis, tympaniſque ad ſingulas turmas inter caua montium ac conuallium & nemorum obſtrepentibus. Et iam præter ſpem præſidiariorum in jugum arci, vrbique imminens,ſubuectis muralibus tormen-

tis; modicâ admodum murorum labe primis ex ploſionibus editâ, tantus inuaſit in arcem terror, vt Altoriuius nothus arci præfectus, non exiguarum harum copiarum, ſed regij totius exercitus vim ſuſtinendam arbitratus, vltrò dediturum ſe oppidum paciſceretur, nî triduo Cæſar auxilia ſubmiſiſſet. Confecto tridui ſpatio, in arcem auito iure, & iam nouo repoſitus eſt Robertus. Altoriuius ſecuri percuſſus à Cæſare pœnas ignauiæ dicam, an alienæ ſolertiæ, dedit?

CAPVT XXII.

Eruitur claſſis ab imminenti naufragio, emiſſo de naue accipitre, cujus pedibus innexo funiculo, tractum anchorale, nauem traxit.

Ex hiſt. Melitenſium equitum lib. 6. vol. 2. An. Chriſti 1564. Valetio Pariſotio M. Magiſtro.

VALETIVS Pariſotius Melitenſium equitum Magiſter, ſub

inita, vt iam fama ſparſerat, à Solimanno inuadendæ Melitæ conſilia; vt tyranni mentem auerteret aut moraretur, occupare ſtatuit, capto aliquo Turcicæ ditionis munitiſſimo propugnaculo. Ceſſerat tyranno haud ita nupero ex fœdere, dedentibus Venetis Monembaſia veteri nomine *Epidaurus*, oppidum Laconiæ in ſinu Argolico, & inſula, ſeu veriùs ſcopulus, & mera rupes, præruptis in ambitum trium milliariorum ſaxis, vnico admodùm ponte lapideo continenti admota, vndè & nomen inuenit, quòd vnus illàc aditus eſt ad vrbem, exporrecto, per vnum ferè milliare in orbem, impoſitam vertici; perpetuo muro ſuccinctam, & loci natura penitùs inacceſſam. Spem tamen obtinendæ arcis prolixè fecerat homo Græculus Antonius Rauennas ciuis Monembaſienſis; quòd aſſereret intra rupem ſpelæum eſſe ampliſſimum, & ab eo latentem meatum hiantis, per notos ſibi anfractus rupis, ad ipſos vſque ciuitatis muros; quibus eâ viâ neque ſemel ſubiiſſe ſe diceret. Inſtruitur igitur opportuna conſilio claſſis ex

Malua-ſia.

quinqueremibus duabus vna triremi & Liburnica item. & geminis Myoparonibus, præficitur verò magiſtri nepos Pariſotius & vnà Romegaſius eques celeberrimæ inter hoſtes & noſtros fortitudinis. Conſilium hactenùs vtrique innotum, dum ad Cytheram obiectam Peloponeſo inſulam delati, reſignatis, vt erant iuſſi, litteris, ardui facinoris, ſed generoſi prouinciam impoſitam intellexêre. Tranſgreſſis mox ad aquationem claſſiarijs aliquot, tanta repentè coorta tempeſtas eſt, vt triduum totum verſata ſit in ſcopulo vna omnium ſalus. Liburnica & Myoparones breuibus alliſi, laxatis compagibus in fluctus effudêre vectores, vnus omninò (quamquam lacer alliſu frequenti) in oram decumano fluctu illatus, eodem reſidente, in ſicco deſtitutus eſt. Cæteræ naues crebrâ concuſſatione extrema omnia minitante, iacturam primùm facere; tum ne iactura damno eſſet, grauiore ex ære tormenta rudentibus illigata vtrimque deiicere, vt fundo hærentia modum facerent aliquem inſanæ fluctuationi. Ea;

Cerigo.

dem, vbi poſuiſſet procella, pertrahi poſſent in nauigia. Verùm diſruptis, quamquam erant ſtupenda craſſitudine, rudentibus; depoſitâ communi ſalute cados quiſque aut tabulas arripere, veſtium moras expedire. Donec ſubſidente tantiſper tempeſtate, noua ſpei lux oriri cœpit. Erat in prætoria cicuratus Accipiter, qui nouo generi venationis opportuno conſilio commodatus eſt. Cùm enim proximum littus eſſet, neque tamen intermedium aquarum ſpatium, jacto ſuperari fune poſſet, aut à vectoribus, aut ab ipſis tranſmiſſis antè aquatoribus, ſuorum periculi vt mœſtis, ità ocioſis ſpectatoribus: nouum mouêre funem naufragi. Emiſſus eſt in proximam oram ad ſocios aquatores Accipiter, innexo in pedem alterum geminati ſtaminis lino, tractui nimirùm maris pari prolixitate; huius extremo ſuppar longitudine funiculus ſubnixus, craſſiorem etiam trahebat; hic rudentem; iſte anchorale nouum, duplex, craſſiſſimum. His vinculis ad ſeſe reductis, & rupi ſubnexis, qui ad ſcopulos ſedebant ſocij, ſtitêre præ-

toriam jam pænè fatiſcentem,inſtau-ratâ tempeſtate. Quâ tandem Septembris decimo nono ſedatâ, trajecêre in inſulam vectores,& animos & naues ad nouas ſpes refecêre;bellicis etiam tormentis,quæ in mare depreſſerant, ex aqua ſubductis. Hinc profecti ad duodecimum vltra Monembaſiam milliare,lembos aliquot hoſtiles cepêre. Monembaſiam deindè noctu per pontis anguſtias tutò ingreſſis,& ipſum adeò ſpelæum,vrbem tamen aggreſſione tentare non licuit. Quòd per intenſas tenebras,aut Græcam fidem, latebroſæ intra rupes viæ nanciſci anguſtias non valuit Antonius ille Rauennas. Sub lucem ad naues reditum imperauit Pariſotius. Quibus conſcenſis, ſeptimo tandem Octobris Melitam tenuit.

Monembaſia vel Monobaſia, hodie Maluaſia, *dicitur in ſinu Argolico hodie* Golfo de Napoli,*à præcipua vrbe totius ſinus. Fortè indè* Maluoiſie, *quod genus vini alij ab inſula Chio deducunt à jugo Aruiſio, & vocant Aruiſium & Chium.*

CAP.XXIII.

CAPVT XXIII.

Alueus, quà vadum erat, ad offenſionem, & moram adornatus, aſtu expeditur.

Ex I. C. Bullengero L 2. Aubig. l. 4. t. 1. c. 15. a. 1568. Carolo 9. R.

AVCTVS auxiliaribus copijs à Palatinatu Rheni Condæus, Luteriam versùs ſtatuit actum ducere. Cumque jam per Heduos ad Sequanam ventum eſſet, occurrit cum ſuis Niuernius, fluminis trajectum prohibiturus. Eò per Sequanæ alueum quà eſt illo tractu permeabilis; murices, tribulos, pedicas, ac decipulas, ferreos circulos, & ſublicas plumbo prægrauatas, trabeſque, aculeis, atque vncinis obarmatas, ſparſit frequentes, & perpetuum vadum ſic impediuit, vt præcurſorum primi, qui tentare auſi ſunt, lapſa.

L'Armée de Iean Caſimir fils du Comte Palatin.

Le Duc de Neuers.

bundi & ſaucij plerique, primo ſtatim aditu, hoſti prolixo ludibrio fuerint. Doli genus ſubodoratus Colinius, ſubſiſtere copias jubet, & ad littorale ſalicetum quadringentos è ſclopetarijs collocat, ad proximum verò jugum, campeſtria aliquot tormenta, ad eorum tutelam qui ſuo imperio raſtris incubuere expurgando alueo. Horum operâ, quæ machinæ leuioris molis erant, exemptæ, quæ grauioris, in voragines ſecundo flumine protractæ. Ità liberius vadum ingreſſus, priori loco Schombergius, Italicas cohortes fruſtrà prohibere conatas, aduerſa de ripa fudit, & ſigna militaria duo ad Condæum retulit. Is detractum ſibi torquem aureum, victori in ſingulare audaciæ præmium, in totius exercitus oculis dedit.

CAPVT XXIV.

Proſtratus vulnere miles Gallus, dum à nobili manu abſumi poſcit, euadit necem.

Ex Aubignæo L.5. t.1.c.17. Duplexio in Carolo 9. a. 1569.

ALTERO illo prælio, quo ſectarios iteratò contudit, in Pictonibus Dux Andegauenſium; vbi fuga fuit equitatus, vulnerato Colinio; magna ſtatim ſtrage deletæ ſunt peditum copiæ. Ex perturbatis ordinibus coierant ad ſigna Germanici peditatus ad quatuor millia, Gallici tria, penè in ſpeciem noui exercitus poſt cladem. At regiæ legiones Heluetiorum, veteri æmulatione, aut innato veriùs in Germanos odio; cùm Germanicum hunc peditatum, nudis alarum præſidio lateribus, objectum ſibi felici ſorte ſenſiſſent, in-exhauſto furore deſæuiere;

Bat: de Moncontour.

Lands-kenets.

etiam in eos qui vel abiectis armis, vel editis longè, ſolemnibus ſignis, deditionem facerent. Quin ad Francicos pedites per Germanorum ſtragem, delatus impetus, tertiam ferè partem abſumpſit, reliquas haud dubiè pariter abſumpturus. Niſi Lanienæ huic interceſſiſſet Dux Andegauenſis, illâ paternâ, & decantatiſſimâ voce, *Parcite Francis*. Inde ſparſum per victrices Regiorum copias imperatorium juſſum; parcito Francis, externos cædito. Quæ quidem vox tutelæ fuit non paucis ex rebellium equitatu. Quos inter vnius aſſerta ſalus non indigna eſt poſterorum memoria.

Sauuez les François.

Ducebat is inter anteſignanos hoſtium decuriam equitum: in quos ex acie regia ſuorum quoque decadem admiſit, ipſo ineunte prælio, *Ludouicus* ille *Bertonus*, Crilloni cognomine celeberrimus eques Melitenſis, præfectus deinde prætorianorum. Acerrimè pugnatum eſt vtrimque in oculis vtriuſque exercitus, donec totis hinc inde aciebus vniuerſo prælio conſertæ ſunt manus. Tum verò Crillonus

Crillon Maiſtre-de-Camp du Reg. des Gardes.

medias in hoſtium copias inuectus, ab eodem Decurione vulnus accepit. Enimvero generoſa hîc accenſus iracundia, cùm cęſorem ſuum vltum iret, refugientem intra ſuorum confertos ordines inſectatus eſt. Iamque impacta in mediam loricam haſta hominem humi afflixerat, ſocijs vtrimque latera vaſtantibus, cùm ecce tibi inauditum eſt de venia Francis danda, ſiue juſſione Andegauenſis, ſiue indulgentia. Dejectus eques, illâ in tempore feliciter vſus; quo temporis articulo Crillonus illi infeſto in guttur enſe imminebat, exclamauit; Frācus ego ſum vir generoſe, Francis parcitum vult Imperator. Abſtinuit dextram jam ad ictum elatam Crillonus, heroica ſanè animi moderatione; & ſuſtinuit inuicta fortitudine cruentus ipſe ab hoſte, intactum hoſtem dimittere. Pauculos etiam aliquot è Francis primo illi Heluetiorum furori, de quo ſuprà, ſubduxit Gallicanus equitatus. Quorum vnus ordinum ductor accepto graui, non lethali tamen vulnere, inter acervos cæſorum jacens immoto perſtabat corpore,

ratus ſpecie demortui, poſſe ſe ſpem ferre victuri, cùm eódem ingruentibus manipulis Heluetiorum inde, hinc Francici equitatus cuneo, ægrè in pedes erectus; vnum affatus è turmalibus, aureis inſignem armis, & ſuum ipſe gladium à capulo porrigens; tua lubet inquit vir generoſe non illorum dextera. Tantæ conſtantiæ, pari fortitudine vita conceſſa.
Sainte Lieyrade. Viro cognomentum erat à ſanctâ liberatâ.

CAPVT XXV.

Contrarij exercitus, ſpecie numeroſiorum copiarum, illudunt inuicem, & illuduntur.

Thuanus t.2.l.44. Aubignæus.l.7.t.1.

Henry Duc d'Anjou. TERTIO in ſectarios Caluiniſtas bello, Dux Andegauenſium, Imperator à Rege Fratre dictus; cùm Pictauis in hoſtem

duceret; pręcurſoriæ turmę vtriuſque exercitus, in priore ſtatione petendâ, mutuis velitationibus, non magis quàm dolis mutuis, concertauere, medium quoddam ad oppidum. Primò quidem Regiorum manus hoſti longè impar, haud difficulter oppido prohibita eſt, Colinio præſertim ſuos agente: at vbi ſuperuentu octingentorum equitum, Martiguio ductore, aucti ſunt Regij; timere cœpit infrequentiæ ſuorum Colinius; primam hanc eſſe regiorum aciem ratus, quam nempe haud procul cæteræ copiæ inſequerentur. Ceſſim igitur retrò ſuos agere in proximum collem, vbi caſtris locum capit, equitatu in verticis planitie collocato, ad decliuiora loca, hinc inde peditatu; tam diffuſa caſtrorum metatione, atque ordinum fronte, vt ſuſpicari facilè hoſtis poſſet, Condæanorum exercitum adeſſe vniuerſum. Repreſſit hæc ſpecies regiorum animos: & graui deinde metu ſollicitos habuit inſequenti nocte: cui modum fecit Martiguius parem hoſti ſpeciem commentus. Igniarios funes accenſos per proximas ſepes, longè

A Pamprou.

L'Amiral de Coligny.

Sebaſtien de Luxēbourg Vic. de Martigues.

ratus ſpecie demortui, poſſe ſe ſpem ferre victuri, cùm eódem ingruentibus manipulis Heluetiorum inde, hinc Francici equitatus cuneo, ægrè in pedes erectus; vnum affatus è turmalibus, aureis inſignem armis, & ſuum ipſe gladium à capulo porrigens; tua lubet inquit vir generoſe non illorum dextera. Tantæ conſtantiæ, pari fortitudine vita conceſſa. Viro cognomentum erat à ſanctâ liberatâ.

Sainte Lieyrade.

CAPVT XXV.

Contrarij exercitus, ſpecie numeroſiorum copiarum, illudunt inuicem, & illuduntur.

Thuanus t.2.l.44. Aubignæus.l.7.t.1.

Henry Duc d'Anjou.

TERTIO in ſectarios Caluiniſtas bello, Dux Andegauenſium, Imperator à Rege Fratre dictus; cùm Pictauis in hoſtem

duceret; prçcurſoriæ turmç vtriuſque exercitus, in priore ſtatione petendâ, mutuis velitationibus, non magis quàm dolis mutuis, concertauere, medium quoddam ad oppidum. Primò quidem Regiorum manus hoſti longè impar, haud difficulter oppido prohibita eſt, Colinio præſertim ſuos agente: at vbi ſuperuentu octingentorum equitum, Martiguio ductore, aucti ſunt Regij; timere cœpit infrequentiæ ſuorum Colinius; primam hanc eſſe regiorum aciem ratus, quam nempe haud procul cæteræ copiæ inſequerentur. Ceſſim igitur retrò ſuos agere in proximum collem, vbi caſtris locum capit, equitatu in verticis planitie collocato, ad decliuiora loca, hinc inde peditatu; tam diffuſa caſtrorum metatione, atque ordinum fronte, vt ſuſpicari facilè hoſtis poſſet, Condæanorum exercitum adeſſe vniuerſum. Repreſſit hæc ſpecies regiorum animos: & graui deinde metu ſollicitos habuit inſequenti nocte: cui modum fecit Martiguius parem hoſti ſpeciem commentus. Igniarios funes accenſos per proximas ſepes, longè

A Pamprou.

L'Amiral de Coliny.

Sebaſtien de Luxẽbourg Vic. de Martigues.

lateque digerit frequentiſſimos ; ac tympana etiam ingenti numero,Hel- ueticum in morem quati jubet, tam compoſitâ ſanè induſtriâ; vt licet ante priorem vigiliam coaluerint ſectario- rum vniuerſæ copiæ, aggreſſione ta- men abſtinuerint,dùm intendentibus jam ſeſe tenebris, tuto ſeceſſu regiæ dilapſæ,reliquarum numero protectę

Bataille de Iarnac.

ſunt, donec ad Iarnacenſes campos, illuſtri victoria potitus eſt Andega- uenſis.

CAPVT XXVI.

Ex Poloniâ fugam initurus Henricus tertius, conclauis regij arcas ſilice, & plumbo impleuit, vt ſpecies theſauri moraretur inſequendi con- ſilium.

Anno Chriſti 1574.

NOvvm militiæ genus eſt,artem quærere abdicandi regni.Hen-

ricus Valeſius quinto menſe ab ſua in Regem Poloniæ inauguratione, certior factus de fratris Caroli Francorum Regis immaturo deceſſu, ſtatuit ſecum extemplò, deſerto Polonorum regno, ad auitum remigrare: & quòd obniti Poloniæ ordines ſatis intelligeret, clandeſtinam fugam meditatus, oculis Polonorum & mentibus illuſit arte multiplici. Indixit imprimis optimi fratris parentalibus funebrem pompam celeberrimam, in Iunij menſis octauum decimum diem Ipſe intereà & comitatus, veſtem lugubrem, purpuram de more Ianthinam induit; ſtrata ex ejuſdem coloris panno regia vniuerſa. Bellievrium Caroli apud ſe oratorem: defuncto rege jam legatione ſua functum, & honeſtam miſſionem petentem, publico conſilio in Gallias remittendi ſpecie, adornare juſſit rem veredariam toto in Auſtriam itinere, ſocios Bellievrio adjecit Fajolum & Arderium, illum fraternæ mortis nuntium mater Catharina Medicæa tranſmiſerat. Eumdem ipſe ad Maximilianum Imperatorem legat, qui facultatem

Menſe Februario Rex inunctus: Iunij abſceſſit 18.

Bellievre.

peteret liberè commeandi per Auſtriam, & aſſereret, non diſceſſurum priùs regem quàm fide publica liceret. Tamen anteuertit Henricus, ne quas ſibi moras Imperator apud Polonos moliretur. Arderio verò regiam gazam & gemmeam ſuppellectilem avehendam conceſſit, cujus excurrebat pretium ad ter centena & vltra aureorum millia. His ita compoſitis, illuni nocte, quæ fortè juſtis fraternis præſtitutam diem anteceſſit; pſeudothyro egreſſus, aliena in veſte, & vultum in tranſuerſum faſciâ ſuccinctus, quadraginta, & eò ampliùs milliaria vno equo confecit, & Pieſnam Auſtriç ſub Polonicæ ditionis fines delatus, vltra etiam, rogante arcis præfecto, progreſſus eſt, veredis recentibus in ſubſidium à Bellievrio comparatis. Sub lucem vulgatâ Regis fugâ, coiuit in regiam Senatus, & quamquam prægreſſis ſuſpicionibus, abſentia Regis fidem faceret, librauit tantiſper, initam de via retrahendi ſententiam; quòd arca regia interioris conclauis, & obſerata & pondere prægrauis, incertos conſilij traheret. Hanc,

detracta Regis gaza, ſolerter exaggeràuerat, Arderius, ferro, plumbo, ſilice Quæ tandem fraus, vbi eſt à Senatoribus deprehenſa, curriculò juſſus eſt Tanskius Comes cum delecta equitum ala profugientem inſequi, & ad regnum reuocare. Neque is deſiderari partes ſuas in celerando paſſus eſt; quem tamen jam de proximo imminentem, aſtu moratus Henricus, materia ſublicij pontis in profluentem per ſuos abjecta, dum præcurrit ipſe cum paucis; & Tanskio vadum inquirenti, tantùm moræ facit, quantùm ſatis fuit ad Auſtriæ ditionem antè pertingendam, quàm aſſequi ſe Poloni poſſent.

Non abſimili dolo Henricus Angliæ Rex anno ſalutis humanæ 1223. *arcas plures ſilice & furfure ſuffertas, ad Xantonum, Pictonumque ſtipendia tranſmiſit, vt ſpecie parati ſtipendij contineret in fide, ſed reſeratis per ſeditionem militarem arcis, res Britannica fœdè lacerata eſt, pleriſque omnibus ad Francos deficientibus.*

CAPVT XXVII.

Henricus quartus, ſicario inſidianti, callidè equum detrahit.

Ex Aubignæo L.3.c.12.t.2. & alijs. An. 1587.

SVB illud tempus, quo militarem apparatum tacitè adornabat Henricus Nauarræorum princeps, ad munitiſſimum ea ætate oppidum Garumnę adſitum, Marmandam, ex inſidijs occupandum; extemporaneæ ſolertiæ facinus edidit memoria poſteritatis digniſſimum. Atque vtinam ſuppari porrò ſui tuendi cura, Rex deinde Francorum & pater, immane ille parricidium, & caſum ſęculis omnibus lugendum auertiſſet. Acceperat Henricus certis nuncijs, delectu habito à Melono quodam copias ſibi non contemnendas adduci. Iis ille luſtrandis condixit proxi-

Le Sieur de Melon.

mum in oppidum, quò ſequenti proximè die aditurum ſe citatis equis, palam recepit, & Melono renunciari juſſit. Erat Henrico in more poſitum equos humilioris ſtaturæ non infrequentes alere, his hujuſmodi accelerandæ rei articulis opportunos. Quorum operâ antelucanâ vſus; vix adulta die, medium iter properatò confecit, aſſeclis admodum tribus; cùm incidit in ſolitarium equitem, militari, atque inſigni equo vehentem. Subit ex tempore indicij, quo de princeps paulò antè monitus fuerat, equum forma & robore præſtantem aureis ſexcentis emptum, ſicario cuidam traditum eſſe. Hîc latera ſcilicet ſeruare principis comites, obſeruare nutus ignoti hominis; At Henricus hilari vultu rogare, ecquid ſuppari robore & generoſitate, formę reſponderet equus? Vbi annuit, ſibi pertentandum tradi petit. Hæſit hîc non recto vultu nefarius prædo, ægreque ſeſe ex equo duxit, quem vbi Henricus conſcendit; ephippialem ſclopulum explorauit, eumque dejecta igniaria machina rotulæ hærere compertum, in auras

ſtupente graſſatore diſploſit. Moxque admiſſum equum non antè cohibuit, quàm præſtitutum pridie locum attigit. Singularis tamen humanitatis fuit, atque vt fatear, minùs opportunæ, quòd equum remiſerit; monito dumtaxat Melono vt hominem dubiæ fidei ex ſuorum albo deleret. Quoniam habita mentio eſt Marmandenſium inſidiarum, militaris ſolertiæ intereſſe videtur, memoriæ tradere, quod vix alibi notes, ſortis abludentis inter hoſtes alternatum commercium. Cùm enim detectis inſidijs effuſi eſſent oppidani, ac præſidiarij, & tumuloſis locis increparent vtrimque tubæ, cogerentque ad ſigna; creditum eſt in vtriſque caſtris equitatu hoſtem carere, ſtrepitum verò illum qui audiretur, tubarum eſſe inter juga reciprocantium ſonos. Ità paratis hinc inde ad equeſtrem pugnam, cùm comparatis vtrimque res fuit, vtroque equitatu, cum peditatu rem ſibi tantùm fore rato.

CAPVT XXVIII.

Campellus Cotracenſi pugnâ vexillo ſeſe circumvolvit, ne viuenti ſibi ſignum eriperetur.

Anno Chriſti 1587. Oct.

NOBILIS eſt Campellorum familia in Nouem-populis; ex qua fratrum ſeptem natu minimus, auitam gloriam nouo, & inſigni facinore cumulatam, tranſmiſit ad poſteros Cotracenſi prælio. Merebat inter Catholicos duce Ioyeuſio Centuriæ ſignifer adoleſcens, virili prorsùs fortitudine, & victis partibus inuictâ. Cùm enim infinitâ ſtrage Nauarræi hoſtes deſæuirent, ſtatuit è vitâ priùs quàm de dignitate, aut de ſigno decedere. Et effecit generoſa virtus, etiam quod animo non præceperat; vt ne vitâ quidem exutus, dignitatis inſigne deponeret. Cæſis

La Maiſon de Champeils.

enim latè ſuis & vndique in aceruos cadentibus, immotus ſtetit, dum lethali accepto vulnere corpus involvit militari vexillo, circumegitque circa haſtile, quod magna prius vi penitus in terram defixerat. Hîc fixo veſtigio inhærens; aggeſtu, deindè cadauerum ſociorum, etiam poſt necem immotus perſtitit.

CAPVT XXIX.

Cliſſonus Aremoricus ſignifer cohortis primariæ, prælio Friburgenſi, ad ſtationem hoſtium prior ſubit, & læthaliter illic confixus, corpus ſibi vexillo obuelat.

Ex Relatione eorum qui præſentes aderant.

ALTERVM quod hîc conſigno litteris, etiam recentiùs contigit, anno voluentis ſeculi quarto ſupra

ſupra quadrageſimum ; præclarum illud quidem Gallicanæ fortitudinis exemplum. Obſidentibus Bauaris inſeſſum Gallicis præſidijs Friburgum Briſigauorum; ſuppetias obſeſſis parauere Galli. Verùm, præceperant longè , latéque vias omnes multo milite Bauari. Syluam imprimis, quà erat neceſſariò noſtris iter inſtituendum, ſemicæſis arborum truncis, afflictiſque humi ; virgultis item, ac ramalibus obſepſerant vniuerſam. Prærupta verò quæque loca frequentibus ſtationibus firmarant: excitatis etiam ex materia, & ceſpite crebris ad repugnandum propugnaculis. Horum vnum cùm præcurſoriæ Francorum copiæ aggrediendum ſuſcepiſſent; princeps earum ſignifer, nobilis ex Aremorica Britannia Cliſſonus, vix tum ad prima ſtipendia deſcriptus; ne quis anteſignanus ſuæ ſibi gloriæ anteuerteret, priori loco inter hoſtium tela conſcendit intrepidus. Eò loci nouis hinc inde inſultibus appetitus, ac vulneribus conciſus, quicquid cruento, virium ſupererat collegit, & haſtile ſolo infixit penitiſſimè:

Friberg en Briſgau en Allemagne.

at corpus ipſe ſuum tot locis confixum, vexilli ſerico velo inuoluit. Itaque ſuccedentibus noſtrorum globis, poſt longam ſanè pugnam, ſtans adhuc, & quaſi nitens recto ad haſtile & murum corpore, quamquam exanimis, deprehenſus eſt pugno etiamtum vtroque ſignum complecti; miro & hoſtium & noſtrorum omnium ſtupore.

Oliuier du Cliſſon Conneſtable.

Dignus certè adoleſcens illuſtri familiæ ſuæ cognomine; quod olim magnus ille Oliuerius Cliſſonus Aremoricus, Gallicæ vtriuſque militiæ Magiſter tantoperè nobilitauit. Quo ex genere an noſter hic Brito duceret originem, haud mihi quidem ſatis compertum. Suadet patria, ſuadet nomen; ſed imprimis cognata virtus. Quæ dum artis militaris prima ponit rudimenta, conſummatæ ſpecimen edidit, & ſignum tulit.

CAPVT XXX.

FRANCICVS CYNÆGIRVS.

Vexillarij Franci, manus ſibi ſuccidi, & vitam eripi, quam ſigna integris, & viuentibus malunt.

Ex Albignæo, Thuano, & alijs.

QVOD olim Cynægirus Atheñienſis, in Marathonio Græcorum contra Perſas certamine, feciſſe traditur; id ſeculo ſuperiori præſtitere de noſtris plures. Per ea funeſtiſſima tempora, quibus rebelles ſectarij toto regno volitabant; partem regiarum in illos copiarum ducebat in Pictonibus Pigaillardus vir ſtrenuus & celebris. Hujus auſpicijs vexillarius, juuenis ille quidem, ſed ſupra ætatem robuſtæ fortitudinis, cùm agmini ſuo præiret, ingruentium hoſtium turmis obrutus eſt, inſultu repentino. Cumque illi vexillum de Pu'gaillard en Po.ctou.

manibus eripere hoſtes ſatagerent, complexus vtraque manu haſtile, viuenti ſibi ereptum iri negauit obnixiſſimè. Reluctanti, cæſa dextera eſt acinace: nec ille deſtitit ſiniſtra complecti: qua item præciſa, cubitos, & bracchia admouit, & tibias & dentes. Nec antè ſignum ereptum eſt, quàm plagis confixus interijt, inter hos militaris gloriæ complexus, & in ſinu laudis nunquam intermorituræ.

Huic ſuppar adoleſcenti dicendus eſſet, & hac etiam parte fortunatior alter, quod eius eſt in vulgus, & ſeculorum memoriam propagatum nomen: gloria, inquam, Suppar Mehierus è nobili inter Volcas Arecomicos familia, niſi cauſæ fœditas veræ fortitudinis decus corrupiſſet. Rectè enim magnus Orator dum virtutum officia perſequitur, *ea*, inquit, *animi elatio, quæ cernitur in periculis, & laboribus, ſi iuſtitia vacat, in vitio eſt*. Atque etiam hîc exclamare lubet, cum viro eloquenti ſeculi noſtri, dum duellorum immanem furorem perſequitur; *heu quantas opes in malam cauſam perdidit fortitudo*! Mehierus ergo Monconto-

Le bas Languedoc.

L.1.Offic.

Rho, de virtutum exemplis.

riano prælio inter perduelles ſignifer, & manus ſibi ambas, & cubitos ſuccidi priùs, & vitam demum euitari, quàm abſtrahi ſignũ ſuſtinuit. Dignus ſanè immortalitate adoleſcẽs, ſi quàm fecit pro impia cauſa generosè, tam feciſſet in patriam piè. Factum æmulabuntur poſteri, & conſanguinei; ſed patriæ, ſed principi, ſed ſacris addicti, domeſticum robur veræ gloriæ impendent. Eò nomen eius memoriæ commendamus, & ſicubi hujus operis prçclara ſectariorum aut rebellium facinora narranda ſuſcipimus.

Nec verò tacendum mihi hoc loco perſimile facinus nobilis vexillarij apud Delphinates. Anno ſeculi hujus viceſimo ſecundo Poſinium oppidum ad oràm Rhodani obſedit Magiſter equitum Franciſcus Bonnæus Diguerius. Erat in præſidio actarum vinearum adoleſcens ſignifer cum ſuis Monchalinus è Balmarũ familia, tùm cùm eruptio ab obſeſſis omnium grauiſſima ſuſcepta eſt. Cæſis pleriſque ſubſignanis, ſtetit imperterritus Monchalinus, & vexilli crucem oſculatus; hæc verò, inquit, Chriſtianum mihi

Le Pouzin.

Monchalin de la Maiſon de la Baume-d'Oſtun.

parat ſudarium. Tum innodatum circa pectus implicat; haſtile manu altera acriter retinet, altera enſem; inuictumque ſemper robur pluribus ſibi ictibus & plagis pugnum, digitoſque lacerantibus oppoſuit: donec à proximæ ſtationis præſidiarijs abſolutus eſt. Antè tamen carpus ei abſciſſus læui brachij, quo reciſo, dexteram admouit manum imperterritus.

Videl in vita Digueri.

CAPVT XXXI.

Inuectus in hoſtis victoris ducem Sanlucius, cùm eum ex equo haſtâ dejeciſſet, dejecto ipſe ſe dedidit, & priuatam ſuam cladem auertit.

Anno Chr. 1587. Henrico 3. R. ſub Octobrem deſinentem.

CVTRASIVM oppidum eſt in Petrocoriorum finibus ad Elæ dexteram altero ferè ſtadio ſitum, ciuili ſanguine ſeculo ſuperiori

L'Iſle F.

nobile. Illic caſtris locum ceperant Henrici, Nauarrus, & Condæus; copias fluuium trajecturi; eo nimirùm conſilio vt ſubeuntibus Germanorum auxilijs obuiam irent, & vnà dignitatem aſſererent, pontificio anathemate de hereditario in regnum jure dejecti. In eos ex aduerſo ad læuam Elæ ripam, altero tantò majores copias objecerat Ioyeuſius, quas in aciem ad oram fluminis deſcriptas; neque altero, tertiove die aggrediendas putauit Nauarrus, vt diuturniori labore defatigatas facillimè deinde frangeret. Ipſe ſuos liberali annonâ recreare, vigilijs parcè, parcè militiæ grauioris laboribus addicere, intra caſtra & vallum tutò continere. Quarto demum die pugnę copiam & liberè ad ſe tranſmeandi Ioyeuſio petenti poteſtatem fecit. Vt ſcires jam tum vter victoris partes & nomen præriperet, qui gratiam pugnæ faceret, an qui peteret, qui facultatem in ſe ſuoſque traijciendi daret; an qui prohibere contenderet. Henrici conſilium cis fluuium hærendi, cæſo duce victoria comprobauit. Quam tamen ambi-

tioſiùs deſcribere, neque operæ hujus eſt nec inſtituti. Vnum eſt quod de Sanlucio traditur facinus omnium auctorum monumentis digniſſimum. Erat Sanlucius munitiſſimæ arci in Xantonum tractu præfectus. Hinc varijs diu noctuque incurſionibus Condæi Principis itinera infeſtus obtinebat; hinc caſtris hoſtilibus, hinc Præſidijs, & hinc ſocijs imminebat; arte modò, modò marte. Natum eſt à virtute odium. Habet enim terminos ſuos admirationis & amoris bellica in hoſte fortitudo; citra grauiora damna diligitur, & ſplendet; atrociùs ſi noceat, horrori eſt. Hac odij publicâ causâ, priuatam ſimultatem augebat in Sanlucium Condæus. Nec verò ſpes ſalutis vlla ſupereſſe Sanlucio poterat, apud infenſum Principem victis partibus; ſi minor ſummâ, generoſitas vtriuſque fuiſſet. Alam ducebat eo in prælio Sanlucius: & quamuis inclinato altero cornu, inuictam tamen, per hoſtium cuneos trahebat. Verùm vbi ſociorum fuga fuit; intrepidum agmen ipſe in Condæi turmam immiſit. Hunc argenteo

Brugicorio, *Brouage.*

armorum cultu conſpicuum infeſtâ haſtâ Sanlucius petit; tam felici quidem impreſſione, vt Principem equo dejectum humi afflixerit. Aduolat illico Sanlucius in pedes; galeâ, armiſque depoſitis venerabundus jacenti manus dedit; eique deditionem vltro fecit, quem erat captiuum abducturus; ſi publica clades priuatam ſortem non corrupiſſet. Hîc generoſus Princeps, ſi ſæculi mores eximas, omnibus regijs & priuatis virtutibus inſignis, victum victorem depoſitis ex tempore ſimultatibus perhumaniter excepit, & ſumma impoſterum beneuolentia proſecutus eſt. Vter quæſo, fortiùs fecit? meritò ambigis.

CAPVT XXXII.

In triclinariam corbem incluſus Comes Sueſſionenſis, euadit ad ſuos.

Ex Thuano l. 96. Henrico 4. R. a. 1589.

TVRBVLENTISSIMIS illis temporibus, quæ Guiſij necem Henry de Lorraine.

excepere, miſſus eſt ab Henrico tertio in Armoricam Britanniam, Comes Sueſſionenſis, cum exiguis tantùm copijs; quòd majores ex eadem Prouincia, cùm primùm eſſet ingreſſus coituræ ad eum ſperarentur. Antè tamen oppreſſus eſt à Mercuriano, quàm juſtis copijs exercitum cogeret: longum enim iter emenſus, ne in hoſtes incurreret, coactus eſt defatigato militi ſtatiua collocare ad Caſtrum-Gironis, locum à Condate Redonum vix trium horarum itinere diſſitum. Neque verò leui errato, Lauerdino caſtrorum Præfecto in arce hoſpitium deſignauit, ſibi intra nunicipium arci ſubjectum. Vbi ſub veſperam ab hoſtibus circumuentus, ipſis in ædibus vrbanis, cum omni ſe telorum genere diu conatus eſſet ſummâ pertinaciâ defendere; poſtremò tandem admoto circum ædes igne: fruſtra auxiliares copias ex arce inducente Lauerdino, captus eſt, & ad Mercurianum abductus. A quo, vt addecebat honorificè quidem habitus, properatò tamen in arcem Nannetenſem, & cuſtodiam, tranſ-

Le Comte de Soiſſons.

Le Duc de Mercœur.

Rennes en Bretagne.

Nantes.

miſſus eſt. Vnde non diu pòſt, hac ſe arte ſubduxit. Simulato morbo, intra conclaue interius curari voluit, etiam cùm ad menſam accumberet, ſemotis arbitris; & ſatellitio intra aulam hærente. Exportabantur ſolemni apud Magnates de more, cœnæ analecta, lances & fercula, majores intra corbes obuoluta mantilibus. In vnum ex ijs longiorem illum, capacioremque, Lancium vice contractis membris immiſſus Sueſſionenſis, lineaque ſuppellectile obtectus, à famulis per medias ſtationes extra arcem, nemine vno doli quippiam ſuſpicante, tutum in locum exportatus eſt.

CAPVT XXXIII.

E Genuenſi cuſtodia exportatur captiuus nobilis intra Sportam.

Ex Vidello, Duplexio, & alijs probatæ fidei teſtibus.

NON diſſimili dolo Genuenſibus illuſit Cremellus Grangæus Le Sieur de Cremeaulx la Grange.

Lugdunenſis, caſtrorum Præfectus, tum cùm expeditio militaris ſuſcepta eſt in Ligures maritimos à Magiſtro vtriuſque apud Gallos militiæ Diguerio, ſeculi voluentis anno quinto & viceſimo. Ipſo in hoſticum ingreſſu, priore in acie ordines ducebat Grangæus; hæſit idem in poſtremis ordinibus, vt ſolent generoſiſſimi quique, in regreſſu. Ingruentibus igitur non ferendo numero hoſtibus, deuénit ille in Genuenſium manus ac poteſtatem, dum ſocios ſecuriùs præmittere ſatageret. Abductus Genuam, tutæ cuſtodiæ, non illiberali tamen concreditur. In ea biennium egit integrum, quòd illius commutatione, captiuum apud noſtros virum alium primarium repeterent Genuenſes, apud quos erat ille flagrantiſſimæ gratiæ. At qui eum ceperant Galli, precium libertatis obſtinatiùs poſcerent. Per eas altercantium moras, vt captiuitatis moleſtiam leuaret Grangæus literis & ingenio præpollens, nobilium, & literatorum conſuetudinem ambiuit, obtinuítque; pluribus ad ſeſe frequenrer itantibus. Quorum

Le Conneſtable de Leſdiguieres.

vnus, cui nubilis vnica filia erat, aſſe-rendæ libertati viam confecit, ſingulari ſolertia, & ductu ejuſdemmet virginis. Poſt initam arctiùs ex frequenti colloquio amicitiam, inſinuauit captiuus noſter ciui amico, eſſe ſe priori matrimonio ſolutum morte conjugis, ac poſſe precium dotale libertatis, nouo conjugio rependere. Annuit enimvero ciuis; & vt tutò res exitum inueniret, inter eos conuentum eſt, vt ejuſdem ciuis è domo, quidquid ad ſuppellectilem lineam & triclinariam expediendam pertinet, & ad omnes etiam ciborum apparatus, id ſingulos in dies exhiberetur. Ità fluxere aliquot per hæc libera commercia hebdomades, quibus ciuis rei domeſticæ immobilium bonorum clancularia diſtractione conſuluit, vt tutam ſibi, filiæque fugam expediret. Commeabat ferè quotidie in carcerem virgo, & fercula pro magnatum more in ampla corbe deferri curabat, deducebatque ipſamet ſubinde, ac domum reducebat. Vbi intellexit Grangæus conſuetudine quotidiana victam curam eſſe cuſtodum, nec

ſolere illos ampliùs ſcrutari quæ afferrentur, Sportarum earumdem ope vtendum denique ſibi in animum induxit, agente eadem, & adminiſtra virgine. Quamquam enim non nihil tentata Grangęi valetudo eſſet, recurrente identidem febricula; hæc tamen ipſa perbellè ceſſit. Comparato in conſequentem Kalendarũ Ianuarij menſis diem nauigio, per eumdem amicum ciuem & fugæ conſortem futurum; in idem tempus conuiuium alijs aliquot ciuibus, & cuſtodiæ præfectis, ac militibus indixit liberaliter. Accubuit ipſe & conuiuali hilaritate, ſtuduit animos eorum ſoluere, & elidere ſolertiã. Sub poſteriora fercula, finxit repentino ſe œſtu tentari prioris febris: vetuit tamen interpellari epulas; imò ſi ſe amarent conuiuæ, liberaliùs valetudini ſuæ frequentioribus poculis bene precari. Bona eorum venia abſceſſit in cubiculum, & in ipſum adeò cubile, exutis veſtibus impoſitiſque vt ſolet ſtratæ menſæ. Occluſæ illico feneſtræ, hiante tantùm ad malignam lucem, commiſſurâ. Digreſſis deinde conuiuis ſoda-

libus, analecta pro more in conclaue exportata intra corbem, qua celeriter exhauſta, ipſe vix tunicatus ineſrtus eſt, ægrè quidem, ſed coactis videlicet artubus; vt erat mediocri ſtatura, & corpore gracili, in loculum non penitùs inæqualem. Sic foras elatus à famulis, in ciuis primùm ædes, deinde per poſticum ad Genuenſem portum, & in paratam onerariam impoſitus, vnà cum ciue & virgine filia, vela fecit, & Gallicam oram antè tenuit, quàm deprehendi dolus potuit. Antè certè quàm aſſequi comperto dolo ſubmiſſæ à Magiſtratibus naues potuerint. Ità enim adornatum erat ad fraudem conclaue, vt præter veſtium apparatum pluteo propalam impoſitarum; ipſo in cubili ægri ſpectrum jacentis, & calanticati, ingredientium, & reductis velis obſeruantium oculos detineret. Quo factum eſt, vt ante intempeſtam noctem, quo tempore recenſeri captiui ſolebant, detegi fallacia non valuerit. Redux feliciter in patriam Grangæus, fidem abundè liberauit, ductâ in matrimonium eadem virgine. Ex

qua etiam numeroſam ſobolem ſuſcepit.

CAPVT XXXIV.

Sangemmius vulneratum Imperatorem, & confoſſo equo abjectum, in ſuum imponit; ipſe caudâ apprehenſâ, de conferta hoſtium multitudine incolumis euadit.

Anno Chriſti 1593.

Le Sieur de Malicorne, & de la Trimoüille.

Le Comte de Briſſac Gouuernenr de Poictiers.

CASTRAMETATIS ad Auguſtoritum Malicornio Pictonum Prætore & Trimolio Toarſij Duce; curriculò aduolauit obſeſſis ſuppetias allaturus vrbi præfectus Briſſacus. Hinc crebris in caſtra impreſſionibus vexatum hoſtem, ad obſidionem ſoluendam compulit. Quamquam ex poſtremâ eruptione grauiter læſo, nihil propius factum eſt, quàm vt hoſti victo, prædæ loco cederet

cederet victoris corpus. Eruperat Briſſacus majori quàm anteà & numero, & ſuorum impetu, in decretoriam quaſi pugnam. Hoſtis item hîc abdicata ſpe omni ciuitatis expugnandæ, jam conuaſandi certus, ſparſas per vrbis ambitum copias in vnam aciem coëgit & Briſſaci turmam involuit. Nuſquam generoſiùs pugnatum. Adempto enim præ ingruentium turbâ miſſilium vſu, manu pedéque conſertis, res gladio dumtaxat tranſacta. Hærebat Briſſaci lateri comes indiuiduus generoſus adoleſcens annos vix natus ſexdecim Sangemmius. Ille vbi ſuffoſſo equo ſtratum vidit, & jam tribus ſaucium vulneribus Briſſacum, in pedes abjectus, Imperatorem in equum ſuſtulit. Ipſe caudam vtraque manu complexus, è conferto cæſorum partim, partim ſauciorum aceruo, & infinito hoſtium agmine, generoſo militaris equi niſu, ſibi vnà & Briſſaco regreſſum ad ſuos explicuit. Le Sieur de Sainte Gemme.

CAPVT XXXV.

Dux Nemoroſius carcere detentus, detonſum ſerui capillitium, & barbam induit, & cuſtodiam feſellit.

Anno Chriſti 1594. Thuanus.

FINES neſcit ambitio, quia per omnia vagata, omnia ambit & complectitur. Ferrea ætate ſeculi ſuperioris, regebat Dux Nemoroſius præfecti nomine, Caroli Meduani ex matre fratris legatus, Galliæ prouincias quatuor Lugdunenſes, Seguſianos, Aruernos, Baujouienſes, vno pariter imperio. Piguit tamen addictæ quaſi, & obnoxiæ dignitatis, regia quæque ambientem. Ergo & alias ampliſſimæ præfecturæ circumjectas prouincias duas: Allobrogas, alioſque vt fidei ſuæ optimo ſcilicet jure addiceret, opportunum imprimis tam audaci Conſilio ſtatuit eſſe, ablegata omni fratris authoritate,

Monſieur de Nemours, Frere vterin de Monſieur du Maine.

duas in Lugdunenſium ciuitate arces excitare. Vt tutâ hinc ſede, cætera facilè adminiſtraret. Lugdunenſes, ſiue Meduani opera & juſſu; ſiue ſuo ductu & auſpicijs; imminentem auerſati ſeruitutem, Nemoroſium incautum armatâ vrbanâ Ciuium manu, occupant, & Cuſtodiæ tradendum, in caſtrum illud quod ad Ararim præruptæ rupi impoſitum ab loco ipſo *inciſa petra* nomen habet, includunt. Pierre-Enciſe. Erat in captiui familiâ ſeruus Domini amantiſſimus. Is vbi primùm captus eſt Nemoroſius, ſanctè per ſacra omnia deierarat intonſo ſe capite, & mento, Domini libertatem præſtolaturum. Captus eſt à 1593. Itaque plures jam in menſes extractâ cuſtodiâ, ſyluеſcebat immensùm vtrumque capillitium, cujus inſolens vltra modum vbertas, & luxuries, vt erat militarium cachinnorum ſeges ampliſſima, ità nouo dolo funem fecit, quem vt traheret extremum, qui cæteros omnes fruſtrà mouerat Nemoroſius.

Decipit ille.
Cuſtodes; non ære domat ſed corpore ſano. Iuuen. Sat. 6.
Aduocat Archigenem.

Egére ſe aſſerit catharticis. Traduntur in craſtinum in antelucana Pharmaca de more catapotia. Digreſſis verò & medico & cuſtodibus, de primâ ſtatim nocte tonſores inuicem agunt, herus & famulus; ſervi capillamento conficitur, & ſubdititia cæſaries, & exemptilis barba. Hac vtraque, & tota famulari veſte in merum ſeruum deturpatus Nemoroſius, per ſpeciem ſeruilis operæ, láſanum auerſo, vt ſit, vultu efferens de conclaui matutinus egreditur; nihil morante tam ſordidum miniſterium ſatellitio. Neque verò quiſquam vnus tam emunctæ naris fuit, cui grauiùs ſuboleret dolus, quàm ſolet ex vſu quotidiano ægrotorum cura; præſertim cùm ſeruus Duci à cubiculo, efferre aliquid hujuſmodi fœtidæ ſupellectilis ſoleret. Ita triplicis cuſtodiæ ſolertiam eluſit, & proxima mœnia tranſgreſſus parato ad pomœria equo, Viennam euaſit ad ſuos.

Ex Hiſtoria Thuani.

NEMOROSIVS ingenio acer, qui moleſti carceris tædium impatientiſſimè ferebat, dolum inſtruit; funibus comportatis per fidos in culinam, ſaxũ clam noctu dirui curat, tanto ſpatio vt per illud hominis corpori exitus pateret. Tum morbum ſimulat, & qua die fugam maturabat, medicamentum ſe ſumpſiſſe fingit: & quia calvus erat, coma ex pilis prorsùs ruffis quales cubicularius eius habebat, capiti aſſuta; cubicularium in lectum imponit, ſumptoque eius obſoleto amictu, ſellam neceſſarijs naturæ inſeruientem aſportans; & auerſa ſemper facie incedens, quaſi fœtorem auerſaretur, in locum deſtinatum concedit, deluſiſque cuſtodibus, qui Nemoroſium in lecto grauiter ægrotantem decumbere putabant, nocte intempeſta revulſo ſaxo, per funes paratos parte poſticâ arcis, ſenſim delabitur, ab Albinio, alijſque amicis, qui horâ condicta conuene-

rant, præruptæ petræ in tergo latentes exceptus, & mox citato curſu Viennam contendit. Fuerunt in eo juuene ingentes virtutes, quæ ſuſpectum illius ingenium, vt erant tunc tempora, faciebant. Elatus animus, liberalitas regiam majeſtatem æquans; Sobrietas, ac mira à voluptatibus cæteris abſtinentia; & poſtremò moderatio ſumma, ſiue diſſimulatio, qua profundam ambitionem celabat. Vtriuſque ſeorſim tyrocinium fecit, in obſidione Pariſienſi, ſummam æquitatis, ſolertiæ ac diligentiæ laudem conſecutus, & in præfectura Lugdunenſi inſatiabilis ambitionis labe notatus: periculoque ſuo didicit beneuolentiæ conciliatione, quàm terrore plus profici; à Meduano ipſo fratre vterino Lugdunenſium ludibrio expoſitus, & ob id ipſi etiam Sabaudo gentili ſuo ſuſpectus, vt neuter eius caſu multùm indoluerit. Cùm repentina morte ſublatus eſt. *Thuanus l.* 111. & *l.* 113.

CAPVT XXXVI.

Hiſpanis ad Caſalis obſidionem properantibus callidè mora inijcitur.

Baudier in Hiſt. M. Toëraſij L. 2.

SINGVLARIS induſtriæ eſt, & ſæpe decretoriæ, pauculis copijs morari hoſtium ingentes exercitus; ad inſignem præſertim aliquam expeditionem properantium. Toiraſius vbi certis nuncijs comperiſſet, diem, locumque præſtitutum eſſe à Spinola vniuerſis Hiſpanienſis exercitus copijs, ad Caſalis obſidionem conueniendi; anteuertit ipſe, præmiſitque de ſuis qui neceſſaria ad liberos commeatus itinera præciperent longiùs: & difficiliores aditus cuſtodijs tenerent. Hinc videlicet præcurſorias hoſtium copias diſtringere, hinc ſtatiuis imminere, hinc latera modò, frontem modò & terga infeſti

carpere. Hoſtes verò, quòd infrequentiæ ſuæ timerent; fauente præſertim noſtris iniquitate locorum, neque juſto numero conuenire celeri tranſcurſu poſſent: ad prolixiores vias inſtituendas adigebatur. Vbi autem in acies numeroſè coaliti; lentiores progreſſus habebant: vt ſolent tardiùs agi grandiores machinæ. Toiraſius ipſe cum delecta equitum peditumque manu, multiplici aſtu moras Hiſpanis injecit: dum interea nouæ munitiones abſoluerentur, inferreturque liberaliter annona. At hoſtibus jam in juſtas acies deſcriptis, & ineluctabili numero ingruentibus; quò etiam tum moras innecteret; finxit in animo ſibi eſſe Moranum oppidum tertio à Pado milliari communire, in eoque ſubſiſtere, procuratis in eam ſpeciem, vt decebat omnibus. Inhibuit Hiſpanus inſectandi ſtudium, quòd licet ab armis campeſtribus probè paratus eſſet, ea tamen deſideraret quibus in aggere, valloque ſuperandis, vſus eſt. Ijs igitur parandis cunctante hoſte, dierum aliquot tempus exemptum eſt; quo

tempore detumuit Padus qui ex-improuisò præter modum excreuerat. Ita tutò copias in vrbem reduxit. Quo de receſſu, cùm apud regem magnificè diſſereretur; ferunt dixiſſe virum principem, rerum geſtarum miraculis, Toiraſium ad Mareſcalli dignitatem contendere, vt beneficiorum admirabilitate captus populus, & frequentiùs voti damnatus, aras erexit publicas inſigni illi popularis valetudinis præſidi. Nempe ſi principes audis imperatoriæ artis; Martis tuba ſæpius à vera fama inflatur, cùm receſſui canitur, quàm cùm imperatur irruptio. Hîc valet plerumque impetus, illic ſolertiæ locus eſt.

Le feu Duc de Guiſe.

Saint Roch.

CAPVT XXXVII.

Pontis ſupra Padum extruendi, ſpecie eludunt Tranſpadanos hoſtes Franci.

Anno 1643.

MODERABATVR arma Gallica in Subalpinis, regiâ legatione ſereniſſimi Ducis patruus Thomas Sapaudus, præfectis caſtrorum Pleſſio Praſlino & Tureniæ Vicecomite nunc Mareſcallis. Horum conſilijs caſtrametatus exercitus ad Pommam oppidum Pado adſitum, mirificè tranſuerſos egit Hiſpanos; cùm tàm celeri quàm ſimulata molitione, viſi ſunt noſtri omnem mouere funem, & lapidem, ad pontis ſtructuram, quo liberior explicaretur aditus, ad tractum Mediolanenſem. Hoſtis enim hac ſpecie inopinatæ machinæ perculſus, finitimis arcibus præcauens, copias militares vniuerſas à

campeſtribus ſtatiuis, ad vrbana præſidia properatò digeſſit. Ita numerus adauctus eſt præſidiariorum Valentię, Bremæ, Nouariæ, Vercellarum, aliarumque ciuitatum, non campeſtribus modò ex copijs, ſed & ciſpadanarum arcium præſidiaria militia. Quod erat maxime Francis in voto. Quarto igitur auguſti menſis, vbi Gallici exercitus ductoribus certò innotuiſſet Trino ſubductos eſſe milites ſupra mille ducentos; retroactæ per Caſalenſem pontem copiæ, vrbem repentinis caſtris obſedére. Eſt Trinum cùm ingenio loci circumpaluſtris & veteri munitione; tùm nouis ab inuaſore Hiſpano firmatum operibus, ac propugnaculis, longè majori cura & arte quàm cætera omnia, quæ bellis hiſce Allobrogicis & Subalpinis occupauit. Breuì tamen ceſſit noſtrorum ſolertiæ exhauſtum præſidium, & oppidi, arciſque deditione, pontem noſtris fecit ad vlteriora.

CAPVT XXXVIII.

Inſectantem longè majoribus copijs hoſtem, eludunt Franci, ſpecie exhibita agminis præcurſorij.

15. Maij 1644.

INTEREST plurimùm bellicæ rei; conſilijs hoſtium, vt anteuertas; ijs pernoſcendis ſub initia æſtiuorum maximè nauare operam. Annui ferè præjudicij eſt, prior expeditio. Inter Belgici limitis cuſtodes Heudicurius Landrecio præfectus, vt acciperet quid rerum moliretur hoſtis, quáve copias educeret; ſuorum tutmales quindecim emiſit Montenſi via, ductore Bauerio. Sedit hic in inſidijs intra luci tenebras, ad Sammartinianum caſtrum, inde conſpicatus illac equeſtres copias magno numero iter habere, & quod via ſit paulò anguſtior

Mons en Hainaut.

Le Sieur de Baveres.

& impeditior, inordinato progreſſu; in poſtremum cuneum inſiluit, & dimicatione non admodum difficili, quod agebat vnicè, tres abduxit captiuos. Vix erat tertium milliare abhinc remenſus; cùm ecce tibi, incurrit in turmam equeſtrem, quæ ex Auenarum præſidio decedebat: erat verò & vnica & ea depreſſa admodum via, tumulis hinc inde perpetuo quaſi vallo longè porrectis. Sumit tamen in perplexa re majores numero animos Bauerius, & majori hoſtium numero exæquat. Traditis enim in cuſtodiam ternario ſuorum captiuis; cum reliquorum manu, denſato cuneo hoſtes perfregit, dum proximam & tranſuerſam in ſemitam delatus; per eam in vaſtiſſimam ſyluam, fruſtra inſectantibus hoſtibus, feliciter euadit: captiuis etiam eódem inductis. Hîc grauius ſuppudere cœpit hoſtes eluſæ virtutis tantula à manu: vrgere igitur, obſidere, ſaltus tentare: at noſtri quòd abeſſent ab arce duodecimo milliario etiam tum longiùs, nec ſpes vlla ſupereſſet abducendi captiuos, aut reditum niſi

fortè à palabundis inſtituendi, ſi ſe porrò, ac vires ſuas hoſtis agnoſceret; ſtatuére ſalutari ſanè conſilio, eam obfirmatæ ſecuritatis ſpeciem præbere, ex qua ſuſpicari facilè hoſtis poſſet, poſitas eſſe ſibi intra ſaltus inſidias. Obuerſo nimirum vultu reniti licentiùs, interdum vltro laceſſere, ac mox in ſyluam delabi; ea demum præſtare omnia quæ ſolent præcurſoriæ, & illices copiæ. Veritus denique hoſtis inter ſaltuum latebras numeroſiores inſidias; infrequentiæ noſtrorum regreſſum expediuit, diſceſſu ſuo. Illi re ſolerti felicitate bene geſta; eodem die Landrecium reduces, abundè ſtatum bellicæ apud hoſtes rei, per captiuos edocuere.

CAPVT XXXIX.

Captiui Maſſilienſes, per opportuna tempora conuiuantium herorum, captiua in naue ad ſuos remeant.

Anno 1644.

MEMORIA poſteritatis non indignum facinus, edidere generoſa ſolertia captiui Maſſilienſes tres apud Algerianos pyratas. Seruierant illi ſeruitutem remigio & nauticæ operæ addicti annos jam aliquot, cujus vt grauitatem vtcumque leuaret ex ijs vnus, à Chriſtianis ad Mahumetanos defecit. Et ſolet transfugis perfida illa natio majorem plerumq; habere fidem, quàm indigenis, & auitæ ſuperſtitionis hominibus. Huic commiſſa forte cùm eſſet ſociorum & nauigij cuſtodia, tranſgreſſis Nauarcho & cæteris in aliud nauigium, in Algeriano portu. Dum illic licentiùs, hilariuſque illi

conuiuabantur : captiui duo deſertorem aggreſſi, commonefacere inſtantiùs cœpere, Dei ſingulari beneficio conceſſum tempus aſſerendæ libertatis arriperet, & ſe ſocioſque patriæ redderet, & ſacris. Abnuit principiò ille, metu pœnæ deſertioni debitæ: Si Chriſtianum ſolum reuiſeret, ſi tentaret inutili conatu; etiam grauioris ſupplicij in ſolo Mahumetano. Tandem animos fecit & ſociorum adhortatio generoſior, & diuina mens. Communi ergo conſilio, aucupati tempus illud quo liberaliùs immerſi erant pergræcando Heri, & fauere de Cælo Deus ferentibus auris videbatur, explicare ex-improuisò vela, & fruſtra ſpectantibus, ex alia naue compotatoribus, medio ex portu in altum euecti, Gotholaniam versùs, curſum intendére, & attigere feliciter. Hinc deinde patrium in ſolum appulſi; plauſu non vulgari, vt ſanè decuit, excepti ſunt. Circa deſinentem ſæculi annum tertium & quadrageſimum.

POLYÆNI

POLYÆNI GALLICI
DE STRATEGEMATIBVS VETERVM, AC RECENTIVM GALLORVM.

CENTVRIA POSTERIOR;

QVÆ

De inferenda, & toleranda obſidione.

De tuendis, & occupandis arcibus.

AD ILLVSTRISSIMVM

DVCEM D'ARPAION

LANGOTHIÆ SVPERIORIS

Proregem.

M. DC. LVIII.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO DVCI D'ARPAION.

Breuiculum Heroïcum.

ARpagidûm decus, antiquæ noua gloria gentis;
Scande ſuper titulos, & nomina ſortis auitæ,
Quò tua te pridem virtus, atque inclyta factis
Fama vocat: patriæ toties ſociate periclis,
In patriæ meritò ſociande ſacraria patrũ, Monſieur le Duc fait Miniſtre d'Eſtat.
Illuc vnde vno voluit ſe CARDINE *mundus.*
Heu quantas geſtorum olim dabit æmula pœnas
Heſperia! hoſtiles animos, animoſque rebelles
Docta per innumeras educere jugiter artes.
Hoc verita eſt primis, cùm te ARPAGE *cerneret annis,*
Marte ſub-Alpinos, icto pro fœdere, tractus Ses premiers emplois.
Tutantem, Inſubricas contra, Hiſpanaſque phalangas.

Qualis in Alciden irata flamma Nouercæ,
Primitias promptura odij, cunabula binis
En Piemond & Lombardie. *Inſiliüit colubris: ſed prima exordia pugnæ*
Inuita Iunone patrem dixere Tonantem.
Te quoque non diſpar primi diſcrimine Martis
Exitus excepit. Primus labor Inſuber anguis,
Inſuber Heſperio mixtus fera membra Leoni.
Protulit hoc terris monſtrum famulatus Ibero
Eridanus; quondam qui littore Gallus vtroque,
Bleſſé de dixcoups, gagne la bataille. *Tunc vtroque hoſtis, bis quino vulnere vitam*
Impetijt. Quo fato etiam vetus incola Coæ
Hippocrates. *Crediderit terræ, per ſingula vulnera quondam*
Heroas perijſſe decem. Sed præſcia rerum
Plus animæ natura dedit, quàm plurimus hoſtis
Funderet inſultans. Quin tanto exterrita caſu
Admouit ſanos Galatéa in vulnera ſuccos;
Præſentique tulit juueni ſolerter opem vi.
Ilicet exiliüit ſe major, & agmina in hoſtes

Rurſus agens ſociorum ; animos his intu-
lit ; illis
Horrificam trepidis, plaudente Allobroge,
cladem.
Hinc pacis ſecura quies inſederat Alpes, Contre
Aduerſo Heſperiæ fato, Gallóq; Sequeſtre; les Rebel-
Cùm de Tartareis educta Megæra cauernis les Here-
Sacra venenatos in Lilia ſparſit odores : tiques.
Et Caluiniacæ madefecit pectora plebis,
Conjurata graui patriã turbare tumultu,
Multiplique vnũ regno diſcerpere regnũ.
At nouus è primo conſurgens Hercule
Theſeus,
Serpentis modò victor, hydram magno
auſpice Rege
Aggreſſus; nõ arma manu ſublata reliquit,
Donec auernales proſtrata Rebellio, ſedes
Iam quartâ repetens mundo trieteride,
ceſſit.
Quos non illedolos ! quæ non diſcrimina
vicit !
Conſilio, dextráq; potens. Senſere Garũnæ En la
Littora, & obſtructi ſenſerunt littora Guienne.
Tarnis.
Mons Albanus vbi, & prauæ canabula
gentis.
Non tamen hic ſcopus eſt, & meta extrema
laborum

Quos patriæ, quos laudis amor, laurique cupido
Impoſuit; factis iter ad majora paratur.
Pour nos Alliés d'Italie, d'Allemagne, Flandres. *Ecce iterum exagitat ſocios Hiſpania fines,*
Quo vel cumque ſoli renouato fœdere gentes
Lilia ſuſpiciunt. Et quos fouet Itala tellus,
Quos Germana ſinu; quos Belgica. Multus vbique
Et labor, & ſuppar vincendo ex hoſte labori
Fructus, & æternis ſubijt ſeges ampla triumphis.
I ce'er Alpini ſupera juga ningida cœli;
Certa laboranti ſuccurrat dextra Caſalli.
Mantua conſilijs, eget armis Mantua: & armis
Conſilijſque juua. Mox ad majora vocandus.
Guerres de Lorraine. *Auſtria in Auſtraſiis vincenda. Hiſpania Rheno*
In medio ſuperanda venit. Sed cuſa recēter
La Reduction de Treues par le D. d'Arp. pour l'Electeur. *Vincula captiuo priùs expediēda Moſellæ,*
Hoc pietas, hoc ſancta fides, hoc fœdera poſcunt.
Alma fidem, & ſocios te vindice liberet omnes
Francia. Felicem te ſcilicet Arpage, cuius

In dextra ſtant ſancta fides; & fœdera tutò.
Et quâ fœdifragos ſua pœna remunerat hoſtes.
Teſtis Dubiaco tellus contermina fonti;
Belgica teſtis adeſt, & ademptis Ruſcino caſtris.

La Comté de Bourg, Flandre, Rouſſillon.

Majus opus molire tamen; ſi patria majus
Credit opus, veteres Aſiæ renouare triumphos;
Aut etiam Odryſio procul inſultare tyrãno.

Voyage de Malte, où il eſt General contre les Turcs.

Chriſticolas inter flos illibatus honoris,
Martia gens, toto quàm latè ſpargitur orbe,
Auſpicijs parat arma tuis. Iam Thracia pallet
Luna ſub inſtabili confundens cornua vultu;

Les Cheualiers hoſpitaliers.

Et maculis adſperſa nouis, ex quo audijt vno
Te Duce Othomânides, populos ad ſigna vocari.
Et Melita ſcopulos, & propugnacula denſis
Feruere Chriſtiadum cuneis, Aquilisque paternis
Laſcaridum; & ſacro, quo ſe domus hoſpita Chriſti

Le Grand Maiſtre eſtoit alors de la Maiſon Imperiale des Laſcaris.

Inſignit Labaro. Toties pugnando ſuetus
Vincere, diſce etiam ſolo pugnare paratu,
Armorumque minis. Viden hoſtis ut ex-horreſcens
Obuertit trepidas, ad Cretica littora claſ-ſes;
Armatas veritus maris irremeabilis oras.
Certè vidit ouans Europa, & Gallia mater,
Vt te laxa ſinus venientem excepit, ut ori,
Vt dextra calidis impreſſit baſia labris!
Vtque nouos venerata Crucis candentis honores,
Æquore quæ medio majorum inſignia munit,
Tectoſagumque Crucem, Citharæque do-meſtica ſigna,
Aragonum Vectes, & Lilia Borbonidarũ.
Illa quidem auerſi decora immortalia Thracis,
Antiquam illuſtrare domum, ſeroſque nepotes
Venturæ poterunt longos ætatis in annos.
Attamen his ſuppar nomen, tibi magna parauit
Adriaci Regina maris, prenſante Senatu,
In noua bella ſuum tibi commiſſura Leonẽ,
Ni renuis Luparæ iuſſu. Sic Sæpius olim

La Croix de Malte ſur le tout des Armes de M. le Duc.

Demandé pour General par les Venitiens.

Germani proceres, quos fœdera ſancta ligabant Et par la Ligue Catholique d'Allemagne.
Rebus in aduerſis, & marte vrgente ſiniſtro,
Te ſibi tutelam patriæ, columénque, ſalutémque,
Optauere, Ducis ſacri cognonitne belli.
Tiliadæ magno, maior collega futurus,
Sequana ſi Rheno placidis admurmuret vndis.
Maior honos, quàm ſi triplici diademate frontem
Vinciret media Nemetum Septemuir in arce.
Et decus hoc meruiſſe ſat eſt; teſtemque merendi
Siſtere poſſe ipſum cum Mœno, & Nekare Rhenum.

Quod decoris genus eſt, ſeptem moderare triones, Embaſſade en Polongne.
Extremaſque Arctos Franco ſub vertice dextra
Torquere, & dandis vnū praeſſe Coronis;
Tota licet varijs ſtudia in cōtraria technis
Tenderet, & technas Europa innecteret auro.
Imperio dignum ſi te Germania ſenſit,
Imperio maiorem ipſo Polonia vidit.

Aſſemblee des Miniſtres d'Eſtat en preſence du Roy, & du premier Miniſtre.

Scande ſuper titulos, & nomina gentis auitæ
Quò tua te pridem virtus, atque integra factis
Fama vocat; toties patriæ ſociate periclis,
In patriæ meritò ſociande ſacraria patrum;
Illuc vnde vno voluit ſe CARDINE *mundus.*
Tu ſimul, & mundi communibus annue votis,
Ad primi quoties accedere Mobilis orbem
Fas erit, & cœtu Diuûm cenſere ſupremo
Flagret amor pacis, Cœlum velut ignibus ardet

IVLIVS AVGVSTO
Cùm proximus, aſtra pererrat.

ADMONITIO.

NON morabor ego te pluribus (CANDIDE LECTOR) paucula intùm præmoniturus, quæ ommuni è re tua, meaque int, & valebunt in vtramque enturiam.

Nonnullorum expoſtulatioibus obuiam ire placet, quius induſtriam Polyæni noſtri ceſſunt.

Prima eſt, quòd inter noſtroim laudabiles dolos, eos reenſeam, quibus Gallia cladem ſuis accepit. Sed in promptu t quod opponam. Vt vt fueıt illi ſectarij, aut rebelles,

Galli erant; in eo nomine habitauimus. Per ciuilia verò bella; næ! ineptè facis qui de præteritis deliberas, & inter Carlovingios, & Merovingios partes tuas conſtituis.

Altera querela non paucorum fortaſſe futura eſt, qui cùm præclara ad me tranſmiſerint monumenta, de familijs, patria, popularibus ſuis; ea nondum ego in publicam lucem eduxerim. Verùm intelligant oportet non eſſe me tabellarium, ſed hiſtoricum. Hærere adhuc mihi ſcrupulos aliquos in indagatione veritatis; qui vbi fuerint exempti, liberabo fidem locupletiſſimè.

Tertia expoſtulatio eſt eo-

rum qui moleſtè ferunt ad minutiora, quàm videatur neceſſe, deuolui me interdum. Quos ego rogatos peruelim, vt meminerint, vulgatos Codices juris fieri publici: quo in fundo quiſque ſibi metit, & penum ſuam inde ornat. Quid? quòd non idem cenſeant ipſi noſtri Cenſores, in congreſſu eorum qui ex priuata familia, aut vrbe oriundi, nomen majorum ſuorum, aut popularium in hoc noſtro libello deprehendunt. Quàm verò tum libenter vſurpent ſingularia? Ecquid vetarent, aut ſeriò contenderent mihi ipſi, ſi eò deueniſſem, nefas eſſe priuata apud priuatos recenſere? patria apud indige-

nas ? Omnes ego hoc vno ex Codice, & ſingulos alloquar; & is ex publicis officinis, ex bibliothecis, in conclauia priuata fortè, & priuatorum in manus deueniet. Quid in communi bono, priuatis commodis inuides ? Aut ſi ſterilis tibi patria eſt, & infœcunda domus, pátere diuitias tibi ſubire de alieni ſoli vbertate. Aut, ne quid grauiùs ſuccenſeas, ſi fertilis; ſubmitte de tuo, bona fide quod ego publicem. Tum demum conficies, opinor, ſuarum cuique rerum quàm grata ſit exactiùs deducta commemoratio.

Poſtrema inſimulatio illa eſt, qua jam annos me aliquot

ab editione priore, ſugillant etiam ex amiciſſimis non pauci. Scribis, inquiunt, media in Gallia, homo Gallus, Gallis ſcribis, de re Gallica, Latinis verbis! Scribo, inquam, ſed omittis, pro Gallis ſcribere me ad exteras nationes, & ad poſteros. Gallis ſcribere, ſed patritijs. Ingenio, aut doctrina plebeios non moror. Bellè vale, & boni conſule.

LECTORI BENEVOLO,

ET

GALLICÆ REI

STVDIOSO.

MENTEM meam apud te explanabit opportunè, vetus ejuſdem rei ſcriptor. *Cum hoc opus, ſicut cætera, vſus potiùs aliorum, quàm meæ commendationis cauſa, aggreſſus ſim, adjuuari me ab his qui aliquid illi adſtruent, non argui credam.* Frontinus, in præfatione ad libros ſtrategematum.

POLYÆNI

POLYÆNI GALLICI CENTVRIA POSTERIOR.

PRIMVM SYNTAGMA ARIES, SIVE DE INFERENDA OBSIDIONE, & arcibus oppugnandis.

CAPVT PRIMVM. MVNDVS MVLIEBRIS. Epheſina virgo patriæ proditrix, auro & gemmis à Gallis obruitur.

Ex Plutarchi Parallelis hiſtoricis.

QVOD precium proditæ Romæ Tarpeia virgo tulit à Tatio Sabino; hoc idem recepit à Brenno Gallorum Duce virgo Ephe-

ſiña, patriæ proditione. Epheſum obſidebat Aſiæ vaſtator, cùm fortè vrbem egreſſa, obſidentium in manus deuénit. Ad Ducem abducta, & quâ viâ exiſſet rogata; latentes eſſe meatus dixit, & vltrò pollicita eſt per eos inducturam ſeſe in vrbem Gallos, ſi modò vocaretur in partem Macedonicæ, Aſiaticæque prædæ, collatis in mundum muliebrem auro, gemmiſque, quorum infinitam eſſe copiam in Gallico exercitu inaudiſſet; & teſtibus oculis jam probè noſſet. Arriſit Imperator, & verò profuſurum ſe in eius ſinum liberaliter pollicetur, tantam vim precioſarum manubiarum, vt ni ſoboles Atlantis eſſet, & patri non impar, *mundi* molem ſuſtinere non poſſet. Hac præuia ſpe, cuneis hoſtilibus in vrbem præiuit: quâ mox captâ, direptáque, ſuos in concionem vocauit Brennus, puellam in ſuggeſtum ſecum induxit, & generoſæ proditricis in laudes profuſus, edixit liberandam eſſe datam, perfidæ in patriam, fidem, captâ jam in patriâ. Prior ipſe baltheum, enſemque gemmis, auroque fulgentem, magnique

vt erant ea tempeſtate Gallicani enſes, ponderis, in puellæ ſinum impegit, proruitque de ſuggeſtu. Ducis exemplum inſecuti reliqui, humi iacentem, aurea & gemmea grandine obruére.

Vide Cap. 1. primæ Centuriæ.

CAPVT II.

Irrumpitur in vrbem per formas aquæductus.

Anno Christi 501. Gaguinus, Æmilius, & alij.

ODESILLVM Gondobaldi Burgundiorum Regis germanum fratrem, nouarum rerum cupidum, illexerat in ſpem aliquam regnandi magnus Clodouæus. Nec fruſtra auxilia pollicitus, duxit in Burgundos Francus. Sub primum verò ſtatim congreſſum, transfugit ad hoſtes cum ſuis Odeſillus, vt conuenerat. Quo ſpectaculo perculſus Gundobaldus, confuſæ mentis conſilia in

Gombaud.

fu•im explicuit; & ſuorum deſertione pudendâ, ſecundo Arare, & Rhodano, Auenionenſium mœnibus terrores ſuos commiſit. Clodouæus ignauiâ Imperatoris turbatum hoſtem, infinitâ cæde perſecutus, vrbem etiam in quam perfugerat obſedit; adegitque Gundobaldum in eas pacis conditiones, quæ & fratri ſuam dignitatem aſſererent, & annuum Franco vectigal offerrent. In anteceſſum, pecuniæ tantundem à Burgundo datum, quantum in annuam ſummam ſe daturum, tributi nomine, promiſerat. Ita victoris iram callidè repulit Gundobaldus; & receſſu Francorum in perfidiæ anſam abuſus, Odeſillo fratri incubuit; quem Viennam Allobrogum ingreſſum arctâ obſidione circumdedit. Paucos intra dies, vt venire ſolet vſu in re minùs prouiſa, laboratum grauiter eſt in oppido annonæ penuriâ; quam vt leuaret Odeſillus, numeroſam plebem extra muros eduxit. Erat in eo numero publici aquæductus curator, vir audacis induſtriæ. Is ad Gundobaldum ira ſuccenſus adit, conſilia capiendæ vrbis

xpromit; nempe, viâ ſibi notâ, per
quæductum. Iracundæ ſolertiæ cre-
ita res. Erant in editiore ad vrbem
oco ſubterranei ſpecus, æſtuaria ali-
uot, & immiſſaria colligendis, indu-
endiſque aquis ſubſtructa, terræ ta-
nen aggeſtione & ruderibus obruta.
Hæc verò vbi à conſcio aquæductus
rocuratore ſubducta ſunt, eodem
pſo ductore non contemnenda mi-
itum manus, occultis per formas
neatibus in mediam vrbem eru-
pit. Quo puncto temporis, vniuerſos
pene Odeſillanos ad murorum tute-
am auerterat, hoſtilis impreſſio ex-
compoſitò noctu ſuſcepta. Hos ergo
nopinus tubarum clangor, & ho-
tium vociferatio media ex vrbe inſul-
antium, eo ſtupore defixit, vt de
nuris vnà, & de ſpe tutandæ vrbis
lejecti, ad ſanctiora loca vitæ perfu-
gium quæſiuerint. Capta ciuitas præ-
dæ fuit. Odeſillus ad ipſas aras in
victimam ceſſit fraternæ iræ.

CAPVT III.

Franci in obſidione Antiochiæ, cæſa hoſtium capita, partim in vrbis conſpectu præfixêre palis, partim fundis in vrbem immiſere; & illato in Ciues & præſidiarios terrore, Ciuitatem recepêre.

An. Chr. 1098. ſub Philippo primo. Albertus Aquenſis l. 3. Æmilius in Phil. & alij.

ANNOS jam ſeptendecim inſederat Antiochiæ, de grege Turcarum Caſſanes Tyrannus. Vrbs erat Aſiæ totius, & Ciuium multitudine, & agri vbertate longè florentiſſima; decimo ferè à mari Phœnicio milliari, Orontem inter & vicinum lacum ſita; duplici muro, & turribus quadringentis circumſepta.

.eliquum porrò bellicæ rei appara-
ım, inde æſtimes licet, quòd vrbis,
rciſque præſidium, ad ſeptena equi-
ım millia, ad peditum vicena excur-
ɛret. Terrori poterat eſſe hoſti vel
bundè, niſi in Gallicanum incidiſ-
ɛt; quí vires hoſtiles gloriæ ſegetem
ıterpretari ſolitus, ea quæ paſſim
ıvulgabantur Turcarum terricula-
ıenta, audaciæ argumentum fecit.
:t jam ſeptimo ferè ab obſeſſa Ciui-
ate menſe, nouus ingruit in Gallos
error ab auxiliaribus Perſarum co-
ɩijs, quarum erat numerus triceno-
um millium: at fama majorem tanto
.ltero vt ſolet, fecerat; vt Francorum
ɩuoque majores animos faceret:
ecit certè vel ipſa vincendi gloria
najus decus, cùm exigua noſtrorum
nanus, magnum hoſtium numerum
:xpugnauit. Selecti ſunt ex equitum
ıumero ſeptingenti admodum: ij
uſſi ſub noctem in procinctu eſſe;
Conſilij tamen ignari. Verùm, quia
nilitares equos pleroſque omnes,
liuturna obſidio, pugnarum frequen-
tia, pabuli penuria, poſtremò etiam
militum fames confecerat, vix princi-

pibus ipſis & pauculis turmarum præfectis, opportuni bello equi ſupererant. Cæteri caſtrenſibus jumentis, macilentis, ſtrigoſis equis, mulis etiam non pauci, atque adeò vilioribus canterijs inſidebant. Lixas crederes non Aſię victores. Has vtcumq; deſcriptas cenſorum equitum capite & manu, non equo & ephippijs turmas, educunt è caſtris Gothofredus Bullionius, & Ræmundus Tholoſas, intempeſtæ noctis illius ſilentio, quæ præſcriptam auxilio diem (vt erat ab exploratoribus & captiuis compertum) anteceſſit. Et alterâ jam vigiliâ in itinere conſumptâ, tertia circiter, caſtris locum capiunt, inter anguſtias coëuntium abruptis jugis montium; quà videlicet hoſti neceſſariò ſubeundum eſſet. Vt verò primùm diluxit, hoſtibus in eas fauces imminentibus, ita eſt in aciem deſcriptus exercitus, vt medium obtinerent, qui ab equis paratiores eſſent, cæteri vtrumque cornu ad ipſas vſque rupes æquata fronte occuparent; ne in teſqua ipſa niti hoſtis impunè poſſet; medij equites liberiùs per plana ingruẽtem

diſijcerent. Dei auſpicijs bona mens optimæ cauſæ feliciter ceſſit. Hoſtis enim iniquo loco, æquum numerum obijcere coactus, imparem illico expertus eſt. Cæſi bis mille dumtaxat, cæteri fuga diſpalati, abiectis armis & ſarcinis in proximas rupes & ſyluas abditi, opportuna victoribus ſpolia reliquere. Capta equorū militarium multa millia; quibus partim impoſita gaza Perſica, partim annona; quòd auito more Turcæ, in noſtra etiam hæc tempora propagato, folles farina ſuffertos in bello circumferre ſinguli ſolent, illâ verò Antiochenâ expeditione etiam in vrbem commeatum importare ſatagerent. Intereà in noſtris, ad vrbem caſtris, turbari cœptum eſt, quòd Caſſanes proximi, vt ſperabat, auxilij præſidentia, crebris erruptionibus à prima luce noſtros haberet ſolicitos. Tum verò maximè cùm reduces à Termopylis ſuis Galli, proximis è jugis in conſpectum vrbis & caſtrorum venêre: Caſſanes enim caſtrenſi apparatu, & Turcicis ex ſignis in pugna captis, ſuos eſſe interpretatus; effuſis tota

tota vrbe agminibus, in interiora noſtrorum caſtra inuaſit. Sed breuì repreſſus impetus; cùm cladis ſuæ præjudicium, ex ſociorum exitio, & hoſtium victoria intellexit. Gotofredus vt regreſſis in vrbem terrorem augeret, quæ cæſa Turcarum capita equites ſinguli, de equorum pectoribus ſuſpenderant, eorum quadringenta fundis, & muralibus, ex ſæculi more, machinis, in vrbem immitti juſſit. Tercentena palis ad muros præfigi; horrendo ſanè ſpectaculo, & immani prorsùs exemplo, niſi in barbaros ſuſceptum eſſet. Tantus enimverò incubuit hinc in obſeſſos metus, vt potiſſima viſa ſit hæc capiendæ ciuitatis machina.

AD GOTHOFREDVM,
Caluæ Antiochenæ.

Proditor es, Gotofrede, hoſtes inducis in vrbem!
Quos meliùs muros ſcanderis, hoſtis habet.

An pugnæ noua forma, nouum decus exhibet? hoſtes
Exigat vt veteres hoſtis ab arce nouus.

Cum erupiſſent obſeſſi Antiochenſes, cæſi plerique à noſtris, quorum capita quatuor jumentis impoſita ad portum & claſſem Chriſtianorum miſſa ſunt, vt Babylonij legati illic fortè verſantes ſpectarent. *Narrat Baldricus lib. 2. hiſt. Ieroſol.*

In Nicæam item immiſſa baliſtis capita Turcorum, tradit Robertus Monachus, lib. 3.

Diodorus Siculus ait Gallos de Romanis victores, triduo tamen ſubſediſſe antequam Romam ipſam aggrederentur; & primum diem tranſegiſſe in reſcindendis hoſtium capitibus, ex patrio more.

CAPVT IV.

Fictâ fugâ exciti Mauri ex arce, à Francis delentur & arx capitur.

Mariana l.10. & aliꝗ. an.1118.

Saragoçe en Aragon.

CVM Cæſaraugustam, Maurorum apud Aragonios regiam, obſidere ſtatuiſſet Alphonſus Rex; famâ ſacri belli hujus è Gallia exciti principes viri, auxilio venere Gaſto Benearnenſis, Rotro Perchióbrum, Centullus Bigerronum Comites. Ex vtraque gente Francis & Aragonijs, validus conflatus exercitus, Cæſaraugustam omni ex parte circumſidere cœpit, ſalutis anno milleſimo centeſimo octauo decimo menſe Maio. Quæ quidem obſidio quamquam generosè promoueretur, annonæ tamen difficultate breuì laboratum eſt in Chriſtianis caſtris grauiſſimè. Mauri enim qui aduerſo Ibero

Comtes de Bearn, du Perche, de Bigorre.

jam olim Tudellæ inſederant, crebris Tudelle
excurſionibus intercedebant inferen- ſur l'E-
do commeatui, quem vel Nauarræ bre.
tractus, vel Exea ciuitas ante annos Capta
aliquot de Mauris ab Alphonſo re- an. 1110.
cepta, ſuppeditabat ſecundo fluuio *Marian.* ibid. c. 8.
deuehendum. Rei tam anxiè difficili,
& in dies magis magiſque ingra-
ueſcenti, prouidit Rotro non diſpari
conſilio illi quo in ſacris paginis vſus
fuiſſe feliciter narratur Dux ſecundus Ioſüe 8.
Hebræi populi. Seduxit è ſuorum
numero ſolerti delectu ſub noctem
turmales ſexcentos, è peditibus toti-
dem in turmalium equos ſigillatim
ſublatos. Ex his vtriſque partem ferè
mediam ſubducta in valle, oleiſque
conſita ad Tudellam collocat; cæte-
ros ipſe in vrbis conſpectum matu-
tino crepuſculo agit, hinc indè cunea-
tim latè populabundos. Mauri præſi-
diarij aliquot mœnia egreſſi, cùm
primos impetus populatores vix fer-
rent, amore victoriæ illudi ſibi paſſi
ſunt, & noſtros longiùs inſecuturi,
ſexui imbelli, & imbecilliori ætati
creditâ vrbis cuſtodiâ, cæteros omnes
ſuorum in noſtros ſecum eduxere;

ſingulari ſtupore, vltra inſidiantium procul locum. Hi porrò qui in inſidijs erant, tacito per gyrum progreſſu ad vrbis mœnia illati, non difficili aggreſſione potiti ſunt: ac manu ſtatim præſidiaria relictâ, regreſſi reliqui Mauris inſequentibus ſuperuenere, quos jam medios à fronte & tergo interceptos haud operosè deleuere Franci vniuerſos. Rotro Dux à victoria in captam vrbem triumphi ſpecie inductus eſt, mox in caſtra reuerſus ejuſdem ciuitatis principatu ab Alphonſo donatus. Cæſarauguſta demùm octauo obſidionis menſe ad quintum decimum Kalend. Ianuarias ſubacta, leges à victore accepit.

CAPVT V.

Francis Acconem obſidentibus, Saladinus columbis in vrbem litteras tranſmiſit; quarum vnâ captâ, litteras in contrariam ſententiam misêre Franci.

Æmil. in Phil. 2. Egnatius c.4. l.7. Anno Chr. 1191. Philippo 2. R.

ANNVM jam tertium obſidebat Guido Ieroſolymorum Rex, munitiſſimam Phœniciæ vrbem Acconem, ſeu Ptolemaïdem; Acre. quam tertio decimo jam ab anno Saladinus Ægypti Sultanus occupârat. Eò Philippus Auguſtus, proſpero, tot marium decurſu feliciter appulſus, vrbem ad deditionem quarto admodum menſe compulit. Quo temporis intermedio fluxu Saladinus vt auxiliares ſuis copias, & annonam

ſubmitteret, imminebat Francorum caſtris, & maritimo, & terreſtri exercitu infeſtus. At erant ſolerti curâ, & noſtrorum militum fortitudine obſtructi omnes ad vrbem commeatus. Ægyptius Syrorum, Saracenorumque more cicuri columbæ, ſuſpenſas è collo litteras ad ſuos dedit: quæ cùm Francorum caſtra tranſuolaret, ſolemnis doli ſuſpicione commotus exercitus, vno quaſi ſpiritu tantum clamorem ſuſtulit, vt ſiue inſolito ſtrepitu; ſiue aëris vehementiùs concuſſi motu exterrita, intra noſtrorum caſtra, cis vrbem conciderit. Detractæ extemplò litteræ, ad principes deferuntur. Harum erat hæc ſententia: ſtarent modò in fide, & ſpe conſtantiam alerent; paratam opem in proximo eſſe; præſtituta die non defuturum ſe. Principum juſſu in contrariam ſententiam concreditæ ſunt columbæ litteræ. Quibus, omni præcisâ ſpe; cùm jam in procinctu eſſet Chriſtianorum exercitus, vt per labefactatos à Philippo muros irrumperet, ciuitatem præſidiarij dedidêre.

V. Plutarchum in Flaminio.

Cincta

Cincta mari, terraque tibi quòd clauditur Accon,
Non ſatis eſt Francis, ô Saladine, viris.
Fit quoque Francorum caſtris imperuius aër,
Nec ſua jam tutò regna volucris habet.

In obſidione Harlemenſi repetitum ex antiquitate miniſterium columbarum litteras perferentium. Paulò enim antequàm clauſa fuiſſet nuntijs via, Harlemenſes ex vrbis columbarijs ad Orangij claſſem, & vicina ſociorum Oppida, columbas aliquot cicures aſportárunt: quæ deinceps vbi opus fuit cum litteris ſubter alas alligatis emiſſæ, tecti quaque ſui, proliſque memor, Harlemum reuolabant, ac per aërios hoſce tabellarios Orangius ad perferendam tribus poſtremis menſibus obſidionem ciues obfirmauit. Donec earum vna, dum ab volatu defeſſa caſtris inſidet, à milite artificij ignaro fortè tranſfixa, litterarum arcana patefecit. Strada lib 7.

Videndus Plinius lib. 10. cap. 14. Frontinus l. 3. cap. 13. *Les Lauriers de Naſſau* p. 136. Iac. Zeuçcotius ad c. 4. l. 4. Flori.

Paulus Æmilius l. 4. de obſidione Ieroſolymitana. Et Guil. Tyrius.

Cæcinna Volaterranus equeſtris ordinis, quadrigarum Dominus, comprehenſas in vrbem ſecum auferens victoriæ nuncias amicis hirundines mittebat, in eundem nidum remeantes, illito victoriæ colore. Plinius loco citato.

Leiden. *Anno* 1575. *Obſeſſo Lugduno Batauorum, Obſeßi tabellarios ad Orangium miſere* 26. *Sept. cum ſex columbis; quarum remiſſa vna* 27, *litteras retulit* 28. Hiſt. Belgicorum tumultuum.

CAPVT VI.

Tortoſam in Aſia Piletus capit, tubis frequentibus per noctem increpans; & excitatis magno numero ignibus ſpeciem exhibens totius Chriſtiani exercitus.

An. Chriſti 1191. Philippo Aug. R. Ex Roberto Monacho l.8. Ieroſ. hiſt.

PROTRACTA in plures menſes Ptolemaïdos obſidione, varia

circum oppida tumultuarijs oppugnationibus veriùs, quàm juſtis caſtris, à Principum Chriſtiani exercitus legatis recepta ſunt. Remundus Piletus, Remundi Toloſatis auſpicijs, Tortoſam vicinam vrbem portuoſo mari adſitam, aggreſſus exinopinatò, ſub inclinatam jam diem, fruſtrà quod ſupererat lucis abſumpſit, inuicto hoſtium numero, non robore. Intendentibus jam ſeſe tenebris, ſuos à murorum oppugnatione ad proxima vrbi juga recepit. Et quaſi conjuratas cum hoſte tenebras vincendas priùs ſtatuiſſet quàm hoſtes; frequentiſſimos totis circum vrbem caſtris ignes excitauit, & ſpeciem numeroſiſſimi exercitus oppidanis objecit. Quam vt hoſtium opinionem vehementiùs accenderet; non antè ignes ſuccendi juſſerat, quàm pluribus locis, ſecundâ circiter vigilia, tubarum, tympanorumque immanis vndique ſtrepitus, copiarum aduentantium magno numero ſpeciem præbuiſſet. Ratus hoſtis vniuerſum Chriſtianorum exercitum, ad vrbem caſtra fixiſſe; nocturnas inter tenebras ad

prôxima Saracenorum præſidia euaſit; vacuamque ciuibus, & militibus ciuitatem, ſed commeatuum eamdem, & gazæ genere omni refertam, noſtris in prædam conceſſit.

CAPVT VII.

Ficti cuniculi, præſidiarios ad deditionem faciendam adigunt.

Ex Bapt Fulgoſio l.7. c.4.

DISSIDENTIBVS inter ſe longa odiorum acerbitate Piſanis, ac Florentinis; horum patrocinium ſuſcepit Carolus Andegauenſis Neapolis Rex. Arx erat Motronium vliginoſo, & circumpaluſtri loco ſita, cuniculis agendis malè opportuno: hoc tamen genere oppugnationis Caroli ſolertiæ dedita eſt. Cùm enim ſuſceptum opus hypogæorum non procederet, ſpeciem ille feliciſſimi progreſſus ad ipſos

Charles d'Anjou.

Motrone, ad fauces F. Veſiliæ, vulgò *Verſiglia*.

adeò muros hac arte præbuit. Eruta aliunde rudera, eum in tumulum agi iubet vnde erant incepti cuniculi; quò nempe liberior patebat ab arce obſeſſa conſpectus. Succeſſum igitur eſſe in murorum fundamenta rati præſidiarij, & materiem hanc omnem de ſub ipſis mœnibus educi; proximam vereri cœperunt depreſſionem; ac deditionem paciſci. Votorum compos effectus Carolus, arcem Florentinis tradidit. Non abſimile quid contigit, noſtro paucis ab hinc annis, ſeculo.

In ea nauali expeditione quæ felici decurſu ſuſcepta eſt à Carolo Portæo Melleræo, ad oram maris Hetruſci; dum munitiſſima in continenti arx Plumbinum iuſtis caſtris obſideretur; exſcenſionem fecere aliquot claſſiariæ turmæ in Heluam inſulam, quod erat alterum Hiſpanicæ ditionis eo in mari propugnaculum. Frequentes ſunt ad littorales tumulos, ſcopuloſque eò loci turres; quæ ferè omnes, primo ſtatim noſtrorũ aditu receptæ ſunt. Vna omnium tutiſſimo loco ſita, vbi nobiliſſimus totius inſulæ Pharus,

Piombino, Populonium. Elbe.

eorumdem conatus triduo remorata eſt. Donec Valernauius callidus æquè quàm generoſus vir, terræ tantillum ad muros erui à foſſoribus juſſit, quaſi cuniculi ad ſubruenda mœnia de more agerentur. Qua ſpecie vſus Valernauius opportunè, per immiſſum tubicinem grauiſſimis verbis mandat; ni ſeſe extemplò dedant præſidiarij, ignem hypogæis actutum ſubjectum iri. Exterriti illi, noſtrorum ſe arbitrio permittunt, nullâ admodum interjecta conditione. Foras verò ejecti, vbì de dolo conſtitit; tam inutili luctu ac querela, quàm erat ineluctabilis caſus, de ſuo ſecum errore pluribus expoſtulare cœperunt. A Gallis tamen non illiberaliter, pro more gentis, habiti, remigrarunt ad ſuos. Paulò deinde poſt, capto, à regio exercitu Plumbino, alia obſeſſa eſt arx eâdem in inſula nominis Hiſpanici princeps; & ad deditionem ſtupente Italia breuì adacta; menſe Octobri anni ſupra milleſimum & ſexcenteſimum quadrageſimi ſexti: ſed recepta eadem ab hoſtibus non diu poſt per ciuiles Galliæ tumultus. Sic ludit, non

Le Sieur de Valernau.

fortunæ, ſed animorum inquieta leuitas.

Plumbinum nobile oppidum, ex Populoniæ ruinis ædificatum exiſtimatur. Nonnulli Populinum appellandum putant. Id, eſt in littore Thuſci maris ſitum, Iluæ inſulæ oppoſitum. Æneas Syluius in ſua Europa c,56.

CAPVT VIII.

Manganis, ſiue machinis muralibus, jaculati Franci tabida caſtrenſium jumentorum cadauera, Thuinum caſtrum ad deditionem compellunt.

Anno Chr. 1340. Froſſartes.

REBELLANTIVM Belgarum partes fouit ex veteri odio Anglus, in Philippum ſextum. Ioannem verò filium Normannorum Ducem bello præfecit Philippus, & in Cameracenſem primò tractum ducere imperauit. Thuinum

arx erat illo ſæculo munitiſſima, ad Scaldis oram impoſita, quam præſidio Anglicano infeſſam, admotis ad muros veteris militiæ machinis, obſedit Ioannes, patre Philippo præſentem operam, ſed priuato nomine conferente. Vtrius verò commento, nouo vſu, veteres machinæ diſploſæ ſunt, incertum fecit hiſtoricorum fides. Hoc ſanè conſtat, nouarum glandium emiſſionibus, potiundæ arcis viam apertam eſſe. Nam cùm ceſpititio opere craſſiùs exaggerati muri, lapideos globos contumaciùs eluderent; Ductorum juſſu, glandium globorumque loco, trans muros, in ipſam arcem immiſſa ſunt jumentorum caſtrenſium tabida cadauera. Tanto vndique numero, tamque infeſto præſidiarijs fœtore, quòd media & ardenti æſtate obſeſſum caſtrum, vt ij, cùm nullæ ſuppeterent machinæ, regerendæ in hoſtem peſti; arcis incendio fugam redimendam rati, ſubjectis noctu ignibus, in alteram ripam ad ſuos euaſerint. Noſtri eum incendio modum fecerunt, vt quaſi expiatam arcem, & gemina jam peſte libe-

Thin-l'Eveque, ſur l'Eſcauld.

ram,veteri toparchę Cameracenſium Antiſtiti, bona fide reſtituerent.

Mangana, machinæ bellicæ. *Vide Lipſium Poliorc* lib.3.c.3.

De fœtidis cadaueribus in arces iactari ſolitis, v. Vegetium l.14. c.22. & in eum Godeſcalci Steuechij Commentarium p. 165.

Piſani expulſo Principe ſuo, arcem obſedere, & in eamdem fœtentium cadauerum, & piſcium, aliarumque de Cloacis ſordium, plenos cados, in ſingulos dies plures centenis, immiſere bellicis machinis, veteribuſque balliſtis. *Hiſtoria Bucicautij* p.294.

Digitized by Google

CAPVT IX.

Habitu Lignatorum, Duce Gueſclinio Fugeræum in Britonibus capiunt Franci, impeditis lignorum faſcibus, Valuis.

An. Chriſti 1355. Ex Argentræo.

BELLO commiſſis inter ſe Britonibus; Ductorum alteri Carolo Bleſenſi in Ioannem Monfortiũ adhæſit Bertrandus Gueſclinius, ille nimirum qui bellicæ fortitudinis claritate inter fabuloſos ſæculi heroas, præcipuum nomen apud Hiſpanos obtinuit: apud noſtrates equitum magiſterium, ſeu ſtabuli Comitatum, quæ princeps eſt Gallicanę militię dignitas. Vix principi Carolo Sacramento dixerat, cùm ad apicem bellicę virtutis niti cœpit. Annos natus ferè ſeptemdecim, famæ potiùs quàm dignitatis ſplendore, manũ mi-

B. du Gueſclin.

litũ facilè contraxit. Cui alendæ quòd impares longè ſumptus Carolus ſuppeditaret; graſſari veriùs quàm bellum in hoſtẽ gerere cogebatur. Ergo nocturnis excurſionibus vias obſidere; imminere Monfortianis infeſtus; palantes deprædari; interdiu ſaltus & ſyluas inſidére. Commilitones ex æquo omnes habere; prædæ quidquid collectum eſſet viritim diribére; nihil præcipuum ſibi, nihil alteri ſumere; hoc vnum ſui juris ducere, vt grauiores in laboribus, in belli aleâ priores ferret. Verùm quia nulla certa ſedes, perfugio erat, tædio vertebatur deſultoria militia, illi certè qui cùm milites commilitones duceret, contubernales habere non poterat; caſſus omni contubernio; ſolis ſaltibus & præruptis ſaxis tegi ſolitus. Erat eo ſæculo in Nannetibus arx munitiſſima (Fugeræum etiam nunc dicitur, ſed pagus eſt nullis mœnibus inſignis) Ejus potiundæ copiam fecit præfecti ſeruus; qui cùm in proximam oppido ſyluam (Tillæos ſaltus nominant) ingreſſus eſſet, in Gueſclinij manus imprudens deuénit. Ex eo

Fougeray en Bretagne.

La Foreſt de Tillay.

accepit Gueſclinius, arci præfectum Robertum Brembronem Anglum præſidiarios pleroſque omnes eduxiſſe, vt Bleſenſis copias arceret. Illico ſuos in procinctu eſſe jubet, & medijs è ſaltibus ad oram illam quæ oppido arcique objecta eſt procedere. Eò loci captiuum ſeruum & ruſticos aliquot, quos hoc ipſum vt ſtrueret, præter conſuetudinem ceperat, ad arborum truncos ſingulos, pluresve deligat. Tùm ſuos bifariam digerit; erãt omninò ſexaginta, partem illorũ ad extimã oram deſidere, partem ruſticas captiuorum veſtes induere, vnà ſecum jubet. His ruſtico cultu, tradit, in manus ſingulis aſciam aut ſecurim; ſtruem lignorum in humeros imponit; ſicam bardocullo ſubijcit. Ita ſuccinctis lignatorum more præit cannabinatus Imperator, onuſtus & ipſe. Externus limen arcis nondum attigerant, cùm rogat Gueſclinius cuſtodes; ecquid vſus eſſet lignorum? Annuentibus; propiùs pedem admouet, & capite obſtippo quaſi grauante onere in reſerata clauſtra ſuorum aliquot inducit: ac Princeps ipſe excuſſa

lignorum mole, occupat fores impedire; idem & ſocij præſtare certatim, abjecto onere, vires, animumque induere. Tum implicato frondibus atrio, portæ cuſtodem conficit Gueſclinius; alij alios, ſinguli ſingulos; hinc vtrimque ſublatus clamor, & reſiduam præſidiariorum manum & Gueſclinianos è ſylua in pugnam elicuit. Certatum eſt, & diu & acriter, fidei hinc, hinc gloriæ ſtimulis. Potitus tandem non incruenta victoria Gueſclinius, quanquam ſaucius ipſe, Brembronis tamen reditum anteuertendum ratus, præſidiarijs, ſi qui reliqui eſſent in vincula datis; arcis cuſtodiâ legato traditâ, turmam equitum tacitè educit; & quà erat in arcem reditus, eò properè pertendit. Et fortè ex itinere captam arcem acceperat Brembro; quo caſu grauiùs quàm decet militarem virum perculſus, palantis in morem, incertuſque conſilij; Gueſclinij agmine exceptus eſt, & ſuorum ingenti clade cæſus.

Cautū eſt Mercurius ligno ne fiat ab omni.
Ex omni, *Martem*, *Gueſclinius* arbore
fecit.

CAPVT X.

Ebroïcenſis vrbis arcem occupat Gramvilius, cæſo ad fores inter confabulandum Præfecto.

Froßartes L.1.C.176. An.Chr.1357.

ABDVCTO in Angliam Ioanne Rege, cujus juſſu in carcerem plures ante annos compactus erat Rex Nauarræ Carolus; in ſpem rerũ nouarũ erecti ſunt Nauarræi. Quos inter Guillelmus Granuillius arcem, Evreux. & vrbem Ebroicenſem, quam Carolo abſtulerat Ioannes, ſingulari prorsùs arte de Francis recepit. Hujus vniuerſa ditio in tractu Ebroicenſi, ipſi penè principi oppido ſuburbana; hominem inuitum Ioanni addixerat. Sed non eſt diuturna impoſita fides. Quãquam enim Philippum Nauarræi fratrem, Francos bello laceſſentem ſecutus non eſt; erat tamen animo Nauar-

ræus; quem demùm turbatis Franciæ rebus ad opportunum nocendi tempus exprompſit. Aſſidua enim vrbanæ conſuetudinis frequentiâ, & ciuibus & arci præfecto in Francicam rem pronus haberi primùm curauit: tum communicatis cum vno de primoribus ciuium, & veterum Nauarræi amicorum conſilijs; in doli communionem centenos alios adornat, & indicto inſidijs die ſtare in armis in ædibus conjuratorum vnius, arci propinquis, mandat. Ipſe vno aſſecla famulo, per ſubjecta arci ſpatia ſolito more inambulare, & quaſi animi reficiendi gratia oberrare; donec arcis præfectus, liberioris cœli gratiâ reſerato oſtiolo, ad valuas egreſſus, compoſitò ſaluere juſſus eſt à Granuillio, & tanquam ab otioſo de recentibus nuntijs interpellatus, cùm negaret ſibi noui quidquam intra arcis ſolitudinem innotuiſſe. Fingere nimirùm ex animo Granuillius, & ſtupenti mira denarrare, quæ vulgò differrentur. Imprimis ſibi è Belgio tranſmiſſum, extrema omnia imminere Anglis, in quos immenſo apparatu copias educerent

ad centena hominum millia Dano-rum & Hybernorum Reges. Porrò in fatis & antiquis vaticiniis tradi, perituram à Danis Angliam. Hinc perſtelli Britannos inſana conſterna-tione,& fœderis Britannici vniuerſos. Id ſe à Belga equite per litteras acce-piſſe. Quòd verò homo craſſioris Mi-neruæ, & tenuioris Martis, ludo la-trunculorum mirificè caperetur, ad-iecit Granuillius, eiuſdem equitis miſſu delatos alueolum & latrunculos artis ad ſtuporem mirabilis. Hîc homo bellicoſus, Danici belli oblitus; La-trunculos poſcere, prouocare ludo Granuillium non renuentem. Cuius famulus per ſpeciem alueoli afferendi emiſſus, vbi ad procinctum adorna-tos coniuratos vidit, inflato cornu ſignum dedit. At Granuillius quaſi moræ impatiens, moræ etiam minùs patientem colluſorem antegreſſus, reſerato oſtiolo, è regione ſubſidit, donec ſubeuntem ponè, ſubmiſſoque capite oſtiolum, occupat impactâ ſecuri, ſparſoque cerebro exanimem humi deiicit; & ſociorum centuriam in arcem inducit.

Cuius deditionem ſecuta ciuitas eſt, & Ebroicenſis tractus vniuerſus.

CAPVT XI.

Gueſclinius Meduntam capit, ſpeciem vinitorum induto milite.

Anno Chr. 1363. Argentr.l.1.c.48.

CAROLVS Ebroicenſis Nauarræorum, Rex, vir nouarum rerum cupidiſſimus, Delphino Carolo per abſentiam patris Galliarum Rectori, eò erat moleſtior hoſtis, quò propinquior, & ſanguine, & ditione. Hinc ciuiles, hinc domeſticæ turbæ. Lutetia ipſa regni ſedes & caput, vt effrænis in Delphinum eſſet, duplici hinc indè fræno, in Nauarri partes trahebatur. Is enim ſecundo ſequanâ Meduntam, & Mellentum oppida munitiſſima impoſitis præſidijs obtinebat; occupauerat aduerſo flumine Meloduni arcem. Berttandus
Mente & Meulan, Melun.

igitur Gueſclinius Caroli Delphini auſpicijs, in vtrumque rei gerendæ cardinem intentus, prudenti conſilio, vicinum caſtrum ad Sequanam ſitum obſedit; majori copiarum numero, quàm loci magnitudo exigere videretur. Quò nimirùm ſi Nauarræus ingrueret, integra obſidione, parē exercitum, hoſti repellendo è caſtris educere valeret; aut copiarum partē aliquam ex inſidijs in alia hoſtis propugnacula, ſi quæ ſe fortè occaſio daret, traduceret. Ducis ſolertiam non corrupit euentus. Iubet ad noctурnum iter accingi, peditum manum alteram, alteram equitum; eos ipſe per noctis ſilentia ad ſubjectos Meduntæ campos ducit; mox è peditum numero vicenos deligit in anteſignanos. Hos detractis ſagis, & cultu omni militari, Gauſapinas induit, & perones, & petaſos; in ruſticos denique deformat vniuerſos. Armorum loco cultros ruſtica vagina obtectos, & hiſpidam zonam, & bidentes, & páſtina vinitorum in morem tradit. Dat in mandatis, vt hoc cultu bini terniue ad vrbis portam confluant, quaſi operam diur-

Le Château de Rolleboiſe ſur Seine.

Saye de toile, tricouſe, Chapeau de paille.

nam collocaturi : admiſſi, cuſtodes cædant; dato ſigno cum cæteris affuturum ſe. Prægreſſis illis dubia adhuc luce, reſedit Gueſclinius ima in valle vrbi proxima tumuloſo itinere protectus. Cuſtodes verò nullum dolum ſuſpicati in ruſticano cinctu, & ea anni tempeſtate non minùs ſolemni quàm neceſſario, priorem turmam nullo certo ordine procedentem, aditu vrbis non prohibuerunt. Ij ligonibus partim, partim cultris cuſtodiam cædunt, ſtipatis ordinibus portas obſident, indicio, quo de conuenerat, edito, Gueſclinius accitus, tutò vrbem occupat. Atque vt victoriæ veliſicaretur, vbi primùm deſcriptæ copię per vrbis & mœnium regiones; ſelectos equites Nauarræorum cultu inſignes, Mellentum ad dexteram Sequanæ ripam agit; illò ſe præſidij causâ properatò miſſos à Carolo Nauarro differit. Dicto citiùs, hic verba, illi vrbem dedêre. Ita vnius admodùm diei excurſione vnâ, ſecundus fluuius vtraque ripa in Franci jura deuinctus eſt : aduerſus, capto deinde Melodуno deſijt aduerſari.

CAPVT XII.

Succiſum occultè vallum, repentè affligitur, & aditum in vrbem irrumpentibus Francis, præbet.

Anno Chriſti 1369. Argentræus l.8. c.7. Carolo 5. R.

HOSTI captiuo (ſi modò generoſus eſt) libertas vili venditur, quocumque paciſcaris pretio. Bellica in hoſte fortitudo, in vinculis tutò laudari poteſt; inuicti ponderis eſt, ſi cum vinculis expenditur. Patriam aut cauſam prodit qui nondum confecto bello, aut publico fœdere, auro ſibi parto, ſuis hoſtem iterum parat. Id ſæpiùs Anglicis bellis in Gallia comprobatum eſt, cùm innata Gallorum genti fortitudine præferuide vſi Duces, in hoſtiles manus deuenêre; ſeu mauis in rem
Plautus noſtram cum comico loqui, potiti

Digitized by Google

ſunt hoſtium;& repræſentato pretio, multis
ſibi,ſuiſque redditi, expenſi rationem locis.
damnis illatis repetiuere. Quinto Ca-
rolo hæreditaria in Anglos arma mo-
uente, ordinem ducebat in Pictonum
finibus Iuo Carlonetus Brito, magni
Gueſclinij in Hiſpanienſi expeditio- Apud
ne conturbernio, & rerum geſtarum Auctores Hiſpa-
conſortio, externis etiam notiſſimus. nos.
Is cùm prædabundus Anglorum præ-
ſidia infeſtaret, ingruentium fortè
hoſtium numero implicitus, quan-
quam hoſtilium copiarum cæſo Duce
Chandoſio Pictonici tractus Prætore; Chandos
captus in prædam ceſſit. Verùm ne bis Gueſ-
tanta viri virtus irretita diu vinculis, clinium cepit.
Gallicæ rei compedes inijceret, Tu-
ronum, quibus erat longè chariſſi-
mus, præſens cautio fuit, vt illatâ
de publico, pretij ſummâ, in partes
extemplò reuocaretur. Liber Iuo
moræ pretium ſtatuit, & mulctam
Anglis dixit, acceleratam arcis ali-
cujus expugnationem. Erat in pro-
ximo ad oram Vigennæ dexteram Vienne F.
vrbs magnitudine non contemnen-
da, Anglico præſidio detenta, Ca- Chatel-
ſtrum Eraldium vocant. Hanc, quia heraut.

lium. Iam enim remittebant ſeſe no-ſturnæ tenebræ, cùm excubitor ſumma de turre cuſtodes ſomno obrutos objurgat. & proximam lucem præuertendam monet: at nihil admodùm reſponſi ab ſopitis accepit. Iteratò objurganti, qui ad vallum propiùs reſederant, Iuonis milites, ſe verò inclamant in officio eſſe, & in procinctu, ac mox deturbato proximo palorum ordine, ſcalas muris admouent. Pari celeritate cæteris vſis, ingenti fragore vndique illatus primò in vrbem metus, mox & hoſtis.

CAPVT XIII.

Fictis litteris, apud litterarum rudem Anglorum Ducem, rem Francicam promouent Rupellenſes.

Froßartes vol. 1. c. 310. ſub Carolo 5. Anno Christi 1373.

DEFICIENTIBVS paſſim ad Francos Ciſmarinis regionibus,

ſub annum Chriſtianæ ſalutis trecenteſimum ſeptuageſimum & tertium ſupra milleſimum; Rupellani deditionem moliti, arcem & præſidiarios Anglicani nominis intercepêre, non cruentâ fraude. Anglorū principum ad majores curas capeſſendas digreſſu, commiſſa cuſtodia erat homini non admodum malo, & litterarum omninò rudi, quippè qui nec ipſa quidem elementa, characteres inquam, nôſſet. Nomen inditum Philippo Marcello. Tanto præfecti ſtupori malè conuénit cum inſigni magiſtratus Majoris apud Rupellanos Ioannis Candorerij ſolertia. Vocato enim in conuiuium Philippo; ſub cœnam delatæ ſunt, quas adornauerat Candorerius, regiæ litteræ Britannico ſigillo de more munitæ. Agnouit ſignum Philippus, principis placitum, à Candorerio audiuit; cujus ſumma eſſet: cenſum militiæ & vrbanæ & præſidiariæ primo quoque tempore habendum; commeatus item & armorum apparatus; vt ſi quâ parte laboraretur, in eam cura regia incumberet. Ergo præſtitutum eſt huic ſta-

Iean Candorier Maire de la Rochelle.

tim rei, communi conſilio, craſtini diei tempus antemeridianum. Regreſſo in arcem Philippo, & id vnum agitante, vt quàm opportuniſſimè paratam à re militari cohortem probaret; Candorerius indicto cenſu, copias deſcripſit ad duo millia. Ex his centurias duas nocta inter rudera quæ ſub ipſam arcem & vrbem erant, nemine conſcio, etiam de ciuibus, collocat. Cæteram pubem vrbanam extra mœnia educit, ad eos campos, qui medij excurrebant rudera inter & ciuitatem. Philippus item ſuos ab arce haud paulò plures centenis; vix totâ decuriâ imperio manipulari intra arcem relictâ. Vix induxerat vltra ruderera cohortem, cùm ſigno dato, arcis aditum obſtruxerunt progreſſæ de inſidijs centuriæ; quas cùm Philippus aggrederetur, breuì obruendus numero videbatur, ni manus dediſſet. A capto Duce, necis metus, etiam ignominioſæ, nouum exegit imperium in ſuos; quo ad arcem productus, ſuis deditionem imperauit. Arce receptâ, Rupellani, jam tutò Franci, per legatos à Carolo impetrâ-

runt. Primùm quidem vt Caſtrum Anglicanum funditùs erueretur; tum ne quo vnquam fœdere, Anglis cócederentur; ſed Franciæ poſtliminio reſtituti annecterentur ineluctabili vinculo: quod poſteri tamen abſoluere conati, ad Anglos defeciſſent; niſi perfidiæ frænum impoſuiſſet arx Lodoicæa Rupellæ impoſita; vndè prima fulmina in Rupellanos euibrauit ſæculum noſtrum: donec aggere ſtupendo deuinctū mare; vallo ſolum; Rupellanam perfidiam intercluſit.

Le fort Loüys

CAPVT XIV.

Obſeſſi Angli à Francis, fumo expelluntur à Caſtro Condomienſi.

An. Chr. 1374. Iunij 29. Ex Duplexio in Carolo 5. & Ciuium Condomienſium litteris,

Le traitté de Bretigny.

CESSERAT in Angli jura, ex Britiniacenſi fœdere, quod

captus Ioannes per vim icerat, Nouempopulania. Hinc Condomenſis & ciuitas & arx numeroſo Anglorum præſidio tenebatur, cùm Caroli ſapientis Frater Andegauorum Regulus, anno ſæculi quarti decimi, quarto & ſeptuageſimo, in Aquitaniam cum exercitu miſſus, ſuperioris Nouempopulaniç oppida, ex Anglo in Caroli fidem pleraque omnia recepit. Condomienſes imprimis pertæſi Britannicam ſeruitutem; vbi primùm increbuit aduentantis Andegaui rumor, vrbanum prçſidium communi ciuium conjuratione cecidêre. Mox ad arcis expugnationem progreſſus animorum impetus, nouo ſanè aſtu muralium tormentorum penuriam expleuit. Erat arx veteri Anglorum inſtituto vægrandi mole excitata, crebris hinc indè locis ad frequentiores emiſſiones in longum rectà perfoſſo muro. Extabat ad ſuperiorem contignationem, perpetuus in coronæ modum paries, prominentibus certa intercapedine mutulis, ad pronas ejaculationes impoſitus. Ex caſtri forma natum conſilium. Ergo certa-

La Gaſcogne.

Condom.

Duc d'Anjou.

Meurtrieres.

tim oppidani defringere ſambuco-
rum ramos, quorum erat in proximo
vberrima copia, in faſces & ſtrues
cogere. Has ad arcem aggerere fre-
quentes, fimo fœnoque madido per-
miſcere, tum ignem ſubijcere. Is ma-
lignè ſcilicet conceptus, fumi globos
& ingentem tetro vapore nubem
egerere; & ventorum tum fortè ge-
neroſiùs ſolito ſpirantium afflatibus,
arcis penetralia ſubire; graueolentia
& caligine oppleta omnia obtinere.
Angli denique præfocatis penè im-
portunâ peſte faucibus, & ſpiritus
militares & arma deponere; de ſta-
tione vniuerſi decedere. Oppidani
contrà, vt pro muris ac pinnis ho-
ſtium neminem vnum curare obſer-
uatum eſt, admotis derepentè ſcalis
in arcem ſuccedere; infinitâ cæde in
ſemiſopitos, atque ægrè animam
agentes graſſari; vniuerſos denique
aut inter dubias fumi nebulas confi-
cere, aut ſe armáque dedentes vin-
cire. Ex fumo fulgor & fama ad po-
ſteros manauit; deleto enim tota Gal-
lia Anglico nomine, Carolus Rex tam
illuſtre facinus, publicis ad ſæculorum

Digitized by Google

memoriam, litteris proſecutus eſt. His fas, juſque eſſe jubet ciuibus, vrbanæ pubis delectu habito in armis, & ſago eſſe, ad tertium Kal. Iulias. Quâ etiamnum facultate poſteri perfruuntur, & varijs bellicæ artis exercitationibus, ad ipſa dirutæ arcis rudera, prælatis aut manu, aut pileo ſambuceis ramalibus, facti memoriam & majorum gloriam colunt.

CAPVT XV.

Thurium oppidum capitur ſpecie Ancillarum, ſitulas aquæ plenas in vrbem inferentium.

Circà An. 1374. ſub Carolo 5. Iunio menſe. Froſſartes vol. 3. cap. 9.

MVLIEBRI ſpecie Mauleo nothus & ſodalis & Vaſco; Thurium, oppidum caſtro munitum, in Albigentium tractu intercepit. E proximo caſtro ſuo ſoda-

Le Bâtard de Mauleon. Thurie en Albigeois. Vulgò Thuriés.

les eduxit circiter quinquagenos, per careƈta & reſqua loca interdiu, & jam multa noƈte, citra pomœria reduƈta in valle collocauit. Ipſe & vna de junioribus quinque, flammeis muliebribus obuoluto capite, & toto ancillari cultu, ſub dubiam adhuc lucem, ad fontem perenni ſcaturigine vberem, ipſa ad pomœria primùm; tum hauſta fiƈtilibus ſitulis aqua, ad vrbem procedũt. Erat cuſtodiæ præpoſitus vnus omninò, & is ſutor, jam ad opus ſuccinƈtus; vndè ne fœminis quidẽ deeſſe poterat virilis animus, in tam inermi cuſtodia. Vbi ſucceſſum eſt intra fores, inſonuit acutùm venatorio cornu de ſodalibus vnus aliquis. Et ſutore ſciſcitante, quis eſſet tam ſtreperi ſonitus, tam matutinus auƈtor; *Sacerdos*, inquit, *neſcio quis venationi aut peregrinationi*, *opinor*, *accinƈtus*: *At at*, excepit cuſtos; *noſter is eſt profeƈto Curio*, *matutinæ venationis imprimis ſtudioſus*. Hæc illo & hujuſmodi alia deblaterante, exciti antè cornu, ab inſidijs, ſodales, concitatis equis, arcem ex improuisò tenuere.

Thurij huius caſtri rudera viſuntur
etiamnum in prærupta rupe quæ Viaurio Viaur F.
fluuio imminet, vbi ponte Albienſis tra-
ctus Ruthenis iungitur: quà olim regia
via erat Toloſa & Albiga Segodunum
Ruthenorum proficiſcentibus; ſex ferè Rodez.
ab Albiga paſſuum millibus ad oppidum
Pompeiopolin. Tenet fama incolas, cap-
tum ab Anglis caſtrum hoc, cùm eſſet
egreſſa Ancilla ad vicinum fontem cui
Sanctæ Barbaræ nomen eſt. Huius veſte
& vrna impoſita ſibi ex inſidiatoribus
vnus aliquis cuſtodem fefellit. Hi tamen
Angli, ex ſodalibus erant Gallis, ſed par-
tium tunc Anglicarum. Quod con-
ſtat, vt & alia à nobis deſcripta,
apud Froſſartem.

Digitized by Google

CAPVT XVI.

Specie fœderis ineundi, arcis hoſtilis præfectum ad dedendam arcem adigit, minatus quam protulerat extra fores manum, foribus ſe confixurum, vnus de Sodalibus Anglo-Gallicis.

Anno Chriſti 1382. ſub Carolo ſexto. Froſſartes vol. 2. c. 144.

ICTO Francos inter, Angloſque fœdere, Rege Carolo huius nominis quinto, ſucceſſit omni bello grauior, armata pax. Anglus enim pernicioſo Franciæ conſilio, per arcana auſpicia, juſſaque clancularia, veteranos Gallici ortus in ſpeciem exauctoratos, in varia militiæ corpora conuenire, & Galliam penè vniuerſam obſidere patiebatur Sodalitates dimiſſorum vocabant. Cui ſentinæ exhauriendæ

Les Compagnies deſapointées.

exhauriendæ non ſatis fuit,in externa bella ſodales frequentes tranſmiſiſſe, & ex ijs, auxiliares Italis, & Hiſpanis paráſſe. Pertinüere propagines ad Sexti Caroli ætatem. *Gueſclinus ſexdecim millia deduxit.*

Quo tempore Aloſam arcem quarto miliari à Sanflorana ciuitate,apud Aruernos ſuperiores, inſederat ſuorum ſodalitio, vnus omnium inter ſodales nominatiſſimus, origine Lemouix Americus Martialis. Hic belli Flandrenſis tempore, quo erant in caſtris regijs cum Carolo Aruerni primates,repentino inſultu vicina caſtra non pauca inuaſit. Marquellum verò Aruerni Delphini arcem, miro præfecti ſtupore juris ſui fecit. Sub noctem cùm de more greges,& armenta intra caſtrum agerentur, inter ipſas moras, & ſtrepitus numeroſi pecoris, admotis ad muros ſcalis, ſubijt cum ſuis.Perculſus tam inopinatâ irruptione præfectus Geraldo Buiſſellus, ab ipſa cœna cui iam accubuerat curriculò in interius conclaue ſuccedit, notóque aditu in munitiſſimam turrim totius arcis ſingulare præſidium. Mox reductis foribus abjectâque

Aloiſe, *hodie*, Alauſe, ſiue Ahauſe, proche de Saint-Flour.

Marquel, quod Froſſartes vocet *Mercie* p. 283.

Aa

CAPVT XVII.

Adornati ab hoſte milites, ſeruilem operam vrbanis heris oblocant, & vrbem ſuis produnt.

Froßartes vol.3. cap.4.p.9.

SVB hæc tempora, quo anno incompertum mihi, Petrus Anchinus Bigerrio, Lapurdenſes ſodales in caſtrum & oppidum intulit in Fuxenſium finibus ſitum. Quarto ferè antè menſe, è famulis, non ſeruilis ſolertiæ, duos præmiſit, qui heros ſibi oppidi ciues, oris & roboris commendatione nacti, vrbis capiendæ conſilia promouêre. Per auguſti nundinas ipſo Virginis in cœlum Aſſumptæ feſto; ingens erat inſtitorum frequentia vicinis omnibus ex prouincijs. Id quoque delectum eſt prædæ majori occupandæ tempus. Nocte igitur intempeſta, proximæ ſyluæ la-

Les Compagnies deſapointées.

Vide cap. 16.

Digitized by Google

tebras inſedit Anchinus, & de gregarioꝝ
riorum aut calonum numero ſenos, condictum ad locum, muris ſcalas admouere jubet; vrbanis duobus rem ſtrenuè pro pinnis curantibus. Hi tranſgreſſos in vrbem ſocios tantiſper ſub ipſam cuſtodiam vicinæ portæ impoſitam, ſiſtunt, dum ipſi à notis vigilibus duobus admodum, admiſſi, ſibilo monerent in cuſtodiam irrumpendum eſſe. Nec verò fuit artis inſolitæ vigiles inter pocula pernoctantes ſpe meri herilis illicere. Monent pro foribus feſtiuas afferri ſportulas, & notâ voce aditum obtinent; tum ſibilo edito, ſeni milites in incautos illati nullo diſcrimine, vigiles cędunt; & ſuos de latebris ſilueſtribus, cornu in apertas valuas, nemine vno de ciuibus reluctante, prouocāt. Sortis porrò fuit fauentis, non certi conſilij, quòd arci pręfectus intra vrbē ea nocte cōmoratus, in ſodalium manus deuénit: qui rectè vt addecebat, victoria vſi, & præda, ſub auroram præfectum ad arcem ſiſtunt, conjugem, & præſidiarios inferendæ in præfectum necis metu, ad deditionem compellunt.

CAPVT XVIII.

Aldenarde capitur, curribus in vrbis portas actis, & viam obſtruentibus; dum qui in inſidijs ad vrbem erant, ſuccederent.

Froſſartes vol. 2. C. 151. ſub Carolo 6. Anno 1383. Maij 17.

SECVNDVM priorem in Flandriam ſexti Caroli expeditionem, agentibus de inducijs Francorum & Anglorum apud Morinos legatis, Franciſcus Attremenius Gandauenſis perduellio, Aldenardem inſigni perfidiâ inuaſit. Hinc varijs in Neruios excurſionibus, Tornacum & cæteras vrbes infeſtas tenuit, Scornæi vniuerſam ditionem vectigalem fecit. Huius Toparcha Frãcicis auxilijs, jure clarigationis Aldenardem ipſam, quanquam erant inter Reges pactæ Boulennois. Aldenarde en Hainaut, Tournay.

induciæ, recepit. Geminis curribus cibariorum multiplici genere onuſtis, ductorum veſte milites generoſos quatuor præfecit. Qui ſub ipſa Aldenardes mœnia cuſtodes admonent, annonam ſe Attremenij, tunc Gandaui agentis, juſſu, ab Hannonia conuehere. Commeatus opportuna mentio valuas reduxit. Priores alter, alter citeriores inſedit currus, momento temporis eodem vno. Mox, vt inter agitatores conuenerat, malleis ijs, quibus ex more ductarij funes temoni adhærent, ſubductis; jumentis etiam ſubſiſtentibus, vtræque fores impeditæ. Nam cùm moram exprobrantes vigiles, equos abegiſſent, abjectus eſt vterque currus, temone in terram afflicto. Monitus per exploratores Scornæus; digladiantibus cum cuſtodia ſuis, & parata tela de curru depromentibus, ſuppetias tulit proximis è latebris. Ita victor ingreſſus gemino curru de perfidis triumphum egit.

Digitized by Google

CAPVT XIX.

Pretium dedendæ arcis dum repræſentatur, armatâ manu, Præfecto vis infertur & arx recipitur.

Sub Carolo ſexto. Gaguinus L.9.

VENTADORIVM arcem ab Anglis inſeſſam in Lemouicibus, Caroli ſexti ætate muniti ſſimam, crebris incurſionibus infeſtabat Guilhelmus Butilierius. Cujus vt vim elideret Anglicarum partium arci Præfectus ſodalium famoſiſſimus Alanus, ſimulato tranfugio, arcis prodendę pretium Francicorum millibus decem, addicit. Butilierius acris ingenij vir, notis Alani moribus tantùm fidei habuit, quantùm eſſe ſatis videri poterat, vt perfido imponeret. Rem igitur ad Biturigum ducem refert; à quo dolos cauere iuſſus, militum aliquam manum clam acce-

Ventadour en Limoſin.

Alain Cap. des deſapointés.

pir, augendo præſidio. Statuto verò & die & loco tradendæ pecuniæ ſimul & arcis recipiendæ, præmittit Guilhelmus qui Alanum moneret, adeſſe ſe & in armis & in ære.

Tum non expectato reſponſo, progreſſus ipſe cum ſuorum non contemnendo numero; cæteros etiam majori, ſub caſtrum latebroſo loco ſubſidére jubet. Sic imparatis ſuperueniens, ingruentibus ſigillatim per prothyra ſocijs, admiſſus tamen eſt ab inuitis, in arcem ea parte, cui immane quantùm munita turris immineret; in qua numeroſum Anglorum præſidium, ſibi in inſidijs collocatum, certis ex nuncijs acceperat. In eam ſibi priùs aditum patere vult Guilhelmus, quàm ſummam repræſentet. Cunctanti Alano, vim parat; & erant ſanè qui vim inferrent, adornati milites, & Franci nimirum, & longè plures. Ergo terrore victus Alanus, ſuos jam verè prodit; valuas reſerat, & inſidiatorum decurias tres, Franco tradit. Anglis vitâ conceſsâ; Alanus & Petrus Frater ad Biturigum Ducem primò, tum ad Carolum Regem

abducti, & ſecuri percuſſi, perfidiæ non magis, quàm inertiæ, & ſocordiæ pœnas luerunt.

CAPVT XX.

Inducto intra valuas curru, cæduntur equi, & fores obſeſſæ ab inſidiatoribus occupantur.

Anno Chriſti 1418. ſub Carolo ſexto Montreletius vol. 1. cap. 193.

CAROLI Regis ægritudine in perniciem regni vſus Burgundiæ Dux, clauum publicæ réi non tam moderabatur, quàm ad effrænatas animi cupiditates torquebat. Delphinus regia elapſus, Franciæ rectorem ſe publicis libellis edixit. Ac vicinas quaſque principi Ciuitati arces occupare omni ope atque opera ſategit. Compendium Oppidum Lutetiæ proximum, ea tempeſtate caſtro & propugnaculis longè muni- Compiegne.

Digitized by Google

tiſſimum inſederant Burgundiones præſidiarij. Hos Delphini auſpicijs vrbe & caſtro exegit Bocquialtius. Occupata nocturnis inſidijs vicina ſylua, ſub lucem præmiſit è ſuo numero milites probatæ fortitudinis octo ruſticanâ veſte. Præibat quadrigarius agitator cum curru frondibus onuſto; ſequebatur in ſpem, aut ſpeciem vrbanæ operæ ruſticanus manipulus. Curru igitur intra valuas, pontémque mobilem admiſſo, curulium equorum pręcipuus qui ad temonem, conſilio quaſi ab irato agitatore cæſus, humi affligitur. Tum verò inter *ſtantis conuicia mandræ*, inuadunt aſſeclæ in cuſtodes, partim cædunt, partim fugant. Ità fores vtraſque occupant; & ſuos è latebris ſuburbanis in vrbem inducunt, victoria non admodùm cruenta. Præſidiarios aliquot, & ordinum ductores in caſtrum terror abduxit, idem paulò poſt ad deditionem compulit.

Le Sieur de Boquiaulx.

Iuuen. Sat. 3.

CAPVT XXI.

Captatâ ventorum vehementiùs perflantium occaſione, adjacentes muris ædes incenduntur, & inter incendia vrbs capitur.

Ex Monſtreletio, Gaguino, Hiſtoria MS. domus Poligniacæ, auctore Gaſpare Chabronſ & Ephemeride, ſeu libro rationum Anicienſis Ciuitatis. an.1420 Carolo 6. R.

TVRBVLENTISSIMA illa tempeſtate, quæ Ioannis Burgundiæ Ducis cædem ſecuta eſt; patris vltor Philippus latè cœpit in eas omnes regiones graſſari, quæ Carolo Delphino parebant. In fide præcipui erant Langothiæ populi; in quos emiſſarios ſuos armata manu transfudit Burgundio. Campeſtres ſeu inferiores vexabat Princeps Arau- Le haut & bas Languedoc Iean de Châlon

Prince d'Orenge. Rochebaron de Forés.

ſicanus. Montanos aggreſſus eſt Rochebaronius inter primarios Seguſianæ Nobilitatis. Hic collecto ex ſuis, ac Burgundicis exercitu, cum externis auxilijs Allobrogum, & Langobardorum in Velaunos ducere ſtatuit, Anicium obſeſſurus. Regebat tùm

Le Puy en Velay.

Velaunos, Heluios, & Gabalos vno proregio imperio Rando Armandus

Le Vicomte de Polignac Gouv. du Velay, Viuarés, & Gevaudan.

hujus nominis ſecundus Poligniaci Vicecomes octogenario jam major, vir inuicti animi, qui ab ijs majoribus originem duceret, qui tot retro ſeculis Francico nomini addictiſſimi prima regni fundamenta auxiliaribus armis protexere in Gothos & Romanos. Tùm verò in Anglos & Burgundos auitæ fidei ſollicitus cuſtos, vbi primùm ingruit de hoſtium conſilijs rumor, ipſe cum familia, dum Euocatorum copiæ deſcribuntur Anicium tenuit. Eò breuì confluxit numeroſa nobilium turma: cujus opera primo ſtatim aditu retuſus eſt hoſtium impetus; coactúſque Rochebaronius cum ſuis in ſubjectum vrbi pagum, &

A Vals.

reductam vallem. Quo loco malè ſibi metuens, in Gabalos iter inſtituit, vbi

multas arces ditioni ſuæ ſubjectas frequentibus præſidijs obtinebat. Eódem & ſuos agit Poligniacus, atque hoſtes totis latè agris inſectatus; pugnam detrectantes in vrbem ſociam terrores ſuos abdere coëgit. Oppido Serueretta nomen eſt, leucis ab Anicio duodecim diſſitus locus, frequentibus riuis irriguus, atque illa ætate pro ſeculi more munitiſſimus. Erant verò muri ex inhærentibus vrbanis ædibus perpetua ferè ſubgrundatione protecti: quæ quia tegumenta domorum pleraque ex culmo conſtabant; ex ſtructura natus eſt oppugnandi modus. Muris inædificatæ aliquot moletrinæ, indutis in foſſas vrbis longo aggere profluentibus riuis, agebantur. In earum vnam ſub aquis illatus Vicecomitis juſſu, gregariæ militiæ, ſed animi vir ingentis, cuius nomen inuideri poſteritati non debuerat; ignem, quod mireris, per aquam intulit. Perflabat tùm fortè ea parte in vrbem inſanus ventorum turbo, quem tamen fauentis fortunæ auram jure dixeris. Hunc temporis articulum rei gerendæ peropportu-

Seruerette en Gevaudan, *malè quidam in Velaunis collocant.*

num ſpeculatus Armandus, emiſit incendiarium ſuum. Cuius mox operâ, tam repentinum, tamque vaſtum erupit incendium, vt à moletrina per muros & ſubgrundas propagatâ in vrbem peſte, tota penè exhauſta flammis ciuitas fuerit. Pauci ex hoſtibus initio graſſantis incendij, præſenti ſe cladi ſubduxére, qui auerſa porta equites cum Rochebaronio prorripuere ſeſe; aut ſi quibus per fumi, flammæque vortices erumpentibus ſemiuſtulatis, ipſa noſtrorum commiſeratio pepercit. Indè ad alias arces Burgundici fœderis itum à noſtris, quas ex facili deditas, ſolo æquauerunt vniuerſas. Mox per Velaunos in Seguſianos regreſſi, ipſos Rochebaronij penates, paternam arcem ac domum obſidione cinxerunt; & ad eas fœderis conditiones adegére, vt Francicos animos, & ſibi & Seguſianis vniuerſis reſtitueret; ac Delphino Carolo Sacramento diceret. Cuius tantæ tamque celeris victoriæ gratiæ
14 Maij. ab Armando in celeberrimo Virginis Anicienſis Templo, incredibili populorũ concurſu, ac lætitia Deo habitæ;

ipſi verò victori Armando à Delphino Carolo actæ verbis ampliſſimis, tranſmiſſo qui gratularetur Pariſienſi Decano. Non eſt, opinor, prętereundum, quod certa monumentorum auctoritate comperi, & valebit apud poſteros iucundâ commemoratione maiorum. Priuſquàm incendio flagraret Seruerett a, primos noſtrorum impetus crebris irruptionibus excepit hoſtis, quarum præcipua, tantâ frequentiâ inſtituta eſt, vt creditum ſit vniuerſis copijs in iuſtum, ac decretoriũ prælium hoſtem conueniſſe. Quare ex principe nobilitate qui de noſtris adſciti nondum fuerant ad equeſtrem ordinem, cùm primùm inſonuit claſſicum veteri ac ſolemni more ab Imperatore ſuo baltheis ſuccincti ſunt. Quorum præcipui recenſentur Ludouici tres, Chalenconius Armandi nepos, Turrimauburgius, Vergeſacus. His acceſſere Apſcherius, & Bernardus Armaniacus Perdiaci Comes. Vnde intelligas, quàm falsò traditum ſit à nonnullis hiſtoricis, Perdiaci ductu bellum illud geſtum eſſe. Quippe qui nedum eques ritè inſtitutus

Chalencon, La Tour-Maubourg, Vergeſac.

Guaguin, Dupleix.

eſſet. Quod verò produnt Francici Annales Grollæam Lugdunenſis tractus Seneſcallum, hanc totam expeditionem ſuis auſpicijs rexiſſe; eo temperamento verum fortaſſe dixeris, ſi eidem paria auſpicia cum Armando apud Seguſianos conceſſeris, & eò cum ſuis conuolaſſe afferas; quòd is ager Lugdunenſi præfecturæ ſubeſſet. Nec ſua laude bene merentem fraudari velim Ioannem Langeacum Aruerniæ tùm Seneſcallum, qui numeroſâ manu præſens rem in Gabalis promouit. Traduntur & adfuiſſe Monlaurius Poliniaci gener, Turnoëllus, Flageacus, Sanctabundus, Fayetta, Rochapertus, Bellocaſtellus. Quos omnes nominatim recenſent Poliniacæ domus monumenta; & Ephemeridum Anicienſium auctor: Grollæam haud quaquam prætermiſſurus in recenſendis expenſi rationibus.

La Grollée.

CAP. XXII.

CAPVT XXII.

Spe arcis recipiendæ illecti Burgundi, in fraudem inducuntur.

An.Chr.1423.menſe Aug. Carolo 7.R. Ex Montreletio vol.2. & alijs.

ARx erat Buſſeriana Tinurtium inter & Matiſconem Burgundiorum conatibus objecta. Quam Tholongeo Burgundiæ Mareſcallus cùm vi expugnare non poſſet, auro tentauit. Præfectum aggreſſus, ingentem ſummam & fidei & arci opponit. Promittit Præfectus ſe Tholongeonem cum ſuis in arcem inducturum; & fidem euentus probauit. Sub conſtitutum licitationi diem, clàm ſubmiſſi ſunt à Prætore Lugdunenſi equites quingenti, mille pedites: quas cõmodùm copias auxiliares Carolo ſubminiſtrabat Dux Mediolanenſis. Has ergo Præfectus noctur- Tornus & Mâcon.

Digitized by Google

nis in inſidijs collocat ſecundùm arcem, eâ viâ quam erat Burgundus initurus. Quamquam verò hic vt in hoſtico, & in hominem, quod ipſe animo induxerat, emptæ fidei, ſubtrepidè procedebat, numeroſa cum manu. Captus tamen inexpectato citra caſtri pomœria inſultu, antequam obſides exegiſſet, in arcem cum ſuis inductus eſt; pecunia & apparatus omnis in prædam ceſſit; Tholongeo poſtmodum cæterique, captiuorum proxima permutatione dimiſſi.

Tholongeon.

Petrus à Sancto Iuliano, vult Trenorchium, *eſſe*, Tornus. *Tamen Spartianus in Seuero videtur Appellare* Tinurtium.

Digitized by Google

CAPVT XXIII.

Ficta clade partium, territi hoſtes, vrbem dedunt.

Monſtrel. vol. 2. ſub Carolo 7. 1424.

OBSESSIS ab Anglorum duce Bethfortio Ivriacenſibus, ſuppetias miſit Carolus Alençonio ductore. Is ad nonum circiter milliarium promoto exercitu, ex turmalibus præluſtratores emiſit quadragenos; qui hoſtium caſtra ſpeculati, retulere, ſibi eo numero, & loco videri ſediſſe hoſtes, quo temeraria omnis impreſſio futura eſſet. Quare Franci duces paria cum hoſte facturi, Vernolium versùs copias deducunt, quod erat oppidum eâ ætate Anglicæ ditionis: compellatóque de ciuitate dedenda Præfecto, ſeuerè monent, nullam in cunctatione ſalutem fore; cæſis, diſſipatiſque ad Ivriacum Anglis, nullam à Bethfortio ſperandam, qui ſibi vix cum pauculis, celeri ac

Ivry.

Verneüil.

turpi fugâ conſuluerit : dederent proinde victori oppidum, quod eſſent mora prodituri in certam, fœdámque cladem; prouiderent ſibi dùm liceret. Eſt omnis proxima perturbationi, ſeu lætitiæ, ſeu metus grauitas. Hîc tantus in animos Anglorum irrupit, vt extempore deditione facta, vrbe exceſſerint. Vix egreſſi, cùm (vt conuenerat) fide publica deduci poſcerent, in vicinam aliquam fœderis Anglici vrbem; faceſſere juſſi ſunt, Iuriacenſi viâ, ſuorum ad caſtra.

CAPVT XXIV.

Sua ditione dejectus ab Anglo Blondellus, longè diſſitos Angli ſocios, arcium occupatione multat, & ſuas recipit.

Ex Monſtreletio vol. 2. an. 1427.

VIR perilluſtris & generoſus *Ioannes Blondellus*, Caroli Septimi partes, & naſcendi ſorte, & con-

filio ſecutus, ab Anglo ſpoliatus eſt auitæ ditionis pleriſque omnibus op. pidis; quòd eſſent hæc finitima ciſ- marinis regionibus imperij Britan- nici. Quæ vt reciperet Blondellus, vel ab inuito; non ea ſibi bello pe- tenda, ne victoriam in rerum ſuarum vaſtatione quæreret; ſed longiùs ſci- licet & inter Anglo fœderatos, armis vindicanda. Erant eâ ætate Camera- Cambray
cenſes Burgundicæ, Anglicæque fa- ctionis; quorum toto tractu nullus tùm ſpirabat vel leuiſſimus belli ſu- ſurrus, opportuna repentinis incur- ſibus ſecuritate. Quippe quæ ſo- let eſſe plerumque imbellis. Arx erat inædificata ſitu in rem bellicam La Malle-Maiſon.
peropportuno, ſingulari prorsùs arte, & ad ſpendorem mirabili: cuius cu- ram Antiſtes Cameracenſis commiſe- rat equiti ſtrenuo quidem illi, ſed cuius ſolertiam ſtatus paccatæ cir- cùm regionis diſſoluerat. Hanc Blon- dellus ſibi pignorì deſtinat. Irrepit tacitus cum decurijs ſuorum duabus in circũjectos arci pagos. Illinc noctis & Lunę ſilentio progreſſi per ſtagnan- tes multâ aquâ foſſas, ſcalis in muros

euadunt, & funibus in cortem illapſi pauculos excubitores improuiſo aditu circumueniunt, vinctoſque intra ſpeculam retrudunt: vno deinde alteróve cuſtode addito. cæteri ad diathyrũ penetralis caſtri, quod & ipſum foſſâ perpetuâ, aquiſque erat circumdatum, deſident, donec luce adhuc malignâ janitor ab electo penſili ponte, extrà prodijt. Quo repentinis vndique aggreſſionibus confoſſo, ſucceſſit cum ſuis, hoſtium nemine vno ſentiente, *B*londellus in penitius conclaue, vbi etiam tum decumbebat arci præfectus. Eius deditione, arx demum tutò capta eſt. Quod vbì fama diuulgauit, inſanus ſtupor irrepſit in animos populorum, & Antiſtitis ſimul. Agebat is tùm temporis ad quartum circiter milliare, eo in oppido quod communi caſtri Cameracenſis nomine etiamnum dicitur. Tranſmittit extemplò qui fide publica inquirant ex inſeſſoribus, cuius tandem auſpicijs eſſet arx occupatâ? At illi decuſſatâ cruce cõſpicui, quod erat inſigne *B*urgundicum, Fœderati Principis nomen vſurpare; eò ſe tra-

Catel en Cambreſis.

La Croix de Saint André.

ductos à *B*urgundo contendere, ne breuì Francis arx prædæ fieret, quæ vicinos circùm agros latè prædaretur. Ità eluſis malè opportunis interrogationibus, in arcem & milite & annona muniendam, incubuit Blondellus. Quo vtroque probè paratam, fruſtra niſi ſunt *B*urgundiæ Dux, & Angliæ Rex & Antiſtes obſidere. Dediturum negauit *B*londellus, donec in auitæ ditionis caſtra repoſitus, & ingenti præterea vi auri donatus, vetera damna, & nouas impenſas, reparaſſet. Oppida reſtituit Anglus; pecuniam confecit Antiſtes, cuius mox juſſu arx exciſa eſt. Sic jure callidæ clarigationis, ſua recepit *B*londellus. Repreſailles.

Digitized by Google

CAPVT XXV.

Aurigarum & inſtitorum habitu, militibus agentibus plauſtra piſcibus onuſta, recipitur Carnutum ex Anglis.

Anno Chr. 1431. Monſtrelet. tit. 2. ſub Carolo ſeptimo, Æmil. l. 10.

Chartres. BVRGVNDIÆ Ducibus prodita Carnutenſis ciuitas, anno decimo ſeptimo ſæculi decimi quinti, rem Anglicam in Francos omni ope promouerat. Cùm à municipum duobus, conſilijs & ductu viri in Theologicis eruditi & eloquentis, Ioannis Saracenis ex Dominicana Familia, Carolo eius nominis ſeptimo, poſtliminio reſtituta eſt. Erant ij apud ſuos conuehendis in vrbem mercibus & notæ fidei & gratiæ. Qua tamen vtraque Franco maluêre, vt jure ſubditos decuit, quàm Burgundo, aut Anglo veriùs velificari. Feriam

ſextam per Quadrageſimalis jeiunij dies præſtitutam inuadendæ ciuitati, addixit Saracenus celeberrimæ concioni, ad quam magno apparatu popularis eloquentiæ mirus artifex, ciuitatem vniuerſam jam antè inuitârat, condixerátque ad extremam vrbem in ędem ſacram, à *B*leſenſi via, quâ erat Francus irrupturus, remotiſſimam. Eo celeberrimo conuentu & die, ad portam *B*leſenſem promoti ſunt currus aliquot, vino, frumento, & piſcibus, quos inter Aloſæ erant frequentes, onuſti; ruſticorum ſpecie agentibus militibus. Antecedebant municipes inſidiatores, qui ſub ipſum ingreſſum exemptas de curru Aloſas aliquot, cuſtodibus in manus tradunt: at inter beneuolentiæ rependendæ ſpeciem, occupant agitatores & cædem cuſtodiæ & portam. Signóque proximis ad mœnia inſidiatorum globis dato, priores copiæ in oppidum inuadunt; cæteræ deindè certis ſpatijs latitantes, ad millia vſque militum quatuor. Captæ vrbis ſtrepitus concionem diſſoluit; vires; & ſtupor ciuium & noſtrorũ ſolertia eliſit; qui Blois.

quadrato agmine omnia, antè, tuta vrbis loca perrupêre, quàm ſtare ciuis aut præſidiarius in armis poſſet. Acceſſit quoque dolo militari, & bellicæ fortitudini, publica pacis mentio, cuius vnam vocem obuijs quibuſque obtrudebant Franci.

CAPVT XXVI.

Angli præſidiarij aliquot, in proximum arci ſtagnum progreſſi, à Francis capti, ad arcem ſiſtuntur; reſiduam ſuorum manum caſtro cedere cogunt.

Ex Gaguino lib. 10. in Carolo 7.

ESSAYVM arcem militaris ſolertia Francis reſtituit, quâ tempeſtate reduci fortunæ Gallia tota paſſim litabatur, Caroli ſeptimi auſpicijs. Erat caſtrum illud Alençon. Alençonicæ ditionis, ab lacu ſeu

ſtagno non longè diſſitum. Eò fortè vel animi gratia, vel annonæ ſubuehendæ, profecta præſidiariorum manus, & vnà etiam ordinum præfecti aliquot Anglicæ nobilitatis, ſuis ipſi retibus impliciti, manus ſimul, & arcem Francis dedêre. Dux enim Alençonij, cui plurimùm doleret, ſua in hoſtico jam tot annos eſſe; imminebat inuictâ curâ omnibus rei benè gerendæ vijs; cùm audit opportunè de illa Anglorum piſcatoria excurſione certum nuntium. Inuolat illico armata equitum, peditumque manu, & occultis ad ſtagnum itineribus, improuiſa indagine & ſtagnum & Anglos cingit. Ad arma primùm conclamatum eſt ab Anglis.

Nec ſat rationis in armis: Virg. 2. Æn
Cùm plena ea littora, multo
Bellatore *forent diſperſi cominus algæ* Iuven. Sat. 4.
Inquiſitores agerent cum remige nudo
Non dubitaturi fugitiuum dicere piſcem
Depaſtumque diu viuaria Caroli, *&*
indè
Elapſum, veterum ad dominum debere
reuerti,

Dedititios igitur piſcatores, & ſuorum etiam retium deuinctos funibus, ſiſtunt victores ad arcem, & captis extrema omnia minati, cæteros præſidiarios expiſcantur, & caſtrum occupant.

Idem. *Obſtitit intranti mirantum turba parumper*
Et ceſſit; facili patuerunt cardine valuæ.
Excluſi ſpectant admiſſa obſonia patres.

CAPVT XIV.

Elicitis extra arcem Anglis præſidiarijs, arx occupatur.

Monſtreletus vol. 2. An. 1436. ſub Carolo ſeptimo.

PHILIPPVS Burgundiæ Dux, jure ſuo cum ſuis in Francici nominis decus admittitur, dùm gerit in Anglos ſimultatem, armatâ in eoſdem Franciâ. Secundùm Atrebatenſe fœdus, Caletum tentauit Philippus; quo eodem tempore, ductores

La Paix d'Arras entre Charles VII. & Philippe.

limitanei, quorum prçfecturæ ad oſtia Somonæ, Crotoïcum oppidum Anglicæ tunc ditionis, hac arte occupauere. Conſcriptas militum centurias quatuor, è circumjectis præſidijs in hoſtium fines intempeſta nocte inducunt. Hinc ſecundo fluuio tricenos Roberto Queſnoïo ductore in cymbam imponunt, ſub primulam ſtatim lucem. Quæ cùm eſſet ad vrbis conſpectum promota, videreturque in prædam nimirum incubare, eam repentè quaſi arenoſis illiſam, implicitamque vadis, ſtitere Nauarchi: atque vt in fraudem ſimillimâ veri ſpecie hoſtem impingerent, & vltrò in arenam prouocarent; magno ambitu, ſtudioque, collaborare vniuerſi, & ſollicitæ operæ imaginem præferre; ex his deni in aquas ipſas deſilire, corporum niſu obluctari. Quo ſpectaculo illecti præſidiarij, atque oppidani ipſis de muris quaſi de *Podio Circenſi* in arenam deſcenſuri, magno numero, at malè compoſito prorrupere, vltra inſidiarum locum; è quo ſtatim emerſi *B*urgundi, incautos implicuere, nautica hinc, inde littorali

Le Crotoy à la baye de Somme.

Le Sieur du Queſnoy.

manu. Cæſi plerique omnes aut capti. Ab iſtis cognitum eſt, breuem admodum eſſe præſidiariorum numerum: quare conſcripto in trepidos tumultuario exercitu, caſtra promouit ad vrbem Robertus: ac quarto demum die impreſſione factâ, irrumpens obtinuit; atque illinc abacta ingenti præda, mœnibus, muriſque nudatam deſerüit.

CAPVT XXVIII.

Per ſpeciem nocturnæ piſcationis, muri perfodiuntur, & arx capitur.

Ex Chronicis Fr & Hiſt. Nortman. ſub Carolo 7. R. an. 1441.

IN aſſerenda paterna hæreditate, adminiſter Carolo Septimo fuit non inter poſtremos Robertus Bueillius cognomento Flocquettus; R. du Bueil. eum tamen apud Regem peſſimè habuit inuidorum calumnia, recti qui-

dem, vt ſolet obtentu. Verùm cuius tandem criminis apud magnanimum principem inſimularetur vir generoſus, non ſatis liquidò conſtat ex veterum monumentis; hoc vnum proditur, capitalem iracundiam Caroli, extremum neſcio quid molituram fuiſſe, niſi ſe fuga ſubduxiſſet Robertus. Sed hanc fugam, ne transfugium puta: hoſtium inſectatio veriùs quàm fuga fuit. Eburouices Nortmanniæ ciuitatem illuſtrem occupauerant Anglicarum partium fautores. Eò connititur Francici nominis egregius vindex, generoſaque conſilia ſuppari arte, vt ſolebat, explicat. Alluitur ciuitas Eburæ fluuij aquis, amne piſculento, à quo vrbi populoque cognomen. Erat in ea vrbe piſcator inſignis, vel inde notus in vulgus, quòd altero caſſus eſſet oculo. Is ſolitus vtramque oram ſubinde piſcando legere, conuenit, probante clam Roberto, cum præſidiarijs Anglis, vt eam quoque vrbis, murorumque partem quæ erat fluuio impoſita, libero per noctem decurſu, de cymba ſcrutari liceret; prædæ partem liberaliter Evreux.

pollicitus. Ità noctibus duabus exinde conſecutis, exteriorem murum excidit, tenui ſtructura interioris parietis, ad faciliores impulſus relicta. Interdiu craſſioris & majoris retis alterum caput collectis aliquot ſinibus operi nocturno ſolerter objiciebat; illinc explicato per totum alueum ſinüamine, extremum alterum aduerſæ ripæ illigatum erat. Tertia demum ineunte nocte occupandæ ciuitati præſtituta, quod ſupererat muri perfoſſum & depulſum eſt, ea magnitudine quæ grandioris etiam molis homines, facili corporis inclinatione armatos excipere poſſet. Hac via ſubiere tercenteni Flocqueto ductore, à quibus, partim inſeſſis muris, partim actis cuneis per vicos & fora in Anglorum obuios globos, capta ciuitas, in Caroli jura poſtliminio redijt; cum eodem Principe Flocquettus in gratiam. Sanè quidem veræ fortitudinis ſingulare facinus eſt, Principis iram ſeu juſtam, ſeu fictis criminibus irritatam, ità declinare, vt Principis in te odium, tuum in patriæ amorem accendat, acuat induſtriam

induſtriam, ſolertiam exaggeret. Boni contrà Principis eſt, iram ſuam condonare patriæ, pro bene merente de ſe ciue, deprecanti.

CAPVT XXIX.

Per ſpeciem admittendi in vrbem obſeſſam Francici exercitus, illuſuri Angli, ſeriò illuduntur ipſi, & ab vrbe expelluntur.

An. Chr. 1449. menſe Oct. Monſtrel. vol. 3. in Carolo 7. Gag. l. 10.

ARGENTANVM obſidente Dunenſium Comite, malè conueniebat oppidanos inter & præſidiarios Anglos; hos illis ad dedendam vrbem ſolicitè perurgentibus. Quo rerum cardine Anglus vna tentauit opera, & hoſti ſuo & ciui tandem illudere. Francorum obſidentium vires ſi graui aliqua clade fre- En Normandie. Le Comte de Dunois.

Ca

giſſet, facturus videbatur oppidanis animos in rem Anglicam promptiores. Deditionis igitur ſpem certam facere, vltrò cum Francis per oratores agere, crebris vtrinque legationibus & colloquijs tempus extrahere: diem tandem & vrbis locum ſubeundæ præcipere. At oppidanorum primores aliquot quibus Anglicana fraus ſuboluerat, & inſidiarum vrbanarum apparatus; Anglis de proxima deditione pro muris cum Francis agentibus, extremos è regione vrbis muros clàm conſcendunt; ſubleſtæ fidei conſilia expromunt; Francos enixè rogant, vnum aliquod militare ſignum ſibi concedant, & ea tantùm parte in vrbem ineant, monent, cui præfixum ſignum proſpicerent. Cauerent imprimis ne deſignato ab Anglis loco ſibi ſuccedendum in vrbem putarent; paratas ſibi illic intelligerent inſidias, in grauem oppidò cladem erupturas. Promptos paratos aliâ viâ ciues Francis tutò excipiendis. Credito, ſigno, fides habita ciuibus. Sub ipſum autem ingrediendæ ciuitatis tempus, ex inita conuentione præſcriptum, ſuos in

duas acies præcipuas deſcribit Dunenſis, clàm hoſte tamen. Alteram ab Anglis conſtituto loco admouet, ſed cunctabundam; alteram girato agmine in oppoſitam è regione partem circumactam in muros & vrbem ſubire mandat, quo loco impoſitum cernerent Franciciæ militiæ ſignum. Ità inductis in ciuitatem Francis, irrita fraudatio ſtuporem ſimul, & trepidationem in Anglos intulit Quos etiam arcis tutela, in quam curriculò ſubterfugêre, Francicis armis ſubducere non potuit & fraude & fortitudine defectos. Admota enim derepentè in turbatos muralis machina, murum perfódit in eam amplitudinem, quæ vix quidem currum admitteret. Hàc tamen perrupit Francicus impetus, & in eam deditionis ſortem Anglos adegit, penetrali turre abditos, vt vix Scipionibus ſingulis innixa vita permitteretur. Le bâton blanc.

CAPVT XXX.

Pontem Arcuenſem occupat Floquetius, indutis lignariorum fabrorum veſte militibus.

Gaguinus l. 10. in Carolo ſeptimo. Æneas Syluius.

SAPIENTER admodum à Blaſio Monlucio pronunciatum eſt, tum maximè locum eſſe ſollicitæ ſolertiæ, cùm de pace aut deditione agit hoſtis. Fecit enim non illaudabilem dolum conſuetudo; per ipſam nimirùm congreſſus de pace ineundi ſpeciem, in hoſtem graſſari. Quo jure ſæpius injuriam ab Anglis paſſi noſtrates; reponendæ injuriæ anſam inuasêre Caroli ſeptimi ætate. Conuenerant vtrimque Oratores Lupariam, cùm Robertus Bueillius notiori apud hiſtoricos cognomine Floquetus, pontem arcus vicinum

Louviers. Robert du Bueil

Lupariæ ad Sequanam oppidum & ea tempeſtate munitiſſimum, felici arte occupauit. Ex ploſtrario quodam vectore, qui merces in vrbem frequentiſſimè conuehere ſolitus, diuturna neceſſitudine præſidiarios pleroſque irretierat, accepit, inerti prorsùs cuſtodiâ & incautâ, vtpote à ſecuris, vrbem teneri. Cauponem item ipſis ſub mœnibus habitare, qui, quòd eſſet ab Anglis contumeliosè vexatus, in rem opportunus videbatur. Apud hunc jam antè adornatum & ſpe ſuauiſſima vindictæ illectum, diuertere juſſit ſub veſperam vectorem Floquetus; & vnà generoſæ indolis & intrepidæ conſtantiæ milites aliquot, fabrorum lignariorum veſte, & inſignibus indutos. Ipſe ſub extremam vigiliam in proximo conſito arboribus loco, cum quingentis equitibus reſedit; ad alteram quoque Sequanæ ripam, delectam manum in inſidijs collocauit, hoſti detinendo, ſi quid detento fortè opus eſſet. Dubia adhuc luce plauſtrum agitur & cauſante plauſtrario merces inferendas, vt promiſiſſet; celeratò, vel data

dit Flocquet, ab vrbe *Floc-ques.*

graui pecuniæ ſumma, ſi emendus eſſet matutinus aditus. Cuſtos ad notam hominis vocem, maluit officio ſuo deeſſe quàm lucro; priores ad fores procedit, citeriorum cuſtodiam Anglo de more tradit. Admiſſus inter vtraſque plauſtrarius, currum tantiſper ſiſtit, dum nummos expendat. Hîc conſilio, Britannicæ monetæ nummum è marſupio in terram abijcit, quem cùm illicò ſatageret vigil colligere, pugione confoſſus eſt. Fabri intereà lignarij duo, vectoris antè interpoſitâ fide, interiores ad fores progreſſi, momento temporis eodem Anglum cuſtodem intrepidè conficiunt; & oppidi portæ inſidentes, per eos milites qui aliena fabrorum ſpecie, vrbi certis interuallis ſuccedebant, Floquetum admonent. Is citatis equis in vrbem inuectus, vrbem arcémque juris Gallici facit; cæſis vel captis præſidiarijs pene vniuerſis, ſupremæ etiam inter Anglos nobilitatis viris principibus interceptis.

Digitized by Google

CAPVT XXXI.

Vernolium capit Breſæus, generoſâ per muros; & callidâ molitoris vrbani operâ.

Anno Chr. 1449. Monſtrel. vol. 3. in Carolo 7. Gag l. 10. Æmil. 10.

VERNOLII muris inædificata erat vrbana moletrina cùm Angli præſidiarij vrbem & arcem obtinebant Carolo Septimo Rege. Huius cuſtodiam proximorúmque murorum commiſerat vrbi Præfectus ipſi piſtrinario molitori, ratus publicæ rei tutelam cum priuata certiorem fore. Secus tamen quàm informârat animo conſilium ceſſit. Publicam rem corrupit priuatæ amor. Fortè nocturnus excubiarum luſtrator Anglus in molitorem ſomno ſopitum inciderat, & plagis ignominioſè mulctarat. Is conceptâ ex tempore injuriæ vindictâ, tacere primùm, tùm In Normannia.

ſuo ſibi quaſi ſomno ſuccenſere, majorem impoſterùm ſolertiam polliceri. Somnolento fides habita, vigilem fecit. At quam contumeliam ſomnus intulerat, ad vindictam excitauit. Prodendæ ciuitatis conſilium ad generoſum virum & Franciçæ rei tutorem egregium Petrum Breſæum Pictauorum præfectum defert. Condicitur ad Iulij viceſimum nonum. Quo die primulâ ſub lucem equeſtres copias ad muros moletrinæ vicinos, ſemotis equis in pedes abjicit Petrus. Molitor excubiæ præpoſitus, ſocijs cuſtodibus auctor eſt rei diuinæ maturandæ, quòd eſſet hic Dominicus dies, & ſubiungit pietati jocos: feſtiua jentacula frigeſcere ſolita, adultâ jam die de ſacra æde redeuntibus. Sapuit cuſtodum palato tam boni præfecti liberalitas. Decedunt de ſtatione ſinguli. Tum properè ſcalis in vrbem euadit Breſæus, cum delecta ſuorum manu ipſe princeps; & ſemiſopita ciuitate potitus ad arcem irrumpit, quò ſe trepidus hoſtis receperat. Caſtrum erat omni arte præmunitum, depreſſis in magnam altitudi-

Pierre de Brezay Senéchal de Poictou.

nem foſſis, inductiſque in eas aquis: At Breſæus, quòd nulla in promptu ſuppeterent curulia tormenta, ſtupente Anglo, actis mirabili arte cuniculis, aquas aliò deriuat, & ſicco ſucceſſu arcem aggreditur. Ceſſit inuicto robori murale præſidium, & perruptis prioris munimenti propugnaculis, compellitur hoſtis poſtremò in turrim penitam, foſſa item & aggere ſuccinctam. Hîc deindè pari virtute obſeſſus, dejectus tandem eſt Auguſti viceſimo tertio. Vt noſſes auitam Breſeanæ familiæ virtutem, quæ incautum hoſtem ſolertia inuadat, paratum elidat generoſitate, frangat conſtantiâ reluctantem.

Ænéas, *Auctor antiquiſsimus in Commentario Tactico & Poliorcetico ſic præcipit. cap.* 38. Qui de muro pugnant, varijs hortatibus, pro cujuſque meritis ſunt excitandi; alios laudabis, alios rogabis: ira verò neminem inferioris ſortis proſequéris, quippè alacritatem pugnandi hoc illis pacto imminueris. Quòd ſi propter negligentiam, aut immodeſtiam in aliquos oportuerit animaduertere; in eos

potiùs qui in ciuitate plurimùm poſſunt, animaduertito. Simul alios quoque exemplo terrueris.

Iphicrates Dux Athenienſium, cùm præſidio Corinthum teneret, & ſub aduentum hoſtium ipſe vigilias circumiret, vigilem quem dormientem viderat, transfixit cuſpide; quod factum quibuſdam tanquam ſæuum increpantibus; *qualem inueni*, inquit, *talem reliqui*. Epaminundas Thebanus idem feciſſe dicitur. Frontinus lib 3. cap. 12.

CAPVT XXXII.

Admiſſi pſeudothyro Franci, præſidiarios exercitationis gratia in vnum coactos, quaſi indagine capiunt; & vnà arcem.

Gaguinus, & Hiſt. Nortmanniæ ſub Carolo 7. 1449.

Longny. LOGNIACVM caſtrum pro ſeculi more firmiſſimum, obtinebat,

Digitized by Google

eques Franco-Normannus Sanctomarianus Soceri ſui Franciſci Surianni cognomine Aragonenſis Anglicarum partium Ducis, legatus. Is apud Petrum Brezæum, de arcis deditione pactus; hunc in modum tutò rem totam tranſegit, incruento prorsùs dolo; quod vnicè Sanctomarianus ambierat, cùm inter ſancienda fœdera, pangendaſque conditiones prędicaret, inhoneſtas ſibi videri, etiam ad legitimũ-domium defectiones, quę innoxio ſanguine ſancirentur, eorum qui principum ſuorum arma legitima tractarent. Eo igitur qui erat inſonti deditioni præſcriptus, die, Anglos præſidiarios conuenire jubet vniuerſos quaſi ad luſtrum condendum, in atrium ſeu cortalem aream ſub ipſam arcem, locum muris hinc, inde arcis mœnibus conſeptum. Intereà admiſſi pſeudothyro in arcem per adornatos à Sanctomariano Franci circiter quadringenti, tutiores quaſque occupant ſtationes. Erat inſoliti ſtuporis, buccinas de ſuperioribus ſpeculis Francicùm increpantes ex-inopinatò audire; at mox tacito progreſſu ſpęctare

Le Sieur de Sainte Marie.
F. de Surienne, dit l'Aragonnois.

Digitized by Google

ſigniferos toto circum cortem muro de pinnis ac propugnaculis liliata vexilla ſuffigentes. Sammarianus ipſe è mediâ caſtri contignatione, arma Anglos jubet abijcere, auctore ſe deditam arcem profeſſus, quòd & veterem dominum reſpiceret, & fraudatum ſe tot annos ſtipendio, jure quereretur. Cunctantibus, vim paratam oſtendit; demum de ſalute & incolumitate pactus, honeſta ſe illos in cuſtodia tandiu habiturum edicit, dùm eſſet in ſingula capita precium redemptionis allatum; cui tamen & modum faceret, annui dumtaxat ſtipendij. Erant verò præſidiarij præter propter ducenti; quos omnes captiuos eadem in arce detinuit, donec repræſentata eſt condictæ pecuniæ ſumma. Socrum autem ſuam, quæ tùm fortè intra arcem intercepta eſt, honorifico comitatu ad Aragonium conjugem remiſit, multis de genero muliebriter queribundam. Neque diu pòſt Aragonius ipſe Sammariani Socer, ad Francos defecit.

Digitized by Google

CAPVT XXXIII.

Recepta de Anglis arce, noui delectus milites in ſupplementum præſidiariæ militiæ ſuperuenientes, in ipſo arcis portu capiuntur.

Ex Monſtreletio vol. 3. an. 1449. Carolo 7. Rege.

ACCEPERANT fortè præſidiarij Dieppenſes Galli, proximo in oppido *Feſcampo* non conſtare numerum ſuum Anglicanæ militiæ; ſed alijs aliò euocatis, alijs morbo ſubductis, ad pauculos deuentum eſſe: at breuì ſupplementa ex Britannia majori ſubmittenda. Hunc temporis medium articulum aucupati Franci, ex improuisò irrupere: vinctiſque qui ſupererant Anglis, Oppidanos in Caroli fidem recepere, magno vtrimque ſenſu reſtitutæ libertatis, & aſſerti Francici nominis.

Dieppe & Feſcamp en Normandie.

Hinc pronum fuit, noui delectus Claſſiarijs ex Anglia in portum appellendis, fucum facere. Quamquam enim prægeſtientis animi non eſt internos affectus occultare; & lætitia vehementior ſeſe vel inuita profert, ac prodit; vbi tamen multiplex eſſe poteſt lætandi cauſa, hæret dubius in exporrecta fronte ſpectator: aut ſi ſe amat delicatiùs, in ſe auctore frequenter adlubeſcit. Ità prorsùs euénit, cùm ſubeuntes in portum Angli, altero fermè die à recepta ciuitate; non ſine plauſu excepti ſunt, atque oppidanorum gratulatione. Præſertim cùm de ſpeculis & mœnibus affixi Anglici Leones excubare viderentur; nihilque innouatum appareret in re militari, aut vrbana. Exſcenſione igitur facta, extemplò circumuenti ſunt à Francis, & in cuſtodias diſtributi, militares nimirum; at detractis baltheis. Centeni erant præter nauticas operas. Capti vniuerſi vnà cum hoſtili nauigio.

CAPVT XXXIV.

Dum præfecti arci colloquuntur de deditionis conditionibus, fraude eliciuntur præſidiarij milites, & arcem deſerunt.

Ex Belcario L.26. Thuano L.13. & vtriuſque calamo. An.1544. 3. Idus Iulij. ſub Henrico 2.

MARIA Angliæ Reginâ in manum Philippi conuenientе, Pater Carolus Imperator, maritales filij tædas, in commune Galliæ incendium ventilare ſtuduit; & Anglos in ſocietatem adſciſcere. Cujus fœderis nouos conatus vt anteuerteret Henricus, vltro in hoſticum duxit, variaſque antè occupauit arces, quàm juſto exercitu congredi Carolus auderet. Obſidio princeps ea fuit quæ ad Dionantium illata. Hiſpaniæ Principis.

Dinant ſur Meuſe,, du Dioceſe du Liege.

Vrbs eſt ſecundum vlteriorem Moſæ ripam porrecta, quæ arcem rupi vndique ferè præruptæ impoſitam ambitu ſuo complectitur : qua parte ad eam acceſſus eſt, duobus prominentibus propugnaculis, & profunda admodum foſſa egregiè munita erat. Oppidani ſiue Gallici nominis odio, cui tamen ſub Ludouico XI addicti fuerant, ſiue innatâ animi ferociâ, quòd decies ſepties à Regibus ac Cæſaribus ſeſe obſeſſos, toties eos repuliſſe gloriarentur, ſuperbiæ & immanitatis plenum reſponſum Niuernio, qui priores duxerat copias, cùm dediſſent, commanſuros ſe lubentes & Niuernij, & Henrici jecora: reliquum erat, vt temeritatem audaciâ tuerentur; quæ tamen non diu inulta fuit. Nam cùm Niuernius & Iametius propiùs luſtrata arce, vterque periculum vitæ adijſſent, ſcloppeti majoris ictu ſuffoſſo Iametij equo, poſtridie quindecim tormentis cis flumen ad eam partem, quæ fluuium ſubjectum habet, & totidem trans Moſam, quà Septentrionem ſpectat, admotis, biduúmque continuata verberatione, ac

M. de Nevers.

ac dejectis duabus turribus, inſultus factus eſt, in muri ruinam decem duntaxat pedes latam, verùm aditu perdifficilem, quòd tormentariæ pilæ, muri ima quatere non poſſent, & ad haſtæ altitudinem præceps admodū rupes conſcēdenda erat. Oppugnatio tamen decreta eſt, quam viri acres Saragoſſa primæ cohortis Signifer, Malgero, Gordius, Mola, Fortius, ſtrenuè obierunt; repulſi tamen & plerique cum prioribus quatuor vulnerati. Fortius cæſus, cuius vexillum cùm tres eiuſdem cohortis milites ſibi inuicem ſuccedentes ſuſtuliſſent, cæſi quoque fuerunt, quartus felicior vexillū retulit. Cùm Colinius eos denuò hortatus eſſet, vt auitæ virtutis memores præſentem Regem adeſſe ſibi perſuaderent, ipſe primus ad ruinam vadit, cum Mompeſatio qui vltro ſignum arreptum muro intulit; cumque ambo in ſummum enixi eſſent, & expectarent dum miles exemplo incitatus ſubſequeretur, ſuperueniente nocte nihil agi potuit. Interea oppidani, qui nullam ſalutis ſpem viderent, deditionem faciunt vitam ſal-

uam pacti & incendium deprecati. Introducti protinus Duraſius & Boiſſius cum ſuis peditum cohortibus, qui vis oppidanis ne fieret, prohiberent. Poſtridie redintegrata ad arcem verberatione, egreſſi Flojonus arcis Præfectus, & Hamolius Germanorũ Dux, qui diu de deditionis legibus altercati, in has tandem conuenere: vt arma, tormenta, ſigna relinquerent; cum enſe & pugione exirent. Erat in arce Iulianus Romerus, qui fruſtra conatus Mariæburgo ſuppetias ferre, inde excluſus, Dionantium ſe cum ſuis contulerat. Is, quòd olim coram Franciſco Primo ad Fontem-Bellaqueum duello certaſſet, noſtris non ignotus, colloquium cum Mommorantio poſcit: & multa de gentis ſuæ dignitate, & militari gloria prolocutus, non nihil etiam Mommorentio ab armorum ſcientia, & ſumma præfectura adulatione blanditus, arma ſuis ac ſigna concedi petit. Verùm ille qui hanc gratiam Hiſpano fieri nollet, mirari ſe ait, quî homo adeò rei militaris peritus militiæ leges turpiter ignoraret, aut flagitiosè diſſi-

Les Sieurs de Duras & Boiſſe.

mularet; abſurdum eſſe quod petit; hoc enim ſummum jus armorum eſſe, vt victus à victore leges accipiat. Dum Romerus haud ſatis conſultus inutili verborum concertatione tempus terit, Mommorantius, qui vereretur ne Hiſpani obfirmarent animos, eos interim per Bordillonium & Rabodangium ſollicitat, & vt maturè ſibi conſulant, hortatur, jam enim Romerum ſibi & paucis ex amicis conſuluiſſe, cæteros arbitrio permiſiſſe victoris. Quod vbi illi intellexere, à ſuo ſe Duce deſertos rati, in eaſdem conditiones, quibus Flojonus & Hamolius exierant, conſentiunt, & deditionem faciunt. Tum verò Romerus deſperabundo ſimilis, cùm peteret vt arci reſtitueretur, ſe paratum oſtendens eam cum ſuis defendere: id verò Regem conceſſurum reſpondit Mommorantius, ſed ea lege, vt ſi expugnaretur, ipſe cum ſuis laquei pœnam ſubiret. Ita mitigata hominis vani ferocia eſt, & ipſe in pœnam temeritatis, atq; imprudentiæ captiuus apud noſtros detentus, quod debebat vniuerſo exercitui ludibriũ, abundè perſoluit.

CAPVT XXXV.

Franci hoſtiles amictus induti, & erepta ſigna præferentes, aditum ſibi ad arcem hoſticam faciunt.

Ex Vincentio Carlois, & Auguſtino de Paz. An. 1552.

OBSIDENTE Metenſem ciuitatem Carolo Imperatore, variis ab hoſte circum vniuerſa caſtra ſtatiuis, oppida non pauca tenebantur. In ea ſæpius procurſationes inſtituit Vetuſvilla Eſcepæus, exitu non infelici. Erant tùm Lotharingi in eo bello medij, vnde & noſtri ſuis etiam Præſidiis eorum nonnullas vrbes quaſi fidei obſides, inſederant, hoſtes item nonnullas; atque inter præcipuas hi Muſſipontum, militiæ Præfectis Fabricio Columna Italo, Adelphonſo Arbolanqua Hiſpano. Vtriſque fucum fecit Vetuſ-

Eſcepeaux Marechal de Vieilleville. V. Cap. XXIX. Cent. I.

Pontamouſſon.

villa, vtriſque cladem confecit, inſignem ſanè, & ſeculorum memoria non indignam. Iuſſus erat Vetuſvilla copias ſuas Tullum deducere, oppidum in Leucis ea ætate non admodum munitum, ſi quid in illud moliretur hoſtis. Cuius conatibus vt anteuerteretur, inſpectorem adornauit Vetuſvilla, qui Muſſipontum adiens ſpecie occulti transfugæ, operã ſuam offerret ad Tullum intercipiendum. Atque vt fidem apud hoſtes faceret, infenſum ſe ſimulauit Francis, quaſi nuper fratrẽ ſibi ſuum proximi oppidi ciuem, fictis criminibus reum peractum, ſuſpendio ſuſtuliſſent. Et erat quidam ſanè Eſcepæi iuſſu illic in furcam actus, cuius ſe fratrem ſpeculator fingebat. Orare igitur id vnum operæ ſuæ omnis precium, vt cùm Gallum Imperatorem in eorum manus prodidiſſet, eiuſdem ſibi necandi copia fieret. Tam opportunè demum fucatam adhibuit orationem, vt apud hoſtes ſanè quidem non incautos, fidem inuenerit. Tum remiſſus, quo ſtatu res apud hoſtes eſſet, quo iidem animo, quàm expoſito ad fraudem, La V. de Toul.

renunciat. Tertia inde nocte per deuia itinera ad Muſſipontum adit. Quò facilè admiſſus à ſtationarijs, jam antè à Præfectis homini liberum commeatum cōcedere juſſis; monet Veteremvillam poſtridie cum turma centum viginti equitum Moſellam verſus aditurum ad colloquium cum Lotharingiæ Duciſſa propinquo in oppido inſtituendum, de tota belli ratione, vt ne quid contra pacta conuenta imposterum fieret. Locum porrò fore hominis citra periculum intercipiendi: cujus tamen perimendi ſibi iterum copiam fieri poſcebat. Sic ille inter nocturnas tenebras regreſſus, Tullum ſub diluculum tenuit, cùm jam in procinctu noſtri eſſent. Progreſſis ad ſextum ferè milliare, mentem ſuam aperit Veruſvilla, & centurias equitum duas in inſidijs ſaltuoſo loco collocat, peditum tres in oppido viæ imminente; oppidanis omnibus ad vnum, intra concl aue vnicum occluſis, ne quis ad hoſtes nuncius irreperet. Tûm verò vlteriùs viam pergere inſtitit cum turmalibus ſuis centenis admodum, ſed præcipuæ illis & vir-

tutis & ſolertiæ. Vix erant emenſi tertium inde milliare, cùm venére in conſpectum præcurſoriæ hoſtium turmæ. Ad arma extemplò vtrimque clamatum. At ingruentibus equitum hoſtilium centurijs tribus, priùs in manus quàm veniſſent anteſignani, regreſſum proclamari jubet Gallus. Hoſtis fugam interpretatus, inſectari cœpit paulò vehementiùs; cujus gradum imitati noſtri, quò illi velociùs inſequebantur, eò videlicet incitatiùs ipſi progredi. Donec vltra inſidiarum locum, & ab his, & ab illis proceſſũ eſt. Tùm verò pugnæ ſignũ dari juſſit Veruſvilla. Quã ipſe vix aggreſſus erat, cùm è varijs locis, in hoſtem incurſum eſt ab inſidiatoribus. Cæſi equites ſupra ducẽtos triginta, ſuperfuere vulnerati vigintiquinque, capti reliqui cũ ipſo duce Fabricio Columna. Hi omnes in vinculis ab vno equitũ cuneo, & cohorte peditum vna, dum abducuntur in proximam ſtationem noſtrorum; Eſcepæus majora etiam molitus trophæa, quicquid candicantis coloris, in faſcijs, & vexillis erat, occultari jubet, præter ſigna eque-

Digitized by Google

ſtria quatuor, quæ quaternis gregariis militibus, ignotis illis quidẽ hoſti, ſed notæ ſibi fidei, & conſtantiæ tradit: ductore eodem de quo antè dictum eſt, inſpectore, cui Sallignio nomeu erat. Iuſſi hi quinque concitato curſu Muſſipontum procedere. Ad primum ab vrbe lapidem, effuſis habenis, portæ vrbis ſubiére, inter feſtas de victoria voces, quas, apud obuios ipſi, quas obuij quoque certatim iterabant; & captum à Fabricio Veteremuillam gratulabantur. Admiſſi cum plauſu hi quinque per ſpeciem imponendi capta vexilla de ſuperiore loco ipſi portæ, cratem ferream irretiuére alij, alij mobili ponti moras objecére, vt erat imperatum. Interea Alphonſus Hiſpanarum copiarum Præfectus, hoc tam fellici, vt quidem rebatur, exitu accepto, vrbe etiam ipſe cum aliquot equitibus obuiam victori ſcilcet Fabricio iturus egreditur; & ad alterum ferè milliare à noſtris exceptus eſt, & cum ſuis detentus; antequam ſui Francos agnoſcerent, quòd erant Franci purpureis omnes inſigniti faſciis, & vexilla

item deleti exercitus præferebant. Neque hîc ſtetit victoriæ curſus. Itum eodem impetu fauentis fortunæ ad Muſſipontum, Illinc effuſa ciuitas intra pomœria, & ſi quid ferè reliquum eſſet præſidij, plauſum edebat. Pauci in armis erant. Illi quoque turbæ illuſum eſt. Agebatur in Priori equitum cuneo medius inter denos robuſtiſſimos equites Alphonſus captiuus, manu propria ſuum ipſius vexillum præferens: quo in ſtatu, & Hiſpanico toto equorum, ſeſſorumq; apparatu, coactus eſt, prætentantibus, ſi quid ſecus auderet mortem qui circumſtabant, victoriam inclamare, ac cederent loco, iubere. Quod & præſtitit. Ità in vrbem à noſtris alieno in cultu ſucceſſum. At dolore proditæ vrbis, & amiſſæ famæ victus magis quàm à Francis Alphonſus, vitâ ceſſiſſe creditur, cùm poſtridie exanimis in cubili eſt deprehenſus.

CATVT XXXVI.

Malè opportunè ſubſannans de muro præſidiarius, mulctatur.

Ex Boyuino Villarſio Lib. 2 p. 574. Henrico II. R. Subalpini tractus Præfecto Carolo Coſſæo Briſſaco. An. 1557.

Cony en Piémont.

OBSIDENTIBVS Conium Francis, & muros obſtinatè quatientibus, lentiùs tamen ſolito propter ſtructuræ cõtumaciam aggreſſio procedere viſa, illudendi etiam anſam dedit, & ſubſannandi. Ex ijs præſidiarijs, qui erant *viridi*, vt vocabant, propugnaculo impoſiti, vnus præfidentis præ reliquis impudentiæ, ad ſingulas tormentorum exploſiones, auerſo vultu & proclinato corpore, medio porrecto in noſtros digito, contractis cæteris, exprobrabat inutilem conatum. Non diu ſe-

Le Baſtion verd.

Digitized by Google

rendum ratus hoc gregariæ & Calonicæ petulantiæ genus, vir illuſtris rei tormentarię præpoſitus Calliacus; jubet è cannis octo quæ eam partem vrbis impetebant, ſex duntaxat ferreis glandibus, duas reliquas multo ſilice muniri. Senis ergo illis primùm in muros diſploſis, cùm ſolita corporis auerſione miles illuderet; duæ deinde reliquæ ſiliceam grandinem effudere in dorſi gemella juga, hominemque membratim diſcerptum, miſerando potiùs, quàm ridendo ſpectaculo extulere ſublimem.

Le Sieur de Caillaç.

Poſtica occurrite ſannæ. Perſ.

CAPVT XXXVII.

Arlonenſes præſidiarij Belgæ, & Angli, in mutuam ſuſpicionem inducti, oppidum Francis aperiunt.

Ex Monlucij Comment. T. I *.L.4.ſub Henrico II. An. 1558.*

THEODONIS villâ deditione captâ, exercitum promouit

Thionville.

Digitized by Google

Arlon. citiſſimè Franciſcus Guiſius Arlonum vicinam ad vrbem; quam militi deprædandam mirabilis caſus objecit. Erant in vrbe præſidiarij ad ducentos Germani, Flandrobelgæ quadringenti, ſtatione & cuſtodia biffariàm item vtrique nationi commendata, atque diuiſa. Quorum vt vires, animoſque diſtraheret Blaſius Monlucius, & in mutuam proditionis, vrbis & ſociorum ſuſpicionem induceret; milites duos Belgicè, Germanicéque ſcientiſſimos, ad vtramque ſtationem intempeſtâ nocte tranſmittit, vno eodemque tempore; qui ſimulato non transfugio, ſed amore in Gentiles, grauiter monerent, de ſociorum anteuertenda perfidia, quippe qui clam cum hoſte paciſcerentur. Ad eam vrbis partẽ vbi curabant Belgæ, perfoſſus erat murus comportandæ in aggerem poſticum, terræ, meatu anguſto per foſſæ decliue & aſcenſum aggeris gradatim deducto, quà ſingulis tantùm in frontem iter erat, vt ab inſpectoribus Monlucius acceperat. Illò dum miles præit Gohaſio ſtrenuò ductori ordinum, & priori manui

Le Sieur de Gohas.

Digitized by Google

tunc perfecto, per intenſas admodum tenebras nubilæ, illuniſque noctis; ſolemni increpatione Belgicâ linguâ, *quis eſſet*, edicere iuſſus, eodem ipſo idiomate amicum profeſſus & Belgam, indolere ſeſe dixit Gentilium vicem quos vnos grauiſſima clades exceptura eſſet, quòd vniuerſi exercitus tormenta ſub diluculum explodenda forent, iam idoneis circum muros locis compoſita; nec verò à ſociis Germanici nominis ſpem eſſe vllam, quibus iam à Gallis ducibus fides ex fœdere data, certò conſuleret, Belgis demtaxat in exitium proditis; in eos enim totam inſilientium molem incubituram: è Germanis Præfectis vnum ſub noctis crepuſculum ad caſtra adiſſe, & ſuorum nomine cum hoſte conueniſſe. Saluti tùm locum non fore, cùm primæ exploſiones muros tentaſſent. Emiſſus curriculo à Belgis ad ſtationem Germanicam Decanus, vbi audiuit militem alium de ſub ipſis muris ſtationarios Germanicè alloquentem, nihil habuit antiquius, quàm vt ſocios de proditorio colloquio admoneret. Hinc

Vaer dar, qui va là? *Frend*, *frend*, Amys. amys.

ſubijt ex tempore grauis inter Belgas tumultus, ex quo conficit noſter, rem ſibi in vado eſſe, ac porrò pergendum. Ergo etiam rogitare, ſibi propinarent ſalutis nuncio, & fœdus primò ſecum, mero ſancirent: juſſus conſcendere bona fide, anguſtam illam, de qua antè, viam aggeris init; at vbi planam in aggeris aream euaſit, & ſcyphus meri plenus allatus eſt; laudauit ingenuam *Guiſij* fortitudinem quam in Theodovillanos exprompſiſſet, eandem ipſi haud dubiè experturi eſſent, ſi matura deditione ſibi conſulerent. Hæc inter verba, Gohaſius, vbì ſenſit affatim ſibi aſſeclarum adeſſe, confertim intra meatus illius anguſtias ſubſequentium, parma militem impulit, infeſtóque gladio exiluit cum ſuis; eodem exclamante milite, & patriâ linguâ *ingenuum bellum* pollicente. Tam inopinata impreſſione percuſſi Belgæ; diuerſi, quà licuit, euaſere. At Germani cùm ſibi à tergo, vrbe potitos hoſtes ingruere intelligerent, vltro ad muros conſcendendos vocare noſtros, adnitentes juuare, admiſſos, per vrbis vicos,

Goutt Chrich, Bonne Guerre.

locupletioréſque domos ad prædam deducere.

CAPVT XXXVIII.

Inductis vltra valuas & lapſilem pontem, ipſam ſub cratem curribus, Matiſco capitur.

Ex Iulio Bullengero L. 1. Aubignao L. 3. T. 1. 1562. Carolo IX. R.

Tavanes L. du D. d'Aumale. Mâcon.

REGENTE Burgundiam Aumalio, Legatus eius Tavanius Matiſconem ex-inopinatò recepit in ſectarios Caluiniſtas. Vbì plerumque noctis proceſſerat, ad vrbem ducit, & ſole verſoriam ad nos capiente, relinquit altero ab vrbe lapide copias; & tria plauſtra, per totidem generoſos ac veteranos milites bubulcorum ſpecie præmittit ad vrbis portam. Erant ea onuſta plauſtra multo tritico in ſpicas adhuc & ſpicarum faſces coacto, altè, vt ſolet cir-

La Porte de la Barre.

cumtextos. Hi porrò faſces vno alteróve communi fune coërciti, vacuum medium plauſtrorum ſpatium inſidiatorum manipulis exhibebant: quod viceni ſpatium inſedere milites. Moniti cuſtodes annonæ accipiendæ, portas aperiunt: quòd ea ſpecies conuehendæ frumentationis, non eſſet inſolens, hoſtili tumultu latè meſſibus & areis campeſtribus obſtrepente. Admiſſi cum plauſtris bubulci; prior ad inferiores valuas reſedit: occupauit exteriores poſterior. Secundus mediam ſtationem è cuſtodię regione tenuit. Ex compoſito prior, ſoluto iugo plauſtrum perculit, ſub ipſa crate ferrea: ne dejecta ſcilicet aditum obſtrueret: mox diſſectis illico funiculis quibus ad ſingula plauſtra triticei faſces illigabantur; exiluere in imparatos militum manipuli tres, infeſtis vndecumque telis; nonnulli de ſuperiore plauſtrorum ſtatione in eos collimabant, qui vi pararent vim repellere, & arma expedirent generoſiùs. Sic vnâ operâ & hoſtium ductores confecere, & ſocios ſcloporum ſtrepitu monuere; Aduolant è propinquo

viginti

viginti cataphracti qui poſt macerias delituerant; & cæſis cuſtodibus, tubæ cantu ſubſeſſores euocant: quibus ingreſſis, in cædes itur Sectariorum, & prædas tota paſſim vrbe; precipuam vim adminiſtrante vindicta, qua ferebantur turmales Tavanij aliquot, qui haud ita pridem cuſtodiæ grauitate, atque diuturnitate macerati, collatis tandem in precium fortunis omnibus, emiſſi fuerant, & ære diruti ferrum in partes tum vocabant, pœnas vnà & pecunias repetituri. Rectè enim eruditus Poëta,

Curandum in primis, ne magna injuria fiat, Iuuenal. Sat. 8.
Fortibus *& miſeris: tollas licet omne quod vſquam eſt*
Auri, atque argenti; ſcutum gladiumque relinques
Et jacula, & galeam; ſpoliatis arma ſuperſunt.

Interamnus & Ponſenacus, eo tractu perduellium duces, aberant tum fortè ab vrbe non ita longè, Heluetijs Bernenſibus è patrio ſolo aduentantibus obuiam progreſſi. Hi verò captæ vrbis

Le Sieur d'Entraigues. Le Vicomte de Ponſenaç.

inopinato nuncio perculſi, & abſentiam exprobrantibus fugitiuis, Heluetiorum copias ab inſtituto itinere in viam Matiſconenſem inducunt; rati victores in prædam effuſos ipſo ſuperuentu non difficulter vinci poſſe. Erat ſanè ita turbatum toto oppido, prædandi cupidine, vt obſeratis dumtaxat portis, pauci admodum cuſtodes è ſpeculis, aut pro pinnis curarent, non tam in hoſtem externum quàm vrbanum, vt ne quis ciuium elaberetur. Proceſſerat interea hoſtilis acies & curulia tormenta ex fœderatis arcibus de via induxerat, ad alterum jam ferè ab vrbe milliarium, cùm tanta derepentè coorta eſt tempeſtas, tanta nimborum, turbinumque procella, tanta imbrium nubiumque copia, fulgurante tonantéque indeſinentiùs cœlo, vt fruſtra nitentibus perduellium noſtratium ducibus, & opportunum inſultibus tempus vociferantibus, breuì diſpalata tota ſit Heluetiorum acies, deſtitutis media in via muralibus machinis. Nonnulli tamen è Gallicis turmis, vlteriùs progreſſi, vrbem ſcalis ten-

tare auſi ſunt, at facili niſu dejecti, hoc operæ pretium fecere, vt emiſſi Matiſconenſes Præſidiarij & horum cuneos deleuerint, & bellica tormenta Heluetici agminis in vrbem egerint. Alij palabundos inſecuti cladem cœleſtem noua clade cumulauerint, Maugirono equitum ductore ad ipſa vſque pomœria hoſticæ ciuitatis, quas in latebras fugam abdere ſuam nitebantur Heluetij. **Le Comte de Maugiron.**

CAPVT XXXIX.

Seditione militari in Duces ortâ, copiæ auxiliares ſæculo proximè præterito in Galliam tranſmiſſæ, in officio continentur à Monlucio, dilatâ impreſſione in vrbem obſeſſam, donec ad caſtra reuocarentur.

An. Chr. 1562. ex Monlucij Comment.

REBELLANTIBVS Gallia tota ſectarijs in Carolum nonum ſub.

miſit fœderato tunc regi & affini, militum aliquot peditum auxiliares copias Philippus eo nomine Hiſpaniarum Rex ſecundus. Eorum ex

D: Burie.

parte opera Buriano Aquitaniæ Proregi addicta, quòd hæc maximè Prouincia ſparſo tot locis bello vexata, præſentem opem exigere videretur.

Agennois & Quercy.

In Nitiobrigibus & Cadurcis ingruebat magno numero rebellis in Burianum; cùm minùs opportuno diſſidio diſtracti ab ducibus auxiliares Hiſpani, partium vires non contemnendâ manu fraudauêre. Obſidebat

Leictoure.

per eos dies Blaſius Monlucius Lectoram oppidum in Nouempopulaniâ ſitu & arte longè munitiſſimum: ad eum properatò Burianus mittit qui ſe hoſtibus imparem eſſe moneat Hiſpanorum digreſſu; ad ſe proindè (ſi biduo expugnari locus non poſſit) obſidione ſoluta copias deducendas. Modum fecit Monlucius & externorum diſſidio & obſidioni conciliandis, vt & ſua Buriano tutela conſtaret, & improuiſo conſilio perculſi rebelles oppido cederent. Obſidendæ enim ciuitatis ea cauſa fuerat. Digreſſi forti

erant è præſidiarijs ſelectiſſimi quique numero fermè quadringenti, vt ſuis è Benearnia in eam Vaſconiæ partem ſubituris, præſtitutâ die ſubſidio eſſent. In eos mouit Iunior Monlucius Blaſij patris miſſu; & cunctantibus Benearnenſium rebellium copijs, in oppidum regredi conatos, aditu interclußt; & malè tutum in pagum compegit. Horum deditione factâ, repentinis caſtris Lectoram circumſepſit Blaſius; & curulium tormentorum diurnis nocturniſque exploſionibus dejectos, duplici ruina muros irrupturus; quò Hiſpanica auxilia ad officium reuocaret, honorifica legatione monet, *Suſtinere ſe ſuorum impetum & ab aggredienda cohibere ciuitate, dum conſortes Gallicæ gloriæ Hiſpanos cupit, præſtitui à ſe inuadendi tempus, eorum in caſtra aduentum; ſperare imprimis ſibi tot bellis notiſſimos gentis animos, gentili decori minimè defuturos.* His litteris monitiſque, à patrio itinere ad caſtra Lectorenſia reuocati; deditâ jam, paciſcentibus oppidanis, ciuitate, conuenerunt. Redintegrata deinceps cum ducibus, agente Monlucio,

gratia; non inutili armorum conſortio Imperatoriam ejuſdem Monlucij ſolertiam approbauêre.

CAPVT XL.

Immiſſa intra vtraſque valuas ingenti copia pulueris tormentarij, & incensâ; vrbs reſeratur & capitur.

Ex L.2.hiſt.Bullengeri.Thuani L.45. Aubignæo L.5. & Litteris Ciuium Aurill. 1569.

Aurillac au haut Auvergne.

AVRILLIACVM Aruerniæ ſuperioris vrbem, intercepere Sectarij anno ſalutis ſupra quingenteſimum & milleſimum ſexageſimo nono. Porta erat in quadrata turri ad præterfluentem amnem, inſidiantibus opportuna: hanc ciues eapropter obſtruxerant, relictis dumtaxat oſtiolis duobus, ad exteriores altero, altero ad interiores valuas.

Illud cõterebrato tabulato perfodére ſegreges, intempeſtæ noctis, & ſilentis lunæ per tenebras, adornato qui proximè muros officinam habebat, fabro ferrario. Eo cum ſuis aſſiduè verſante ad incudem, ferrum; non ſuſpecto, videlicet, per bellica & ferrea tempora miniſterio: ſecuri & ſentiente vigilum nemine vno, centum libras pulueris tormentarij, per exciſum foramen immiſere inter oſtium vtrumque. Mox obſtructo foramine, ductóque longiùs pulueris tractu ſubjectus ignis, contactu repentè ſerpens, oſtia, turrim, muróſque proximos magnâ ruinâ diſiecit. Quà perduellium globus centum quinquaginta irrupit in ciuitatem; fruſtráque obnitentibus, qui ſtrepitu ac fragore exciti conuolauerant, municipibus; captum eſt oppidum, direpta templa, dejectáque: præcipua imprimis cum cœnobio antiquiſſimimo, principi Apoſtolorum ſacra ædes, immani furore; vt pleraque alia loca Deo, cœleſtibúſque dicata, paſſim hoc bello demoliebatur inſana in Deum, hominéſque rebellio. Perculſus inopinatæ huius cladis Thuanus.

Saint André, Thuano; Saint Geran, Aubignaro.

nuncio Præfectus prouinciæ, biduo poſt, ſubitaria caſtra ad vrbem promouit, ratus ſibi cum imparatis rem fore; ſed fruſtra tamen fuit: hanc enim etiam partem militaris ſolertiæ hoſtis prouiderat, magno ſeculi malo, ad ſcelera non magis manu promptus, quàm conſilio expeditus. Vrbem obtinuere ſectarij, tredecim ferè menſes; ex qua tandem dejecti ſunt.

De Baira Sieur du Claux. Guy de Baira, Combes, Molles, Boüeſy, Pizaire, Laparra.

Eamdem tentauere anno deinde ſeculi illius octogeſimo primo, Auguſti ſexto, inani conatu. Repugnantibus magna virtute ciuibus, Duce priore Conſule è Baira Familia, ejuſque fratre natu minore Guidone. Hic in ipſa victoria cæſus eſt, & vnà cum illo Combius, Mollius, Boüeſius, Pizærius, Laparranus. Quorum gratia, die anniuerſaria, ſacra fiunt etiamnum in eo ſacello, quod eſt excitatum ad vrbis muros, in eo ſolo, & ex ruinis ædium in quas ſe perduelles ſactarij receperant, inter fugiendum.

CAPVT XLI.

Refracta crate aluei fontani, & multiplici dolo militari Nemauſus occupatur.

Ex Bullengero Lib. 2. Thuano L. 46. Aubignæo L. 5. An. 1569. ſub Carolo nono. menſ. Nouembri.

NEMAVSVS Ciuitas eſt inferioris Langothiæ, & frequentia incolarum & agri vbertate inter præcipuas jure ſuo recenſenda. Ex illa Sectarij rebelles à Rege Carolo Nono faceſſere juſſi, proximum ſe in Oppidum fanum Ægidij plerique omnes receperant. Inde quaſi de ſpecula patriæ deſiderium alebant infinita cupiditate in omnia expediendi regreſſus attenti momēta. Quibus ita comparatis Maſcaro quidā Cauuiſſonenſis municeps faber ferrarius apud primarios factioſorum profeſſus eſt, inueniſſe ſe viam

Niſmes.

La Ville de Saint Giſles.

Cauuiſſon.

patriæ repetendæ, quam tandem hac explicuit arte. Fons eſt intra ipſa vrbis pomœria ex jugo modicè inſurgente, tanta aquarum vbertate prorumpens, vt citra, intráque ciuitatis muros moletrinis pluribus agendis copioſam perennitatem ſufficiat. Alueo locum præbet ac meatum in vrbem non procul à porta quam vocant Carmelitanam, perfoſſus murus & clathris ferreis obſeptus. Hos ille clathros ſeu cancellos ita præſecuiſſe dicitur. Erãt in vrbe reſidui è Sectarijs quamplurimi plebei ferè omnes, quos infimæ ſortis obſcuritas, & ſuperſtitionis diſſimulatio tectos habebat; diuertit Maſcaro ad eorum vnum conſilij conſcium actorem moletrinæ proximæ; ex ea ad cancellos per interualla nocturna ſilentis lunæ, aut nubilas & ventoſas vt ijs regionibus per Nouembres ſolent eſſe noctes, itabat. Verùm oberat inſtituto labori plurimùm ſtationis vicinia ad proximam turrim, & vigilum, circitorúmque frequentia, quorum vt ſolertiam deluderet; quoties ſe in alueum ad ſecandos cancellos dabat, procedebat

La Porte des Carmes.

ſuccinctus fune; qui perpetuus à caſa molitoris ad ipſos cancellos, per extremam partem inferiorum valuarum ducebatur; huius extremum penes ſe habebat molitor, & intentum operi ſocium adducto laxatove fune, properandum, aut remittendum opus monebat; nimirum cùm horis ſingulis dimidiatis circitor recens muri hanc partem obibat; integris verò horis cùm nouus ad ſpeculas vigil ſucceſſurus, à priore monebatur pulſato tintinnabulo, quod alueo & cancellis ad ſuperioris muri pinnas impoſitum erat, vnde facilè ſecantis ſtrepitus ab ijſdem percipi poterat. Euénit itaque non ſemel, vt poſt reductum funem, obſtinatiùs in opus incumbens turbida licet tempeſtate Maſcaro inaudiretur. At ij, canis hunc eſſe ſtrepitum ſemeſa oſſa adrodentis pudendo errore arbitrati, lapides duntaxat in eam partem projecére. Quorum vt ſtupori illuderet, & audaciam ſuam emendaret, ad hos lapidum projectus, canum, ſtreperam fugam ſuccuſſis inter aquas manibus æmulabatur. Vt verò ne cùm diluceſceret

deprehendi ſecturæ cancellorum poſſent, eas aut cera aut luto diligenter obtegebat. In eum ergo modum aſſidua per noctes quindecim lima, exédit Maſcaro laterales & ſuperiores clathros ſingulos, vnum ſi demas tranſuerſum & rectum alterum, in quos vtroſque crenas tam altùm quidem duxit vt niſu non nimiùm operoſo concuſſa ceterorum tota machina perfringi poſſet, eo tamen temperamento vt ſi vim non inferres immota machina ſuſtineretur. Sic opere abſoluto ſub crepuſculum inſequentis noctis inuadendæ vrbi præſtitutæ, procedit Sanctægidio Saluaſius Sectariorum in inferiori Langothia Dux, cum quadruplici ſuorum centuria, Sancoſmo legato. Reſédit totum agmen inter Olíueta vrbi vicina, dum per præmiſſos duos ordinum præfectos, crates exploratur. Quibus apparata omnia renunciantibus, inſtituit Miniſtellus conceptis verbis ad Deum preces; quo temporis articulo ſtuporis pleniſſima res accidit. Cœlum opportuna inſidijs nubium condenſitate noctis illunis tenebras adauxerat,

St. Giſles au bas Languedoc.
Salvas.
S Coſme.

derepente quaqua verſum tam continuo fragore intonare cœpit, tot ſtrepere fulgetris, tot tamque frequentibus micare coruſcationibus, tot ardere ignibus; vt paſſim attonito milite, & inuiſum cœlo conſilium abominante, receſſus decerneretur. Sed animos de cœlo perculſos impia ſuperſtitioſi præconis Oratio, in vrbis exitium confirmauit, proſperum illud rei feliciter ſucceſſuræ à Deo ſignum eſſe cauſantis, qui nempe luce ſua fidis gloriæ ſuæ aſſertoribus in tenebris, contra veritatis hoſtes præiret. Sic ille improbus rabula garriebat, cujus ad interpretamentum acceſſit præfectorum adhortatio ac ſententia, cùm negarent jam tutò pedem referri poſſe, aleamque eſſe prorsùs intrepidè jaciendam. Quamquam enim cœlo toties illuſtrato deprehendi ſe à præſidiarijs potuiſſe probè intelligerent, ſorti tamen aliquid dandum arbitrabantur, præſertim cùm jam horam totam ſubſidente procella, nil ad muros hoſtile ſtreperet. Sancoſmus igitur cum tribus militum decurijs, Fabro doli fabrica-

tore & exploratoribus alueum, & reuulſa crate vrbem eſt ingreſſus; eadem via Paſſanus centum & viginti milites inducit, & proximam ad turrim quæ inſtar arcis præſidio tenebatur conſedit, vt egreſſu præſidiarios, aditu ciues intercluderet. Sancoſmus rectà ad Carmelitanam portam progreſſus eamdem cæsâ quæ ex Sacerdotibus & plebeis conſtabat cuſtodiâ, refringit, ac Seruaſium cum reliquis copijs admittit. Inde ad coronalem pergit, & centurionem obuiam fortè ſibi factum, qui ad ſtationem ſuorum aduolabat, infeſto ad jugulum pugione, ad teſſerariam vocem proferendam adigit; qua percepta liberè deinde per vrbem vagatus, frequenti ſtrage incautos affecit. Idem ſtationarios aggreſſus, ijs deletis coronali porta calones & lixas & ſi qui reliqui eſſent cum equis excepit; qui pluribus permixti tubicinibus, vt priùs circa muros obſtrepuerant, ac numeroſi equitatus opinionem injecerant, ità per vrbem ipſam diuagari cœperunt non inutili dolo. Santandreanus vrbi præfectus in magna ſuo-

La Porte de la Couronne.

S. André.

rum infrequentia, ducis generoſi ac ſolertis partibus functus, cùm ingruentium hoſtium numero & plebeiorum maximè quos in ſectam pronos vexaſſe ſe meminerat, obrueretur; nec in arcem ſeu turrim receptus pateret, è muro in ſubjectam foſſam deſilüit; vbi mole corporis & ætate grauis fracto crure à ſuis deſertus, ac die inſequente ad ſuas in vrbem ædes reductus, ibidem à furente plebe eſt contrucidatus. Fugato per noctem Santandreano, grauior incubuit, in Aſtulium arci præpoſitum impetus, is tamen vrbanas ædes, in quibus hoſpitari ſolitus erat, tanta virtute deffendit, vt vix vicenis militibus ſuccinctus, immenſam penè hoſtium multitudinem, in ſe vnum irrumpentium, propulerit, atque imminuto deinde numero ſuorum erumpens, portam vrbis Dominicanam duodecim totas horas in multam diem tutatus ſit; donec ſpe omni deſtitutus auxilij, vrbe egreſſus, per poſticum in ſuam arcem, ſeu veriùs turrim vnicam exteriori munimento vt cumque ſuccinctam regreſſus, tertio vix tan-

dem menſe deditionem fecit, ſub deſinentem annum. Hoſtis vrbe potitus inſana barbarie deſæuit, nec finem vllum habiturus furor videbatur, niſi
S. Rome. Sanromanus à principibus Nauarro & Condæo cum imperio miſſus, interceſſiſſet.

CAPVT XLII.

Arx Seueracenſis Colinijs Fratribus prodita, recipitur, interceptis ſuper cœnam ordinum Ductoribus, & præſidiariorum Præfectis, à Franciſca Montalia Caroli Arpajonij vidua.

Ex certis apud Indigenas Monumentis.

Seuerac au haut Roüergue.

SEVERACVM oppidum eſt caſtro munitum, in ſuperioribus Ruthenis, princeps & primaria ſedes Arpajoniæ domus. Quod caſtrum priore

priore ſeculo mulieris vnius audax conſilium prodidit, alterius generoſa induſtria recepit. Socrus illa, hæc nurus. Nupſerat Iacobo Arpajonio Carolotta Caſtroperſia, ex antiquâ & per-nobili quidem familiâ, ſed vitio ſeculi Caluiniana hæreſi infectâ. Ea vbi fato ceſſit Iacobus Maritus, & filius item Carolus, qui Franciſcam Montaliam, ex illuſtri Comitum Aurilliacenſium ſtirpe, vxorem duxerat; cœpit pro ſocrus auctoritate, viduæ nurui audaciùs imperitare, & impuberum nepotum tenellæ ætati grauiùs inſidiari, quàm auiam decebat. Sed, is eſt hæreſeos genius, vt ne ſanguini quidem ſuo parcat, vbi de partium agitur emolumentis. Eo conſilio Carolotta caſtrum illud, & oppidum celeberrimo illi Gaſpari Caſtillionęo, qui tum temporis per eos tractus cum exercitu volitabat, tradidit. Saluo (vt aiebat Carolotta) nepotum iure: eâ tantùm videlicet conditione, vt eſſet quaſi ſtatio, in qua fœderati reſidere tutò poſſent, & excurſiones ex eadem moliri. Gaſpar oppido, & caſtro potitus, vtrique præſidium

Charlotte de Caſtelpers.

Françoiſe de Montal de la Maiſon d'Aurillac.

De Merville.

impoſuit, Præfecto fratre Franciſco Colinio Andelotti Toparcha; homine, & à fratre, & à ſe, & noxio Galliæ, & noto eodem. Iamque ſe aliquot euoluerant menſes ab arce capta, cùm negotij neſcio cuius gratia, abeſſe cogitur Carolotta. Et, quod op-
Milhau. portunius etiam fuit, Amillauium adiverat Colinius ad fratrem Gaſparem, arcis & vrbis cuſtodiâ Legato permiſsâ. Hîc ergo ex tempore Franciſca Carolottæ nurus, ſeruitutem & ſuam, & liberorum, & arcis & populi abominata, de aſſerenda libertate cogitare cœpit. Erat inter ordinum
Maigny. militarium præfectos Maignius quidam Amillauienſis, vir generoſus, & ingenuæ fortitudinis. Is vbi aduerterat Colinium illiberaliùs quàm par erat, cum Montalia, & liberis agere, rei motus indignitate, quamquam inter ſegreges Caluiniſmum profitebatur; illuſtri matronæ auctor eſt opportuni ſanè conſilij, per abſentiam hoſtis, ſuſcipiendi. Et commodùm tenebatur inter captiuos, liberâ tamen cuſtodiâ, nobilis eques Arpa-
Le Sieur de Labrô. joniæ domus cliens Labrouius. Cum

illo igitur,& Magnio conſociatis conſilijs, rem Franciſca ſic adornat. Introducuntur per occultos aditus, exeſis etiam ferreis aliquot feneſtrarum clathris generoſi milites partim è ciuibus Seueracenſibus, vicinorum partim agrorum: qui omnes intra ſecretiora conclauia dies aliquot latuere. Horum deinde opera explicata conſilij ratio, felicem exitum nacta eſt. Paucis ab introducto ſociorum globo diebus, Præſidiariorum numeroſior manus, ad prædationem, ſeu frumentationem, caſtro fortè egreſſa eſt, vt amat fieri, ante diluculum. Tum verò illuceſcere libertati dies viſa eſt Montaliæ. Labrouiũ illa vocat, & vnà cum illo penitiores latebras conſciorũ militũ luſtrat, eſſe in procinctu ſingulos jubet, tres in turmas diuiſos: alteram cuſtodibus ad portam excubantibus incubare jubet, cùm ſignum eſſet irruptioni datum. Alteram præcipua quæque arcis munita loca occupare. Tertiam Labrouio deducendam tradit in triclinium, cùm eſſet à ſingulis accubitum menſæ Iamque alterum appoſitum erat ferculum, cùm dari

fœderatis ſignum per adornatos ſeruos Franciſca imperat. Ecce illico, priores ad cuſtodiam; ad mœnia alij feliciter inuadunt: tertij aulam ingreſſi, ſinguli ſingulos ex-improuiſò occupant; alteráque manu menſales conuiuarum cultros complexi, alterâ infeſtos gladios, aut ſclopulos prætendentes, ſedere immotos iubent, donec Franciſca imperio moneat. At illa, nihil admodum vereri mandat, nihil timeri grauius, vitam ſeſe condonare, licet immeritis non inuitam. Vnum id verò, Colinij Legato in primis injungere; cederet modò ipſe cum ſuis caſtro, cederet oppido. Legatus tam inopinato perculſus ſpectaculo, & caſu, ne hiſcere quidem, ſed cum ſuis extemplò abſcedere. Sic importunos hoſpites, ac dominos exegit è caſtro Franciſca, exegit oppido. Plaudente ſanè fama, & longè, latéque generoſæ mulieris facinus denarrante. Andelotus vbi primùm Millauij de caſu ſuorum inaudiuit, curriculo ad arcis pomœria reuerſus, vocataque ad colloquium Montalia, cœpit ignaua expoſtulatione de ea-

dem queri ; at illa faceſſere illico de arcis conſpectu hominem juſſit, ni extempore faceret minata de muris in eum ſemetipſam majora tormenta exploſuram, feciſſetque haud dubiè, vt paucis ab hinc deinde annis, bis in alias hoſtium copias exploſit, niſi celeratò abſceſſiſſet Colinius. Qui quidem hac arce dejectus, etiam de prouincia deceſſit, ſiue fratris vocatu, vt jactabat, ad majora capeſſenda conſilia, ſiue potius horrore præſentis infamiæ. Sic Montalia domeſticæ libertatis vindex, etiam publicam feliciter aſſerüit.

CAPVT XLIII.

Præſidiarij, præuiſa dedendæ arcis neceſſitate, occultos cuniculos adornauere, per quos in arcem denuo irruperunt.

Ex Aubignæo t.2. l.1. c.11. An. 1573. ſub Carolo IX.

ANNO ſuperioris ſeculi ſeptuageſimo ſecundo, cùm Regis

Caroli edicto Sectarijs rebellibus conceſſa pax illa eſſet, quæ partium duces in fraudem, & juſtam pœnam illexit: obtinebant illi apud Viuarienſes Cheilarium oppidum & caſtrum præfecto Burderio viro induſtrio, & ſagacis ſolertiæ. Is quòd abundè præciperet animo ſibi, ſuiſque de vrbe & præfectura decedendum; bellum tamen idem ipſe intelligeret non multis pòſt annis redintegrandum; ſtatuit ità loco cedere, vt ſua ſibi regreſſum explicaret induſtria, cùm belli aura vel primula perflaret. Ex caſtri ſitu natum conſilium. Erat illud impoſitum rupi multis locis exeſæ atque ſinuoſæ: cuius per anfractus proximè caſtri fundamenta adire fas erat. Ad eos ſinus exciſa eſt interior rupes, perfoſſuſque meatus ad cellarium quod erat medio, ac penetrali caſtro ſuppoſitum. Cujus ora tantâ arte obſtructa ſunt quadratis lapidibus, totíque cellarij ſtructuræ tam aptè coæquata, vt Burderio datus à Toparcha Ventadorio ſucceſſor Mothius comparatæ fraudis admonitus, in ea deprehendenda fruſtra con-

La Saint Barthelemy.

Le Cheilar en Viuarez.

Le Sieur Guilhaume de la Motthe.

Digitized by Google

ſumpſerit operam ſolertium Archi-
tectorum. Qui licet perpetuos muros
bona fide intra, extraque caſtrum
malleis pertentarint, nullibi occultos
meatus eſſe pronunciarunt. Perlato
deinde Carolinæ cædis nuncio, nihil
tamen grauiùs ſtatuit in Sectarios ci-
ues Motthius, quàm vt juberet, aut in
ædem ſacram, & ſacra Catholica ita-
re; aut extemplò vrbe exire. Horum
præcipuos tres voluntarium in exi-
lium egreſſos, ſæpicule apud Burde- Bourdier,
rium vnà conuenire cùm Motthius Pont,
accepiſſet, miſceri in commune con- Douſſac,
ſilia, de communi cauſa intellexit. Suberac,
Ergo & vim & inſidias veritus, præſi-
diariorum numerum auxit; permiſſa-
que vrbis tutelâ ciuibus ipſis, triplici
cuſtodia interdiu, noctúque caſtrum
muniuit. Præſertim cùm exulum præ-
cipui vxor à Præfecto rogata, vbi
rerum verſaretur maritus, truculen-
tiùs reſpondiſſet; haud procul ab
vrbe caſtanearum prouentu diſtineri,
propediem venturum. Hæc eadem
audacula mulier, per ſpeciem inui-
ſendi captiui cujuſdam, in caſtrum
admiſſa; ſcrutata eſt tam curioſè ſin-

Digitized by Google

gula, vt deprehenderit amiſſis fortè majoris cellarij clauibus, exemptas eſſe de valuis ſeras: & quod caput erat, Motthium Præfectum Valentiam abiturum perendie. Cujus opportuni temporis properatò conjuratos admonuit. Hi porrò ſuis in diem tertium condixere. Concubia igitur nocte adſunt ad rupis caſtrenſis radices quinque admodum ſupra quadraginta, & ſcalis in ſinus notos eniſi, ductore Burderio lapides obſtructiles impulere non nimio ſtrepitu, quòd imam cellam ſtringerent ora meatus occulti. Atque inde jam libero tranſcurſu per fores malè obſeratas, quà lubuit erupere; triplici cuneo in triplicem quoque ſtationem. Ad valuas majores, ad ſacram ædiculam, ad penitam turrim. Huius intra conclaue ſedebat tùm ad ignem Præfecti vxor matrona nobilis, cubitùm ſecedere abſente Motthio nunquam ſolita. Pugnatum & hîc quàm cæteris in locis etiam grauiùs; quòd eò jam victores impetum facerent; & mulier generoſa, & ſuo & mariti nomini conſuleret. Tandem ſaluis

Le Donjon.

Ieanne de Dineron du Mas.

rebus, & vita paciſci pro ſe coacta, deditionem fecit; & à victoribus virtutis admirabilitate captis, perhonorificè habita eſt, & ad Motthium deinde deducta.

CAPVT XLIV.

Arcis Præfectus à prædationum conſorte captus, ad arcem prodendam adigitur.

Ex Aubignæo t. 2. l. 4. c. 6. Henrico R. An. 1573.

MAGNO ſemper prouentu perfidia & graſſatio infamare ſolent bella ciuilia. Et ſenſit Gallia ſuperiori ſeculo frequentiſſimè. Montis-Acuti præſidiarij quamquam Catholici veteranæque militiæ, aſſiduis latrocinijs regias vias infeſtare ſoliti, quò tutiùs graſſarentur, vocabant nonnunquam in partem conſiliorum ac prædarum ipſos

Montaigu en Poictou.

adeò Sectarios, ac rebelles. Eo de numero inſigni calliditate vir, cui cognomen patria & commoratio fecerant, Pomerienſis Vaſco dictus, præcipuam cum illis familiaritatem inierat. Qua fretus, in ſpem venit ipſam etiam in arcem Montacutianam graſſandi. Quod animi conſilium cum primoribus partium ſuarum eo tractu, vbì participaſſet, juſſus eſt promouere alacriter: ità porrò inſtituit. Inuitantibus vltro præſidiarijs ad excurſionem in viam Nannetenſem, ſocium ſe Pomerienſis adjungit: qua in excurſione, nummis aureis circiter ducentis ab ſpoliato viatore in prædæ partem receptis, ſuas ſe in latebras abdit; & quaſi gratiam repenſurus, monet, comperiſſe ſe, inſtitorem totius prouinciæ locupletiſſimum, ac celeberrimum ad Fontenæenſes nundinas profectum eſſe; in reditu, ituque noto ſibi in hoſpitio pernoctare ſolitum. Eò cùm remigrauerit, miſſurum ſe tempeſtiuè Montemacutum, qui moneret. Nec verò plures admodum effluxerant dies, cùm celeratò per nocturnum

Le Gaſcon de Pommiers en Poictou.

Nantes en Bretagne.

Fontenay, vbi celeberrimæ nundinæ.

tabellarium commonefecit, fortunatiùs eueniſſe quàm ipſe ſperabat; adeſſe enim hominem, vnà tres alios ciues, & eos quidem è locupletiſſimis: conueniendum proinde haud diſpari ſaltem numero. Captus eſt eo prædæ illicio etiam ipſe Caſtro Montis Acuti Præfectus. Is comites ſibi quinos adſciſcit non inuitos ſanè; & properatò, quà erat iter ſyluam inſidet, nec multum in medio tempus, ecce equitum cuneo circumueniuntur & proximum in caſtrum compacti vniuerſi, diei reliquum tempus eodem loci occuluntur. Nocte jam concubia educitur à Pomerienſi & ſocijs Præfectus ad prodendam arcem ſuam grauibus minis adactus. Siſtitur ergo ad pſeudothyrũ, & vocis noto flexu, & teſſerario verbo agnitus, valuas reſerari jubet, in quas ſe ac ſuos illico induxit Pomerienſis geminato agmine. Irrupere non paulò plures tricenis; quo numero longè major erat in oppido militaris pubis è plebe turba. At capto ſic caſtro, & qui ſupererant præſidiarijs in vincula datis; inſtituta eſt ante lucem irruptio pluribus in

Matelot, Teſſera.

vrbem locis;ac ſtetit in partibus editus ex compoſito tubarum ac tympanorum ſtrepitus, multò frequentior quàm pro numero militum. Dilapſis igitur oppidanorum pleriſque inter nocturnas tenebras,pauculiſque cæſis aut captis, ingens in caſtrum per noctem illata præda eſt.

CAPVT XLV.

Moniti præſidiarij de inſidijs nocturnis, nocte peruigiles tota, ſub lucem ſecuri delentur.

Ex Aubignæo l. 1. t. 2. c. 11. Thuano l. 55. hujus ferè calamo. An. 1573. ſub Carolo IX. menſe Martio.

La Maiſon de Laugieres.

PRÆFVLGET inſigni nobilitate & majorum gloria, apud Viuarienſes Laugeriorum familia. Huius caput ac princeps per dura illa Caroli noni tempora, cùm

Digitized by Google

cæſi ſunt multis in Galliæ vrbibus ſectarij, Villamnouam ejuſdem regionis oppidum Regis nomine occupauit: dejecto per vim Caluiniſtarum præſidio, & præfecto loci Baronio. Is cum cæteris extorribus Mirabellum proximum in vicum ſociorum, ad virum nobilem Pradelam confugit. Vnde tanquam ex editiori loco Villanoua ſubjecta, illis quotidie ante oculos obuerſans, memoriam amiſſæ patriæ renouabat. Tandem Pradella à fabro ferrario monitus, viam intercipiendæ Villænouæ iniri poſſe, ſi clathri ferrei per quos tempore pluuio aqua vrbem pelluens effluit, refringerentur, ſicuti ſuperioribus annis Nemauſi factitatum fuerat, quod totum negotium pauculis horis expliciturum ſe reciperet: Baronium ex fano Priuati, quod vicinum oppidum præſidio præfectus regebat, properatò reuocat, & rem non negligendam demonſtrat. Baronius tamen periculum & difficultates veritus, eam minimè tentandam cenſebat; vel inde maximè, quod id ſine numeroſis auxilijs peragi non poſſet, quæ ſocij

Ville-Neuve de Berg en Viuarés.

Mirabel à trois quart de lieuë.

S. Priuat.

Albenacenſes tranſmitterent : quibuſcum ſi conſilium participaretur, detectum haud dubiè iri. Quod & contigit : rem enim ad Laugerium detulit & rumor primò dubius , & mox à conſcijs non incertus. Laugerius nouo ſupplemento præſidium continuò adauget , & ſuſpectos in oppido in cuſtodiam tradit : tùm aſſiduus in excubijs ſolicitè agendis, complures noctes inſomnes ducit. Demum ineunte Martio cum copiæ conueniſſent, Baronius quoque Mirabellum à Pradella euocatus venit ſub veſperam ; non tamen tanto ſilentio, quin Laugerius de eius & copiarum conuentu certior factus ſit. Qui licet ſæpius deluſus, crebras illas denunciationes inanes laruas eſſe exiſtimaret ; tamen præſenti ſignificatione perculſus , maturè portas claudi jubet, & noctem illam peruigil tranſegit , duplicatis ſtationibus , ac per mœnia & vrbis plateas diſpoſitis. Tum accendi faces per ædium feneſtras paſſim imperat, ita vt vrbs tota colluceret. Et ſanè ſi hoſtes ad horam condictam , ea erat proxima poſt

mediam noctem, adfuiſſent, haudquaquam Laugerium in tanta vigiliarum frequentia fefelliſſent; verùm quod alia plerumque conſilia euertit, Ducum alioqui votis concordantium, ſed in modo ac ratione rei gerendæ diſſidentium, contentio, rem confectam dedit. Nam dum Baronius rem vt difficultatis plenam etiam tum haud tentandam ratus, nouas ſubinde moras comminiſcitur, rem in multam noctem per longas diſceptationes extrahit. Hoſtes igitur per colliculorum, quibus Villanoua circumdatur, anfractus ſummo noctis ſilentio incedentes, iam illuceſcente aurora, ad foramen cancellis ferreis obſeptum accedunt, quo tempore Laugerius eas ſolitas ludificationes credens, cùm noctem ſolicitam egiſſet, remiſſa paulùm cuſtodiarum diligentia, domum ſomno ſe daturus petit; & milites huc illuc, quaſi nihil periculi ampliùs ſubeſſet, ad quietem captandam dilabuntur. Tùm verò clathris reuulſis delecti ſubeunt, & prima ſtatione ſemiſomni facilè deleta, per vias diſcurrentes, ſubeuntibus ſocijs

oppidum captum inclamant, portaque effracta omnes irrumpunt, nequicquam ex mœnibus tormentis exploſis. Ad ſtrepitum egreſſus Laugerius ſeminudus, cùm nihil ſpei videret præſentis, in ædes ſuas, paucis antè diebus non nihil communitas, regreſſus, poſtico emittit qui auxilia accerſerent ex vicinis ciuitatibus & caſtris ſociorum. Interea in vrbe obuij quique trucidantur & Sacerdotes imprimis, qui eò Synodi habendæ causâ conuenerant, crudeliter mactantur. Præſidiarij partim ad turrim majori portæ oppoſitam, partim ad templum conueniunt. Laugerius domi vim ſuſtinebat inuicto robore: ſed triduo toto cùm in oppido pugnatum eſſet, nec copiæ vllæ auxiliares accederent, ad extremum à Laugerio deditio fit. Quem falsò apud Regem ab inuidis, proditionis inſimulatum tutata probitas eſt; Principe ipſo ſic excipiente, *Laugerium oppido virtute potitum, caſu ejectum videri.*

CAP. XLVI.

Digitized by Google

CAPVT XLVI.

Literæ ſoleis calceorum inſertæ, inſcio nuncio delatæ, præſidiarios ſupplantant.

Ex Monumentis & tabulario ciuium Anicienſium. An. 1574. Carolo IX. Rege.

ANNO poſtremo Caroli jam grauiùs in dies ægrotantis; & Henrico Andegauenſi fratre in Poloniæ Regem electo: valetudine alterius, & alterius abſentiâ in rem ſuam abuſi perduelles ſectarij, erupere multis in Galliæ Prouincijs. Nullibi tamen feliciùs quàm in Velaunia. Regio eſt breuibus conterminata finibus, inter Aruernos, Gabalos, Viuarienſes ſiue Heluios, & Seguſianos. Modicos tamen hos intra terminos, vnâ admodum nocte, quæ Sabbatum & Dominicam diem intercedit ad quartum Idus Ianuarias, ſeptemde-

Le Velay en Languedoc, entre l'Auvergne, le Geuaudan, Viuarez, & Forez.

Digitized by Google

Le Château & Ville d'Eſpaly, St. Quentin, Adiac Chapteul, Tence, Mongiraud, St. Pol de Monts, Beſſemorel, Bellecombe, &c.

cim arces, tractus vniuerſi munitiſſimas occupauere. Quo in facinore meritò dubites, vtri majorem impertias laudem, ſtabili-ne conſenſui ineluctabilis ſolertiæ; an arcano mentium conſilio; in tanta, tamque multiplici rerum, hominumque molitione. Ego ſanè ſummam impertirem vtrique, niſi vetaret cauſæ fœditas, quæ graſſatorum veriùs, quàm bellatorum, victoribus nomen obtinuit. Occupatarum arcium princeps, ac præcipua, caſtrum fuit Eſpalitanum, quarto ferè ſtadio ab Anicienſi vrbe, prætorium Antiſtitum, impoſitum vrbi cognomini: vetuſque hoſpitium Regum noſtrorum ad magnæ Virginis peregrinantium. Carolus ibi ſeptimus Rex proclamatus eſt, accepto

1422. Oct. 24.

nuncio de morte patris. Ibi ſæpiùs integros menſes morari ſolitus, & Delphinus & Rex, & dubijs rebus, & florentibus. Concubia igitur nocte, per æquæductus formas in vrbem primò, deinde in arcem irrepſere Sectarij Duce Vitale Iunio cognomine Guyardo; plebeio quidem homine ex ordine artificum, ſed ſtrenuo eo-

Vital Iuny dit Guyard à Matre.

dem, & acri ingenio; cujus à fratre nepotes diutiſſimè in familia Præfecti rei tormentariæ non inutilem operam Magno Henrico nauauere. Hæc nocturna caſtri occupatio licet pro cladis magnitudine, nullo ferè ſtrepitu tranſacta eſt, omni vſu ſemoto pulueris tormentarij, ſolâ parmæ, aut ſicæ; gladij, aut haſtæ operâ; latére tamen non potuit, qui proximos ad muros curabant Anicienſes præſidiarios, ad quos oppidanorum Eſpalienſium fuga, rem etiam nondum confectam properatò detulit. Hi ſignis ad arma concrepantes, vniuerſos extemplò ciues conciuére. Quos ardor inconditus medijs in tenebris acturus erat in graſſatores, niſi malè opportunas iras cohibuiſſet Antiſtes Antonius Sannectarius. Quorum tamen vim poſtridie, & aliquot exinde diebus ſuſtinere non potuit, cùm ſub diluculum, & tota conſequente luce, varijs è locis curriculò nunciatum eſt de cęteris etiam eadem nocte interceptis arcibus. Verùm quia vrbana hæc militia, in veteranos incurrit, ſitu, & munitione loci tectos; illatenus rem

A. de Sennectaire.

Digitized by Google

promouit, vt poſt varias impreſſiones non ſine cæde, & periculo aliquo toleratas repreſſerit ſuos hoſtis intra vnam arcem, dejectis pleriſque oppidi muris,& circumpoſitis arci ædibus, aut ex ijs nónnullis in rem obſidionalem communitis. Quare Antonius
Ant.de la Tour de S Vidal. Turrius Sanuitalis Velauniæ Præfectus, è re Anicienſium & regionis totius eſſe duxit, ſi ferro imperuios, auro tentaret. In eam rem vſus eſt adminiſtro, equite nobili ſectario quidem, ſed regijs partibus addictiſ-
Sainte-Greve. ſimo Santagrippano. Quo ſæpius publica fide, in vrbem, arcemque commeante, cùm precium excandefaceret Guyardus ære grandiori; ad callidiora conſilia deventum eſt, felici exitu. Erat in eadem arce, Guyardi
Marfouſe. Legatus Marfuſius ex agro Bitterrenſi
Beziers. apud Septimanos oriundus, vir flagrantis apud milites gratiæ, & ſingularis idem audaciæ. Placuit igitur, apud eum Guyardi fidem opprimere. Parantur ad Guyardum litteræ in hanc ſententiam. Vt moneret Sanuitalis de fide quantocyùs liberanda, & dictam ad diem prodendo ad necem
Digitized by Google

inſulturis Anicienſibus Marfuſio cum ſocijs commilitonibus : de precio proditionis confecturum ſe & cum Velauniæ populis, & cum Rege; vel (ſi qua cunctatio eſſet) è re domeſtica. Nec defuturam in regijs caſtris homini bene merito præfecturam. Has litteras, vt ne ſubleſtæ fidei viâ ad Marfuſij manus deuenire viderentur, hæc ſtropha eſt in præſentem vſum inuenta. Cum dictæ eſſent paciſcendis conditionibus induciæ; Iſabella Iunia Guyardi ſoror puella vix decennis, itabat libero commeatu Anicio in arcem frequenter, & reculas aliquas ex vrbanis officinis ad vitæ opportunitates fratri deferre ſolita erat: atque has inter juſſa eſt calceos nouos à noto ſutore comparare. Santagrippanus Sanuitalis juſſu cum ſutore conuenit, vt litteras intra calcei ſoleas inſertas, ſolemni commiſſurâ adſuat, ac protegat. Quod vbì ex arte confectum eſt, traduntur puellę transferendi ad fratrem calcei. Sed prouido antè conſilio, Santagrippanus pridie in aurem Marfuſio inſuſurrarat, inter liberos congreſſus quos

eapropter captauerat; videret oppidò ne quid malæ fidei verſaret Guyardus. Se quidem publicum pacificatorem dici; ſed vereri tamen, ne occultis vijs & Sanuitalis & Guyardus cruenta conſilia molirentur: audiſſe ſe, Guyardum inter & Sanuitalem clancularias litteras commeare; & in craſtinum parari quæ intra calceos transferrentur. Marfuſius hac oratione, ratus Sanuitalem opera Santagrippani in ſpeciem tantùm vti, alia omnia molientem; vbì poſtridie vidit à puella deferri ad præfectum calceos; his exceptis, puellam in vrbem remiſit. Atque accerſitis ſolum in locum aliquot ordinum ductoribus, coràm, eximit priores calceorum ſoleas, litteras expromit, recitatque apud ſtupentes, rei, & facinoroſi conſilij grauitate, atque inſolentiâ. Quos vt vindictam vultu toto præferre intellexit; hominis immanitati anteuertendum dicit; & maturato quidem opus eſſe. Ex his duos ad manipulares tranſmittit; tumultui, ſi quis fortè oborireturr, interceſſuros. Totidem ſibi ſocios adſciſcit, ſclopis humeralibus, vt in

re turbida inſtructos. Hoc comitatu ad Guyardum adit, & ſemotis arbitris in ſecretius conclaue aduocatum, grauiter objurgare cœpit, & malæ fidei reum peragere. Obnitenti, calceos diſſutis ſoleis offert, litteras in manus tradit, quas dum ille retortis oculis legit, hominem Marſuſius trajectis glande præcordijs confodit, & militem vnum qui irruperat opem laturus, ſocij conficiunt. His cædibus perpetratis, conuocat militarem concionem Marſuſius, & proditionis ſeriem, litteraſque exponit. Nec operoſum fuit attonitos, & periculi magnitudinem reputantes, ad facti laudem vocare. Tùm ad nouum Sacramentum, quo Marſuſio ipſi dicerent. Ad quem cùm ipſo die Santagrippanus acceſſiſſet, exceptus eſt à nouo Præfecto, & prçſidiarijs humaniſſimè; factaque dedendæ arcis mentione, in has conditiones conuentum eſt. Vt Marſuſio ipſi, dena traderentur Francicarum librarum millia, equus eidem militaris, armis, ephippiiſque inſtructus. Galeæ, pilei, veſtes ſingulis militibus, ac imprimis noui calcei,

Digitized by Google

quod eſſe cautum nominatim Marſuſius voluit. Quarto demum idus Martias, ſuos ex arce vniuerſos educit; publica fide inſtituto itinere in inferiorem Langothiam. Vbi necis in Guyardum illatæ peractus reus, ſolenni proditorum ſupplicio, equis in diuerſa nitentibus diſcerptus eſt. Caſtrum vero Eſpalitanum à nouo præſidio Epiſcopi nomine inſeſſum, cùm per turbulentiſſima ciuilium bellorum, quæ deinde conſecuta ſunt, tempora, Anicienſibus infeſtiſſimum eſſet, ab ijſdem ipſis demum ſolo æquatum eſt.

CAPVT XLVII.

Præſidiarij milites & Duces vino deponuntur, dicta die; & arx intercipitur.

Ex Aubignæo t.2. l.3.. c.6. a.1577.

NONDVM ſe ſatis in vulgus rumor explicuerat, quo ferebatur, Henricum eo nomine inter Fran-

Digitized by Google

corum Reges tertium, conſilia atque arma, licet inuitum, cum Henoticis icto fœdere conſociaſſe; cùm qui in Aremorica Britannia erant ſectarij, plures ſimul arces exinopinatò tentarunt, infelici conatu. Proceſſit tamen in occupando Conquarnæi portu; cuius arcem adornatâ per conſortes ſuperſtitionis proditione, intercepe-runt. Locus eſt portuoſo in littore maris Britannici, & ſinu illo meridiano qui ad Sanctonas vſque protenditur. Admiſſi ſunt à proditoribus concubia de nocte, ex vicina Nobilitate arcis licitatores Kermatius, & Kermaçonetius, vnà cum tribus ſuorum decurijs, prædâ vix totum octiduum potituri. Erat inter oppidanos nautico commercio celebris municeps, cui nomen Calliebottius. Huius conjugem, paucis aliquot antè menſibus, per otioſa tempora pacis, aut induciarum, intemperantiùs compellauerat Kermaçonetius: & grauiorem tùm infamiam meritò videbatur importaturus, & inquilinus & rerum compos. Quare viam comminiſci cœpit Calliebottius, quâ in publicâ vindictâ,

Les Ligueurs.

Concarneau en Bretagne.

Les Sieurs de Kermat, & Kermaçonét.

Caillebotte.

priuatæ injuriæ obuiam iret, & in victore inueniret quod vinceret, & ſibi & Principi. Septimo ferè die ab arce capta, ſibi apud volentes in arcem ad cœnam condicit, quam ipſe ſuis impenſis appararet quaſi in aduentoriam. Nihil porrò deſiderari voluit, ſeu copiam ſpectes, ſeu genus, delectumquè ciborum; eorum maximè qui ad frequentiores pocillationes ſtomachum proritarent.Ità producta cœna eſt in multam noctem, prouocantibus ſe inuicem majoribus poculis, & Præfectis ordinum, & gregarijs militibus, Aquitanico modò, modò Langothico, aut exotico Hiſpanienſi de mero liberaliùs. Depoſiti denique ad vnum omnes, temporis illum articulum gerendæ rei conceſſere, quem tantoperè ambiebat Calliebotius. Is ergo, de ſpecula majori, edito, receptoque ſigno, quo de conuenerat, cum principibus aliquot viris Catholici Regijque fœderis; qui condictum in locum, tempuſque, ea nocte tumultuariæ militiæ copias ad pomœria promouerant; arcis claues de ſub puluillo decumbentis Kermatij

ſubducit, & fœderatos in arcem admittit. Contrucidati plerique omnes primo ſtatim aditu. Kermaçonetius à Calliebottio multis vulneribus confoſſus eſt. Aliquot ex gregaria militia, quos grauior ſopor à digladiantiũ ſtrepitu excitari non erat paſſus, funibus reuincti, victoribus ludibrio dum expergiſcerent fuére. Experrecti ſub lucem, in Redonenſem vrbem abducti ſunt, infami laqueo tollendi. A Rennes.

CAPVT XLVIII.

Diſſecti aurei duo nummi ab Henrico Nauarræorum Rege ad Ducem partium tranſmittuntur.

Aubignæus t. 2. l. 4. Thuanus & alij ſub Henrico tertio.

CVM per ſpeciem Religionis & Catholici fœderis, rerum nouarum cupidi, antiquandæ regiæ auctoritati grauiùs incubarent;

Digitized by Google

& magis, magiſque in dies inualeſcerent: Henricus Tertius matris (vt aiunt) Medicææ conſilio & more, vt eorum conatibus faciliùs obuiam iret, fœderatis ſe principem ac ducem dixit publico diplomate, quo, proſcripta toto regno Sectariorum ſuperſtitione, bellum pertinacibus indicebatur. Venerant in ſuſpicionem huius regij aſſenſus & fœderis paulò antè, Sectarij, ac proinde hoſti anteuertendum rati, vnâ litterarum communicatione, ſuorum vbique animos concitauere. *Henricus Borbonius* Rex Nauarræ, per ſuſpicioſa tempora bellum increpantibus ſuis, ipſe tùm Maſerijs agens, aureos duos nummos diſſecuit medios, parteſque alteras duas ad partium duces in Delphinatum & Langothiam tranſmiſit; edixitque tùm verò demum arma capeſſenda, cùm reliquas duas ſubmitteret: quas haut ita diu pòſt, vbi nimirum primùm certò compertum eſt, breuì euulgatum iri Regis diploma, rei conſcijs tabellarijs, & fidei addictæ, tradidit deferendas. Hoc indicio velut ſigno dato itum ad arma

Maſeres au Comté de Foix.

per omnes latè prouincias, exitu tamen non admodum felici. E ſexaginta enim oppidis aut arcibus quas adornatis magno molimine inſidijs adorti ſunt, quatuor duntaxat obtinuere. In Aquitania Diuonam Cadurcorum, Mimates in Gabalis, in Pictonibus Montemacutum, Faram Viromanduorum.

Cahors en Quercy, Mende en Gevaudan, Montaigu en Poictou, la Fere en Vermandois.

Hanc porrò poſtremam Condæus Princeps hac occupauit arte. Condixit in ante Kalendas Decembres certum quemdam ad locum inuadendæ vrbi opportuno interuallo, & ſitu commodum. Illinc quinos præmiſit, qui portæ cuſtodes varijs allocutionibus diſtinerent, dùm procederet altera è vicinis equitibus turma: his verò in conſpectum datis: ad arma conuolat cuſtodia; at quini priores conſerta manu penſilem illico pontem occupant, à quo dum ſtationarij (erant hi nouem omnino) deturbare eos omni ope nituntur vniuerſi, de cratibus deijciendis, aut conciendis ciuibus nemine vno cogitante: moræ ſatis conceſſum eſt agmini conſequentium equitum, vt maturo ſuper-

uentu valuas vtraſque inſiderent, cæſis pleriſque omnibus cuſtodibus: fruſtrà tandem excitis ſtrepitu vrbanis auxilijs. Condæus enim cum copijs ſuorum reliquis, antè vrbem attigit, quàm coire neceſſario numero ciues poſſent. Quos etiam in occupando caſtro præuertit, eò progreſſus cum turmalium globo, dum reliqui de ſuis obuios quoſque in aliam vrbis partem per vicos protrudunt. Potitus vrbe Condæus pauculos dies illic exegit, dum noua munimenta deſignat, & res nouas per ſuos tota prouincia molitur; at perſtantibus in fide prouincialibus, & ingruente proximæ obſidionis rumore, in Germaniam Belgicâ viâ diſceſſit, Principum Sectariorum animos ſollicitandi gratiâ.

Pridie K. Decemb. intercepta 1579. Obſideri cœpta 20. Iunij conſequentis 1580.

Non eſt tamen obſideri cœpta ciuitas niſi ſeptimo ab hinc menſe. Quam ad obſidionem tanto numero effuſa eſt è comitatu Nobilitas, Aulicis eò certatim confluentibus, vt ſiue propter vberem rerum omnium copiam, ſiue propter cultus aulici nouam ſpeciem in militari puluere, *ſerica* ſeu *bombycina* dicta vulgò ſit obſidio. Qua

Digitized by Google

in obſidione non minùs lepidum eſt quod contigiſſe narratur in viliori & plebeio panno. Erant in caſtris rei ſtipendiariæ, & annonariæ præfecti Quæſtores: ad horum principem famulus quidam Meldenſis cùm deſſerre juſſus eſſet calentem ex leporina artocream, homo minimè malus compendiaria via curſum inſtituit, ſecundùm vrbis obſeſſæ pomœria. Quo loco exploſæ de proxima ſtatione in procurrentem ex inopinatò fiſtulæ tres; tam inſano terrore hominem perculere, vt rerum oblitus omnium, rectà ad hoſtilem hemicyclum declinauerit. Vbi à ſtationarijs beneuolè exceptus; cùm deinde ſportula detraheretur, expoſtulare cœpit cum cuſtodibus grauiter, à Domino Quæſtore minabundus, ad quem ſi ſportula non deferretur, apud eundem ſe graſſatorum nomina delaturum diceret: nec antè ſui compos factus eſt, aut vbi rerum verſaretur agnouit, quàm ad Moïum vrbi Præfectum adductùs eſt; apud quem accuſatus, conuictuſque Meldenſis in ſectarios cædis Bartholomæanæ, militari ſup-

Le Siege de Velours.

De Meaulx.

Le Maſſacre de la S. Barthelemy.

plicio glande trajectus plumbea, perijt.

Recepta ciuitas eſt pridie Kal. Septembres, tardiùs aliquantò, quàm ſpes fuerat; ſed moram fecit aſtutia præſidiarioum, qui per priores obſidionis & plures noctes, ſimulandis crebrò eruptionibus, caſtrenſem militiam coëgere frequentiùs in armis eſſe: & foſſorum loco: atque ideo cunctantiùs promotæ ſunt ad vrbem vineæ, ſeu ſpirales de more foſſæ.

CAPVT XLIX.

Aloſtum in Belgica à Gallis intercipitur irrumpentibus, qua parte maximè munitum erat.

Ex Bullengero l.6. Thuano l.75.

An. 1582.

François Duc d'Alençon.

QVo temporis tractu Franciſcus Valeſius Henrici Tertij Frater à Belgij fœderatis ordinibus in Regulum

lum erectus, ad aſſerendam dignitatem arma tractabat; vt fieri ſolet per ciuilia bella, occupandis hinc inde arcibus vario marte certatum eſt. Aloſtum ciuitas eſt in ea Flandriæ parte quæ Imperatoria dicitur, & ab eodem oppido Aloſtenſis Comitatus, Scaldim inter & Teniram amnes. L'Eſcauld In eam irrupére Franci aſtu quidem Dendre singulari, ſed qui ſingularem quoque FF. fortitudinem probaret. Vrbs erat altera parte immunita adhuc & intuta propugnaculis nondum in juſtum modum extructis, nullo vallo, foſſa leuiter exciſa, depreſſiori muro, quò adire ſicco veſtigio liceret. Altera vrbis pars altiori, & craſſiori muro, & poſtico munimento exaggerata, & crebris erat firmata militari ex fabrica propugnaculis, exteriori vallo, & foſſa in magnam altitudinem acta, inductiſque in eam aquis completa. Hàc peruadendum ſtatuére Galli, rati futurum, quod euénit, oppidanos ac præſidiarios, vbì de hoſte inauditum eſſet, in minùs munitã vrbis regionem frequentes conuolaturos, tuta per ſe mœnia deſerturos, aut permiſſuros

infrequentiori cuſtodiæ. Noctis igitur intempeſtæ horâ ſecundâ, immiſſi ſunt in aquas pontones tres, & in eos cum totidem ſcalis impoſiti tres item currus, quibus erant deuecti viâ terreſtri pontones cum ſcalis: immiſſi verò in eam foſſæ partem, quæ vado traijci non poterat, propter aquarum copiam eódem loci perpetuò ſtagnãtium, & oblimatum altiſſimè ſemper alueum. Ad foſſæ quod in muros incumbebat labrum, curruum temones ipſi penè parieti anchoralibus arpagonibus affixi ſunt; cætera moles vliginoſæ aquæ immerſa columellis duabus per poſteriorem curruum partem in fundum decuſſatim tranſmiſſis, quarum operâ immobilis ſiſteretur. His curribus impoſitæ ſcalæ, immiſſæque in tranſuerſos tignos, & in murorum pinnas ſublatæ. Ità medius, ità qui ad latera vterque currus, pontone quiſque ſuo delatus, deſtitutuſque eſt in aquis. Quæ quidem omnia vt tutò commoliri fas eſſet, effecit ingens trepidatio ciuium, qui confertim ad alteram è regione vrbis partem propugnaturi concurrerant, percepto

ingruentium hoſtium ſtrepitu aut rumore. Succeſſere igitur in muros Galli, antè ferè quàm ſtationarij in procinctu ſtarent, pugnamve capeſſerent. Quamuis enim ſpatium illud murorum, per quod erat inſtitutus aſcenſus, coërcerent turres vtrimque geminæ, curulibus cannis inſtructæ; inutilis tamen eorum tutela fuit: quòd Galli milites aliquot, ſub primos ſtrepitus conſcendentium ſociorum, ſtirpibus, ac virgultis nitentes, breuiores ſcalas turribus admouere; & medij modi tormenta duo, quas colubrinas vocant perfoſſo de pariete prominentes, nouo tùm commento obſtruxere, immiſſis per vim in ora ipſa geminis ex plumbo maſſis, quibus omnis præſidiariorum conatus eluſus eſt. Priùs enim capta eſt ciuitas, quàm expediri tormenta poſſent. Nec verò prætereundum inſigne roboris exemplum, quod in traijcienda foſſa editum eſt; cùm, qui vado tranſmiſere, vix aqua extarent pectore tenus, & arma tamen, nitratum puluerem, & accenſos funes, ore & manu efferrent. Superatis ergo mœnibus, olitorium

Digitized by Google

forum occupauere acie directa, & ingruentes vndecunque hoſtes tandem eluctati , portam vrbis , quæ Bruxellenſis dicitur , effregére , ſocioſque equeſtres admiſére. Hîc verò mera ciuium fuga fuit & præſidiariorum, ſi quos paucos excipias , qui in curiam abditi, deditionem intra aliquot inde horas facere coacti ſunt. Sic Galli vniuerſa ciuitate potiti , vnius admodum ſpatio noctis.

Hanc tamen jacturam compenſauere mox Hiſpani arce Gaëſbekana aſtu intercepta , victoriæ Aloſtenſis interpoſito nomine. Cohortes aliquot Hiſpanici nominis , per ſimulationem , alteræ alteras pellunt, & in ſpeciem fugant. At hæ Gallicanis inſignibus ſub ipſam arcem profugientes , apertis valuis excipiuntur, quas ingreſſi , & ſocios ſecum introducunt, & pręſidiarios vinciunt. Hanc eandem arcem inſequenti Septembri recepit Franciſcus Spinæus Sanlucius, graui expoſtulatione de præſidiarijs queſtus, quod fugientes nefas eſſe diceret primo aditu in interiores valuas excipere ; ſed intra priores ſiſtendos.

Eſpinoy, S. Luc.

CAPVT L.

Vocatus ad cœnam in arcem, arcem capit.

Thuanus l.82. Aubignæus t.2. l.5.
An. 1585.

SVPERIORE ſeculo cùm Gallia vniuerſa, non tàm diuiſa quàm lacerata triffariam eſſet, in Regios, fœderatos & Sectarios: Briſſacus dato fœderi nomine, arcem ſuam Andegauenſem regendam tradidit veterano ordinum ductori, cui cognomen, *Græco Duci*, vulgò inhæſerat. Huic veteri conſuetudine perfamiliarem Freſnium, induxit ad arcem tentandam communibus auſpicijs Allotus, haud ità pridem in eadem arce Legati functus officio, ſub Buſſio Ambaſiano. Erat vtrique in conſociandis viribus, diuerſum longè conſilium. Agitabat animo Freſnius hanc arcem in Sectariorum poteſtatem adducere; ſibi ipſi tacitè velificabatur

Les Royaux. La Ligue. Les Huguenots.

Le Cap. Grec Albanois.

Le Sieur du Freſne.

Fraxineũ vocat Thuanus.

Digitized by Google

Allotus, partes è commodo ſuo deinde optaturus, quamquam erat in fœderatos propenſior, quorum principes Duces eo captæ arcis pignore demereri ſe poſſe arbitrabatur. Condicta die, adeſt Freſnius vndenis cum ſocijs: cum longè pluribus Allotus. Hic proximas aliquot arci domos occultè inſidet; palàm ille cum ſuis ad diathyrum progreſſus, adornato vt creditur cuſtode, admittitur; ſuorum non nullis citra portam hærere juſſis, ad ſtationem reliquis; ipſe vlteriùs ad Præfectum adit, à quo ad prandium inuitatus, vt ſolebat; negat ſibi fas eſſe eo die, quòd eſſent vnà ſecum plures. Et hos vocari jubere actutum Præfectus, rogaréque Freſnium vt accerſeret, dare etiam qui ſuo eos nomine introduceret præſidiarium vnum militem. Cui vtrique cùm refragarentur ſtationarij, quòd non nihil rixarum interea ortum eſſet, ijs qui citra portam reſederant contumaciùs aditum poſcentibus. Remiſit Freſnius ad Græcum, militem illum præſidiarium quem ille ſibi dederat nuncium & voluntatis ſuæ teſtem.

Le Sieur d'Allot.

Sic etiam imminuto hoſtium numero, vno ſaltem capite. Ipſe interea antemeridiana hilaritate ſermonem cum ſtationarijs conferens, & prandio anteuertens, ſenſim ad nouum janitorem adit, manu altera ſicam in pectus infigit, altera valuulas reſerat, tàm opportuna quidem celeritate, vt qui primus inſilüit Rupimortius ſclopulo militem confixerit, qui ſtricto enſe jugulo Freſnij jam jam imminebat. Ità inducto conjuratorum toto cuneo, occluſiſque denuò portis, pauculi ſtationarij armis exuti; Græcus ipſe legatus, audito ſtrepitu accedens, confoſſus eſt. Peruenerat idem ſtrepitus in aures ciuium, qui ad arma conciti frequentes accedunt. At ſubiens illico de ſuis latebris Allotus, vltróque obuiam pacificè progreſſus, ea comitate & oris majeſtate, quâ pollebat in paucis, affirmat, receptam à ſe Regis nomine ac juſſu arcem. Non potuit ingratius vſurpare nomen (ô ſeculi dedecus! ô labem!) nec orationem minùs opportunam. Haud enim ità pridem conuenerant occultis adhuc conſilijs in ſocietatem

Roche-morte, *Aubignac.*

fœderatorum agente Briſſaco, Andegauenſes. Sic induit ſeſe in pedicas, ac vincula Allotus. Captus à ciuibus, minisque grauioribus ſub veſperam ad arcem admotus, juſſus eſt Freſnio ſtropham nectere, & foras hominem elicere, ſpecie colloquij de communi re miſcendi. Vix ille extra diathyrum exierat, cùm in eum ex inſidijs ciuium manipulus effunditur, noxiâ moræ impatientiâ; Freſnius enim aſpectu inſultantium primo, exilit extemplò, paſſuque altero, tertióve, ſequentibus anteuertens pontem occupat: at ciuibus cuneatim ingruentibus, cuſtodes aut metu, aut ſtupore ſingulari, antè mobilem pontem ſuſtulere, quàm obtinere Freſnius poſſet, irrepſit tamen per eas catenas quæ erant de more à marginali lorica ad murum protenſæ, neque ſpes deerat ſuccedendi in arcem per hiantia conniuentis adhuc tabulati latera: ſed eum inſecutus eadem via oppidanus, manu altera catenæ adhærens, altera dexteram fugitiuo præſcidit, qui in altas foſſarum voragines prolapſus, quamquam protrito multis locis corpore

Diathyra *La Barriere.* Prothyra *Veſtibulo.*

& luxato, potuiſſet à ſuis excipi per cæcos illos cuniculos qui perplexis mæandris ad ſubitas eruptiones in foſſas ducebant; niſi cicuratus ceruus, qui intra foſſarum ſpatia, ac virgulta paſcebatur per anni tempeſtatem, æſtuſque grauiores furens, adactis ſæpius ac ſæpius cornuum ramalibus, jacenti pectus multis vulneribus confodiſſet. Cæterùm noui præſidiarij capite & Duce priuati, breuì ad dedendam arcem adacti ſunt.

CAPVT LI.

Nobilibus aliquot militibus in famulos indutis, capitur ab Henrico quarto Eluſa.

Anno Christi 1586. Duplex in Henrico tertio.

ELVSAM vetuſtiſſimum in Vaſconibus oppidum, arte tentatam fortuna cepit auctoris; doli, quod mireris auctore

Bauſe en Armagnac.

capto. Ex Ciſnauarræo tractu in Nouempopulaniam Neracum versùs, iter ingreſſus Henricus Nauarræorum tunc, Francorum nondum Rex; ex itinere Eluſam diuertit, intercipiendi hoſtilis præſidij cauſa. Equitum ſuorum vicenos ſenos, detracto equo, cenſuræ conſcios, & volentes, à pedibus ſibi eſſe juſſerat. Ij ſeruilem in modum inſigniti, familiæ quiſque ſuæ cultu, abditis in penulæ ſinum ſclopulis, equo vehenti Henrico, & ſenis omnino equitibus aſſeclis, præſtò erant. Veſtigia legebant occulto cuneo reliqui equites. Henricus curſu incitatiore viam emenſus, ſeu forte ſeu conſilio, ſuos à pedibus anteuertit, & à cuſtodia non ægrè admodum in vrbem cum equeſtri comitatu admiſſus eſt: pedites tamen ingreſſu prohibiti reductis illico valuis, elatoque ductitij pontis tabulato. Tùm ſtetit in armis præſidiaria cohors, ac principem ex-inopinatò circumuénit. Stuporis inſoliti res erat: ſolitudini ſuæ timentem Henricum, non minori metu venerabantur oppidanus & miles. Alebat imprimis ciuium

Nerac.

timorem grauis vrbanæ alicuius conjurationis ſuſpicio. Præſertim cùm Henricus exporrecta fronte, totoque vultu, fiduciam apparatu majorem præferret; & mutuis cum præſidiariorum præfecto, cæteriſque ducibus, colloquijs tempus extrahere de compoſito videretur. Capto timeri potuit, ſi reuerentiam majeſtatis, grauior metus excuſſiſſet. Et ſanè, inter has moras, vnus aliquis è præſidiarijs, Præfecto in aurem inſuſurrauit; Si per eum liceret, poſſe ſe (qui collimare probè noſſet, nec aberraret vnquam) ſcopum, quem *album* Galli dicunt, contingere. Erat Henrico thorax ex candido ſerico; at vetuit tantum nefas Præfectus. Hunc tamen tam difficilem rei articulum facili explicuit exitu Lauerdinus equitum regiorum vnus. Is inter ciuium militumque ſtrepitus, ac turbas elapſus, ad alteram oppidi portam euaſit, & excuſsâ ſerâ regios pedites equiteſque in vrbem induxit; eo numero, cui par eſſe præſidiarius & ciuis non poſſet. Henricus auiti dominij vrbe potitus ciues humaniſſimè habuit; ac timoris & peri-

Le Blanc.

Le Marquis de Laverdin.

culi ſui, audaciam ſuam vnam, ream peregit; fortis benignitatem veneratus.

CAPVT LII.

Nouam arcem extrui ſinunt Galli, quam deinde reciperent. Eam occupant vi & arte feliciter.

Ex Vidello in vita Digueriį Coneſtab. An.1589.

GALLICÆ fortitudinis facinus eſt, quod hîc narramus doli bellici genus. Cuius enim eſſe ſolertiæ dices, niſi Gallicanæ, hoc eſt citra temeritatem ſummę, in periculis vltro adeundis, ea nempe momenta ſectari, quæ aleæ videantur difficilioris: hoſtem tum demum aggredi, cum pleniores illi ad repugnandum vires ſuppeditat & numerus ipſe, & locus. Ea tamen eſt certandi conditio, qua ſuperiori deſinenti ſeculo

pugnauit in Allobrogas Diguerius; ea eſt, qua victor plauſum tulit vniuerſæ Italiæ de ſummis Alpium jugis. Quo tempore Magnus Henricus, graui bello implicitus, in Hiſpanos ſimul & fœderatos noſtrates, interceptam Samarobrigam Ambianorū, obſidione repetebat; longo ſanè interuallo terrarum Sabaudiæ Princeps arcem ſtruere inſtitit ad fines ſuperioris Delphinatus, quæ & ſuis propugnaculum eſſet, & viam ſterneret in hoſticum profecturis. Electus locus eſt jugum Griſiualdanæ valli imminens. Tanto verò ſibi operè placuit in ſuſcepto conſilio, in abſoluto etiam tantùm; vt nouæ arcis, quam ab ipſo natali die, quo ſcilicet abſoluta erat, Bartholomæanam dixit, typum & exactam delineationem, inſultabundus ad Italiæ Principes omnes, tranſmiſerit. Erat in conſpectu, cùm hæc arx extrueretur, non procul media ferè ſubjecta in valle, Diguerius cum vno tantùm manipulo ſuorum. Ex ijs frequentes queri cœperunt viri nobiles, & patriæ amantes, quod naſcenti popularium ſeruituti

Amiens.

Le Fort de Barrau ou de S. Barthelemy proche de la vallée de Griſivaudan & du Château de Bayard.

non iret obuiam; nec tam grauibus initijs, ac timendis intercederet, dum liceret. Non deerant etiam qui ſub lingua immurmurarent eo de loco ſpectari ſurgentem arcem, qui otioſis magni viri memoriam exprobraret. Verſabatur tum Diguerius in caſtro illo, quod natale ſolum & cognomine fuit, generoſo illi Petro Terralio, equiti Bayardo cognominari ſolito. Subridens ille contrà; nobis, inquit, arat hoſtis, nobis ſerit: falcis noſtræ erit hæc aliena meſſis. Ædificent, vt lubet, illi; ego perfectam arcem Gallici juris faciam; inſanas ſubſtructiones, ſanus intercipiam & ſaluus. Nec deerunt tam felici ſeculo multi inter vos Terralij, equites impauidi & imperterriti, quos ſua virtus & ſolertia probri omnis immunes faciat. Hæc quanquam generoſa reſponſio, dubij tamen exitus, non ſatis viſa eſt feciſſe nonnullorum animis. Breuì enim ad Henricum Regem delata res eſt; à quo celerrimè ad Diguerium literæ, quibus magnanimus Princeps, inſultari ab Allobroge grauiter ſeſe tuliſſe diceret. Videret etiam, atque etiam,

Bayard, dit, le Cheualier ſans peur & ſans reproche.

Digitized by Google

qua via damnum imminens amoliretur,qua dedecus. Neque verò deſedit ille regius iracundæ generoſitatis œſtus; donec Baro Luxius ad Henricum in caſtra Ambianenſia transmiſſus, arcem illam Prouinciæ Gallicæ neceſſariam videri, & ſingulari felicitate fieri, vt hoſtis illa ſumptibus excitaretur, quam ipſe deinde Digueriius occuparet extra ſumptus vllos. Occupandi autem tam certam illi viam eſſe, quàm eſſet integra priùs à rebus geſtis fama. Annuit ergo Rex notæ ſibi virtuti; & conſilij ſanè noui & audacis ſummam, præteritorum experimento non inuitus credidit. Arx ergo ſuis omnibus numeris abſoluta eſt, ſub Auguſti menſe finem: intercepta à Diguerio Martij ſequentis decimoquarto. 1598. Intercipiendi verò hæc ratio fuit. Progreſſi Galli è vicinis ſtationibus ex condicto ſub crepuſculum; deſedére jam nocte concubia & perdura anni tempeſtate, vt inter Alpes, ad alterum circiter ab arce lapidem. Hîc, quidquid fortè erat, quanquam valdè expeditis, impedimentorum, jumentorumque
Digitized by Google

caſtrenſium, permiſſum id vniuerſum Calonibus & lixis; quos illic tacitos ſubſiſtere imperatum eſt, ad equorum fræenos, aut ad ſarcinas. Indè excompoſitò ad communem vno impetu irruptionem profecti, cùm jam penè in procinctu eſſent, præſidiarij, qui de ſpeculis & muris curabant, decurrentium ad lignationem cacularum ſtrepitu percepto, id quod erat deprehendére. Ad arma nimirum extemplò clamare, accire militiam vniuerſam. Tùm verò non importunè accidit, quod imperitè calones, omni ductore deſtituti, ſuſceperant conſilium. Derepentè enim centenis pluſquam locis ignes excitauerunt, arcendi quidem illi frigoris cauſa, ſed in ſpeciem numeroſi exercitus. Quo ſpectaculo perculſi præſidiarij, tum cum impreſſionem Galli fecerunt: vim nimirum ingentis exercitus modica in manu experti ſunt. Admoto crepitaculo refractæ valuæ; ſcalis affixis, in muros ſucceſſum eſt. Cæſi penè ad vnum omnes. Bellogardius arci Præfectus, paucique alij ex primarijs ductoribus, capti. In eadem porrò arce tandiu

commorati

commorati ſunt victores, quamdiu è re fuit. Iuſſu deinde Henrici Regis arx ſolo æquata eſt.

CAPVT LIII.

Æneator inter inſultus ſuorum, in vrbem obſeſſam irrepit, & de ſuperiore loco increpitans, præſidiarios terret, & terrore de ſtatione & vrbe deijcit.

Videl. l.3. c.7. hiſt. de vita & geſtis C. Digueriȷ. An.1589.

SVBLATO, per infame parricidium Henrico Tertio; qui partes regias fouerant Orthodoxi Duces, & qui præfecturas ab eodem obtinuerant, partim ad ſua ſe, domum recepere, partim adhæſere Succeſſori Salici juris, ſpe ducti non dubia, eumdem olim ad ſacra Catholica reducendi. Hos poſtremos inter, præ-

Digitized by Google

fectus erat Legati munere Delphina
tium tractui celebris ille Adelphon
ſus Ornanius; moderatore armorur
inter Sectarios ibidem (vt erant ini
qua tempora) Bonnæo Digueric
Placuit ergo in commune conſulere
& conſociatione armorum, nou
Regi jus ſuum aſſerere; & populos
vrbeſque in officio continere. Si
affecti Dux vterque Ornanius & D.
Moyranc. guerius, munitum nouo opere vetu
caſtrum, quod longè, latéque ſib
incommodaturum prouidebant, cor
junctis copijs obſeſſum iuére. Ar
erat ad perantiquam turrem excitati
recenti ex arte propugnaculis vtrim
que lateralibus. Verùm tanta era
veteris operis craſſities, vt quanquar
graues, & frequentes eluctaretur toi
mentorum ictus. Quatriduum jan
verberatio producta erat, cùm ſenſi
Prefectus machinis fruſtra oppugnai
turrim, quæ tot impetita globis vi
labeculam admiſiſſet, ad pinnas & a
angulos, illæſa mole cætera. Aliò igi
tur oppugnatio traducta eſt, & breu
labem eam muris intulit, quæ nume
roſam impreſſionem pateretur. Inſti

Digitized by Google

tuta duplex eſt eodem momento vno in vrbem ſimul, & in turrim impreſſio. Quo eodem rei gerendæ articulo Æneator Diguerianus, neque iubentibus, neque conſcijs ducibus, neſcio quà per occultos meatus inter caſtrenſes, vrbanoſque fumos machinarum, in vrbem irrepſit, & ſuperiorem in turris partem quæ vrbem ſpectabat. Quantâ audaciâ, ne dicam temeritate, quanto periculo, tute ipſe intelligis. Illinc increpitare ſcilicet, & quaſi jam victæ vrbi vehementiùs inſultare. Valuit enimvero tantùm inſolitæ rei ſpecies, & improuiſæ ad animos regijs faciendos, ad propugnantibus deprimendos; vt his cladi, victoriæ illis hæc ipſa verterit inſultatio. Victi ſunt ij antequam vincerentur, dum victos ſe credunt; illi contrà euaſere potiores, dum vires nouas, nouumque impetum ſufficit tubicinis opportunus dolus; & victoriam abſoluit vincendi ſpes ſimul & ſtudium. Ciuium intra vrbem nihil erat admodum, quod erant hi ante obſidionem ad montana dilapſi. Præſidiarij tercenteni, hoc eſt ſi duos duntaxat

excipias, vniuerſi periere; quà manu hoſtili, quà ſua penè dicam opera. Quibus enim aliena manus irrumpentium, pepercit, hos excepit vel grauior caſus de ſuperioribus mœnibus, vel aquarum gurges: quòd ſeſe in præceps egére ſinguli ſubjectas in foſſas, longa reſtagnatione in altam vliginem lutulentas.

CAPVT LIV.

Plebs aduerſa nobilium conſilijs, callidè inducta ad excidendam ſyluam, vnde hoſtis cladem oppidanis intulerat; vrbe excluditur.

Ex Bullengero l.8. hiſt. ſui temporis, & Thuano l.97. An.1589.

SVCCESSERAT in Galliæ regnum Henrico tertio per immane parricidium è viuis ſublato, Henricus Nauarræorum Rex Salico jure;

cùm grauiùs etiam ſuperiori tumultu Galliâ totâ turbari cœptum eſt, obtentu nouo religionis auitæ. Quo peroportunè vſus Allobrogum Princeps, per ſpeciem auxiliaris exercitus, in ſpem graſſari cœpit imperij Gallici vicinis ditionibus diſtringendi; & Galliç Narbonenſis eam partem aſſerendi ſibi, quæ citra Rhodanum Prouinciæ nomen etiamnum retinet. Huic regendæ tùm Præfectus erat Bernardus Nogaretus Valeta inſigni ſolertia vir, & pari fortitudine; imparatus tamen à militaribus copijs, quas exiguo tantùm numero conſcriptas educere in hoſtes intutum videbatur. Plebs paſſim vrbana ſimul, atque agreſtis fœderatorum partibus addicta erat: paucis è nobilitate, regiæ cauſæ, & Gallicæ rei palàm fauentibus; occultè nonnullis, pleriſque verò omnibus in eam bene affectis. Ex his, qui Taraſcone habitabant non infrequentes, aſtu ſingulari, patriam regijs partibus aſſerüere. Egens militiæ Valetius, Henrici Regis mandato Stampenſem miſerat, qui à Peraldo Belliquadri in proxima Occitania Præfecto, & pri-

Le Comte d'Eſtempes.
Perauld Gouv. de Beaucaire.

mario Henrici Mommorantij Prouinciæ Præſidis, duce ac genero, auxiliares copias peteret. Quibus impetratis, cùm centuriam equitum grauioris armaturæ Rhodanum, qui medius fluit, trajeciſſet, ſpe ineundæ Taraſconis, inſperato plebis inſanè tumultuantis concurſu, ingreſſu prohibitus eſt. Et grauiori etiam caſu Ponteueſius Carcius præcipuus fœderatorum Ductor qui in propinquo erat, ſolutos, ac nihil hoſtile extra muros ſuſpicantes, inopinato ſuperuentu aggreſſus partem cecídit, partem cepit: in iiſque Stampenſem ipſum. Multi in profluentem elapſi, dum natatu euadere conantur rapidis vorticoſi amnis fluctibus hauſti ſunt. Hanc cladem vlturi nobiles Taraſconenſes arte effecere vt irruptio improuiſa Carcij ſic rependeretur, vt bellica fraus ipſi auctori fraudi eſſet. Lucus erat ad ipſa vrbis pomœria, quo protectus Carcius ſub mœnia vſque vrbis, nemine hoſtium ſentiente, inuaſerat. Eum ergo Lucum non mediocriter vrbi incommodare apud oppidanos contendunt; & periculum

Ponteués Comte de Carces.

ſubeſſe, niſi ille quamprimùm exci- datur, ne Valetius ſuorum cladem vlturus, eadem loci opportunitate vtatur, & oppidum ex inſidijs inter- cipiat. Exemplo recenti territi oppi- dani, temerè fidem habent, & præci- pitata, vt inter plebem, deliberatio- ne; ad Lucum excidendum cum ſecu- ribus conferto agmine, ex vrbe pro- cedunt, quotquot ferè tractare fer- rum ex vtroque ſexu, poterant. Tùm verò Patritij oppido vacuo potiti, portas claudunt, & Peraldi præſidia- rios, quibus ad certam horam, locum- que condixerant, in vrbem admit- tunt, magno numero. Reuerſos verò à Luco plebeios, valuarum, armorum- que objectu, excludunt. Nec niſi exarmatos ſecuribus, & domeſticis telis: poſtque fidem Regi, ac Valetio datam, in vrbem admittunt.

CAPVT LV.

Dum arcem amicè inuiſi Montaltus; ſimulato repent deliquio animi, præſidiario rum circa ſe curam diſtinei & per ſuos arcem occupat.

Bullengerus l.8. Thuan.79. a.1589.

Les Ligueurs, de la Ste. vnion, *vt vocabant.*

Le Port de Tollon.

Le Sieur de Berre, Bern. de la Valette.

SVB initium regni Henrici qua ti, nondum ſacris Catholic reſtituti; per ſpeciem Henot corum partes juuandi, ſpes inan promouere ſatagebat aſſerendæ ju ſuo Maſſilienſis prouinciæ, Princep Sabaudiæ. Inhiabat maximè Tau roentiano portui & oppido: de cuit arce tradenda Præfectum Berrar ſæpe ſollicitatum breuì peruicturi videbatur, ni anteuertiſſet Valett Regis nomine Prouinciæ Præpoſitu Certatum eſt vtrimque magna conſ liorum diſſimulatione, ſuppari ſign ficatione amicitiæ. Berram adhibeba

Digitized by Google

Valetta perhonorificè, ad cœnam in vrbem ſæpiculè vocabat, hic viciſſim in arcem exceperat honoris & amicitiæ gratiâ, auctis tamen ſemper ſtationibus; ſtructuram, munitioneſque ambitioſè oſtentauerat. Hinc apertus aditus arcis occupandæ. Montaltum virum ſtrenuum, & ſibi affinem proxima ex præfecturâ accerſit Valetta, & coram ipſo Berrâ ſermonem inter pocula de arcis ſtructura ſingulari, ex compoſitò permiſcens, dolere ſe ait, quòd abeſſet Montaltus cùm arcem luſtraret ipſe. Berra hîc vltro nimirum Montaltum inuitare, condiceréque in craſtinum. Is ergo cum viginti de ſuis, ſub ſago armis latentibus ad arcem progreſſus; vt ſuſpicionem amoliretur, globum ſuorum ſub arcem ſubſiſtere imperat; ipſe cum vno alteróve admiſſus, circa primam ſtationem ſimulato animi graui deliquio, inter ſtupentium manus, concidit. Quem ſtationarij concurſu facto in proximum conclaue illatum, dùm ſuperfuſo mero, aliaque omni ope recreare ſatagunt, & diuerſi, vt fit, diſcurrunt: in ea rerum, hominumque

S. Tropés.

confuſione,ac tumultu, qui foris reſederant, ſinguli ſubrepſere. Quos vbi Montaltus præſentes ſenſit, proxima ad arma conuolat, ſtationarios cædit, aut fugat, portam occupat; & Valetam de proximo, rei euentum, cum manu ſuorum opperientem,in arcem admittit. Qui Berram multa querentem, ac multa expoſtulantem, deditionem facere compellit, & in cuſtodia non libera quidem,liberali tamen & ingenua,in ſuo,detinet,dùm à Rege ipſo, quid fieri homine velit, dubiæque fidei reo, excipiat.

CAPVT LVI.

Captus ab hoſte Montœſonus, vrbem, in quam abductus fuerat feliciter capit.

Videllus in hiſt.Franc.Bonnæi D. de Leſdiguieres Franciæ Magiſtri Equitum, l.2. c.3.

PER funeſta illa bellorum ciuilium tempora, quibus agitata eſt ab

Henoticorum ſimul, & Hugonotorum factionibus Gallia vniuerſa; crebris hinc inde cladibus certatum eſt inter partes, alternante plerumque victoriâ. Obſidebant apud Allobrogas inalpinos Gallici nominis vrbem illo ſeculo munitiſſimam, jam aliquot inde menſes copiæ Meduani Ducis. Neque verò capiendæ ſpes obſidentibus affulgebat vlla, & præſidiario milite acriùs repugnante, & hyemante jam duriùs cœlo, vt in montanis, ſub Autumnum deſinentem. Iam crebris irruptionibus fatigati obſeſſores, de abſceſſu cogitare; cùm poſtrema eruptio omnium vt grauiſſima, ità & feliciſſima, ſic victoriam oppidanis attulit, vt hæc ipſa victoria cladi fuerit; fuit certè fraudi. Bono etenim dolo bonæ fortunæ illuſit captus ab obſeſſis ea irruptione vir inter Delphinates è prima nobilitate Montœſonus. Is enim intra oppidum liberæ cuſtodiæ creditus, è præſidiarijs nonnullos, ex oppidanis aliquot, in partes traxit: & quod præcipuum capiendæ Ciuitatis momentum fuit, Herculem quemdam Negronem

La Mure V.

Le Duc du Mayne.

Hercule Negro

Piemontois, Ingenieur.

Inſubrem, gnauum ſanè hominem & induſtrium, rei machinamentariæ præfectum. Ad eum & conſcios miſſæ dicuntur amphoræ aliquot auri & meri ſimul plenæ, à caſtris nimirum per ſpeciem vini ad captiuum Montœſonum tranſmittendi. Inſtitutus ergo Hercules, atque adornatus à Montœſono, ſpargere cœpit in vulgus; obſidionem diuturniorem ſibi videri, quàm cui par eſſe ſuſtinendæ poſſet; hoſtium vires augeri quotidie, deficere obſeſſis. Eas eſſe murorum, munimentorumque labes ac ruinas, quæ refici nulla induſtria poſſint: non ſibi, ſed arti deeſſe quo tot malis repugnaret. Spem denique omnem deponendam quæ noxiè illuderet rerum imperitis: ſibi quidem nullam admodum illuceſcere: aut dedendam breuì, aut deſerendam ciuitatem. Maturè porrò prouiderent ſibi, qui ſalutis amantis eſſent, & publicæ, & priuatæ.

Hac frequenti oratione, tentati primùm animi, debilitati deinde ac fracti ſunt. Poſtremò tandem in deſperationem tutandæ vrbis adacti;

Digitized by Google

cùm Hercules quaſi ſpe omni dejectus, profúgit ipſe in caſtra hoſtium, & repentino illo transfugio, tam inſano metu ciues, & præſidiarios perculit, vt ciuitatem ipſi vltro incenderint, & in arcem ſe ſuaque receperint. Præfecti certè non leui culpa, quippe cui in primis, vnicéque commendatum volüerat Diguerius, ne quo vnquam rerum articulo plebem in arcem admitteret, veritus, ne admiſſa multitudine, annonâ deficeretur, quod & pauculos intra dies euénit. Coactus eſt enim præfectus arcem & ciues dédere, quo ferme momento ad ſoluendam obſidionem cogendus Meduanus videbatur, & anni tempeſtate horrendum in modum ingraueſcente, & lue peſtiferâ in dies caſtra Catholicorum exedente. Montœſonus ipſe, qui paulò ante arcis deditionem, libertatem emerat, jure ſuo precium redemptionis ſuæ repetijt, recepitque, vt decebat, non ſine fœnore.

AMPHORA AVRI PVRI; mero mixti; vrbem expugnat.

Quæ noua perfoſſos tranſcendit machina muros!
Qualis ab igniuomi non venit ore tubi.
Ecquid Gradiuo, nouus inſidiator Iacchus,
Toxica diluto miſcuit antè mero?
Miſcuit, haud dubium eſt. Hem pocillantibus illico
Et nutare caput, & titubare pedes.
Vt vini liquor; vt fulgor penetrabilis auri,
Atque oculos, atque ipſa intima corda ſubit!
Quænam animo tandem madidis ſententia ſedit?
Per pinnas, arcis cùm penetrale patet!
Vnica pro duplici victrix eſt machina Diuo.
Sit venit in partes Plutus Iacche *tuas.*
Sic te Plute *iuuat concordia mitis* Iacchi.
Mixtus vterque Deus, purus vterque tamen.

Digitized by Google

CAPVT LVII.

Deprehenſa hoſtium teſſera; arx capitur; & in eadem, redeuntes ab excurſione nocturna præſidiarij, capiuntur.

Videl. l.2.c.12. vitæ Bonnæi.

CAPTAM ab Henoticis (vt priore capite diximus) Muram, non multò poſt recepit Diguerius. Cuius impoſterum tutelæ, vt ſecuriùs prouideret, ſtatuit ad liberos commeatus viam ſibi expedire eam inter & Menſium oppidum, vbi Meos. ipſe ſæpius id temporis commorabatur. Spatium ferè medium interſecat Dracus torrens veriùs quàm amnis, per prærupta, & impedita loca præceps. Ponte tamen inter anguſta rupium jungitur non procul à vico, vndè & ponti adhæſit cognomen. Hunc ergo Diguerius inædificatis hinc inde propugnaculis, & præſidio

militari, firmauit, Columberio præfecto, viro in paucis ſtrenuo, & notæ ſolertiæ. Altero circiter milliari turricula erat, vel potiùs ſpecula ipſi quoque impoſita fluuio; Catholicarum erat illa partium, & noxiæ hoſtibus viciniæ, ſuſpectæ admodùm certè. Illam Columberius per illunem noctem aggreſſurus, ex arce pontana præſidiarios pleroſque omnes ſuos ſecum educit. At ecce fortè fortuna viam inſederant Catholici è vicinis arcibus, Ductore caſtrorum præfecto generali Petræo, nocturnæ item expeditionis neſcio cujus cauſa. Sed ſubodorati, ſiue per exploratores, ſeu qua alia ratione Petræani, hoſtium excurſionem, inter rudereta proximè viam delituerant, proſtratis humi, vt fit, corporibus. Ità nemine vno ſentiente, locum ſtrinxit agmen hoſtile. At Catholicis è re præſenti nouum enatum eſt conſilium, de ponte & arce occupandis; & commodùm innotuerat (vnde porrò non ſatis conſtat) teſſeraria vox hoſtium. Ea feliciter vſuri, rectà ad arcem procedunt. Increpantibus ſub arcem, eádem ipſa

qua

qua de conuenerat inter ipſos voce, cuſtodibus reſpondent. Vt reducibus ſcilicet re bene geſta, patuit illico aditus in arcem. Introgreſſus primus Catholicorum manipulus, pauculos illos qui arci cuſtodiendæ relicti fuerant, non operosè armis exutos ſine vllo prorsùs ſtrepitu, vinciunt. Hactenus comicè factus inſultus; at poſtremus tragico exitu abſolutus eſt actus. Interea enim, dum hæc ad pontem & arcem aguntur; excurſores ſectarij turricula illa cujus gratiâ in armis erant, interceptâ, & ſemidirutâ; abjectis quoque in profluentem minoris molis tormentis duobus, ad reditum ſeſe properatò, accingunt: ne quid fortè inauditum eſſet ea de excurſione ab hoſtibus, vnde ſtruendis inſidijs locus eſſet; atque adeò viæ malè per ſeſe expeditæ, majoribus copijs intercludendæ. Ità accenſis ex periculi magnitudine animis, facilius quoque fuit illudere. Vbì jam ſub pontem, arcemque ſubiere, & prolata teſſera externæ valuæ apertæ ſunt, admiſſi de more ſigillatim, cùm verò quiſque ſubeuntium intra ſecundas fores erat,

à paratis,ſilentio confodiebatur, dejecto vnâ opera, in ſubjectas voragines cadauere. Sic plus quàm triente hoſtium confecto, ad poſtremum vſque res proceſſura videbatur; niſi extremo in agmine captæ & dirutæ arcis ſeu turris præfectus, in vinculis abductus, illos ipſos à quibus detinebatur inaudito caſu liberaſſet. Cùm enim ab introductoribus agnitus eſſet captiuus, contenta illico, & ſollicita voce nominatim illi cauendum edixere. Qua voce perculſi qui agmen claudebant, retrocedere ſcilicet & inſidias, captamque arcem vociferari. Hi demum ſoli cladem euaſére, dum inter tenebras, notaque præruptarum rupium loca diuerſi fugitant. Tulit hanc cladem grauiſſimè Diguerius,& aliquo deinde tempore, juſto exercitu arcem eandem obſedit, deditamque tandem ſolo æquauit; ne videlicet dum vtrique vrbi Muræ & Menſio cautum eſſe cupit,id ſatagere videretur, vt hoſtibus vtriuſque capiendæ *pontem* ſterneret.

Digitized by Google

CAPVT LVIII.

Miſſus in caſtra ſpeculator fide publica, mero ingurgitatur, & omnia vero majora in vrbem refert.

Thuanus l.111. ſub Henr.IV. 1594.

RESTITVTO majorum ſacris Henrico Borbonio hujus nominis Galliarum Rege quarto, magna vbique animorum commutatio facta eſt. Tumultuabatur tamen adhuc Aremorica Ducis Aumalij auſpicijs, & Hiſpanorum auxilijs, qui aliquot arces ea in regione ex fœdere obtinuerant, occuparant alias. Eò tranſmiſſus eſt ab Henrico vir inſigni fortitudine & pari ſolertia, Aumontius. Qui vbi accepit à Mommartino legato copias non contemnendi numeri jam Guincampium acceſſiſſe (agebat tum Aumontius apud Curioſolitas) eas copias ad

Le Duc d'Aumale Gouv. de Bretagne.

Blauet, &c.

Le Marechal d'Aumōt.

A Quimper-Corentin ſur la Mer.

Digitized by Google

Corlay. Coriłæi obſidionem promoueri actutum jubet, dùm cæteras ipſe quas ſecum adduxerat, quaſi in poſteriorem aciem, expediret ad idem iter. Mommartinus primis ferè impreſſionibus vicum occupauit, compegitque Fontanellam Præfectum, ac præſidiarios trecentos properatò in arcem. Quos vt juſti exercitus ſpecie perterrefactos, ad deditionem celeriùs compelleret, frequentia quati jubet hinc inde tympana, Anglorum in morem; quorum auxilia ad ter millenos Regi militabant in prouincia; ſpargi etiam rumorem de proximo in caſtra cum ſuis Aumontij aduentu. Suſtentabat ſe tamen Fontanella ſpe Hiſpanici auxilij, quòd eæ copiæ iam Ponciuium acceſſiſſe dicerentur. Sed interjacebant ſyluæ crebris riuulis hiberno tùm tempore tumentibus interſectæ, quæ impeditum iter venientibus auxiliaribus reddebant. Eáque fiduciâ Mommartinus obſidionem continuabat, crebris colloquijs extracto tempore, donec Aumontius aduénit: tuncque demum cum Fontanella tranſactum; ſed ea

lege, vt tormenta in conſpectum adducerentur; aut ea in propinquo eſſe ipſi conſtaret. Quâ in re inſpectori à Fontanella miſſo præclarè illuſum eſt à Mommartino, qui hominem bene potum, Guincampium, quod quinque leucas aberat, deduxit & in itinere carros è longinquo oſtendens, eos pilis ferreis, puluere & cæteris hujuſmodi rebus onuſtos eſſe perſüaſit. Vbì verò Guincampium ventum eſt, inſpectori, vino iterum obruto, monſtrata ſunt à Kergomarto ſine curuli apparatu tormenta aliquot, qui etiam plura ſe videre ſibi viſus, nec diſtantiam locorum notans; vt erat vino madidus ad Fontanellam rediјt, atque omnia vero longè majora retulit; itáque mox deditio ſecuta eſt.

MAVORTII ET DIONYSII TORMENTA.

Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια.

Tu lene tormentum ingenio admoues plerumque duro. Horat. L.3. Ode 21.

Digitized by Google

Quid neruis quæſitor amas extendere verum?
Et fide contenſa quæris, inepte, fidem?
Quid rotat obnixos equulo cita trochlea vectes?
Iam didicit mendax lingua rotare ſtrophas.
Vina liques, *vbi ritè reos deprendere falſi;*
Hos vbi vera cupis promere, vina liques.
Scilicet hæc olim. Iam forma recentis Iacchi
Diſſidet, & falſum fundere Diuus amat.
O lene ingenio tormentum! *ô machina belli*
Promptior! ex vnâ quàm numeroſa ſubis!

Tanto in precio, licet ſciſſis ſtudijs, ab vtraque parte habitus, vt ſi noſtro æuo quærendus eſſet, qui antiquum Franco-Galli equitis, hoc eſt, ſine fuco fortis, ac probi Ducis ſpecimen & corpore & ingenio referret, eum Aumontium eſſe, conſentientibus ſuffragijs omnes faterentur. Thuanus lib. 113. p. 573. an. 1595. in

Digitized by Google

Elogio Aumontij ex vulnere demortui. 14. Kal. Sept.

CAPVT LIX.

Per ſpeciem reparandæ annonæ, milites generoſi in villicos, villicaſque deformati Preſſiniacum caſtrum occupant.

An. Chr. 1636. menſe Nouembri.

PRESSINIACVM caſtrum eſt altero ab Lotharingia milliari, ſtadijs à Burgundiæ Comitatu admodùm octo. Id à Galaſio Germanici exercitus duce occupatum, & numeroſo præſidio firmatum, recepit Francerius Lingonum Præfectus: Interceperat hoſtis eódem loci frumenti copiam ingentem; cui coëmendo, cùm ex vicinia Hiſpanicæ ditionis Sequani confluerent, placuit eorum induto cultu, per ſpeciem reparandæ annonæ præſidio illudere. Quatuor

Le Château de Preſſigny.

Le Marquis de Francieres Gouv. de Langres.

è Franceriana turma equites in ruſticos induuntur, effœminantur in villicas totidem ex eadem generoſi adoleſcentes impuberes. Hi circumambiente ceruices ſacco, iſti cubitis ſubdito; vtrique ſub penula aut lacerna latente ferro, & minoris modi ſclopo inſtructi, ad arcis poſticũ ſub auroram procedunt; admiſſi per dejectam, vt fit; ſubductilis pontis machinam; priores ſex occupatâ, vt conuenerat, à poſterioribus duobus portâ, inter Sequanicæ linguæ commercia vltrò miſta, per fictas de frugum pretio contentiones, cuſtodiam pugionibus cædunt. Hîc Ambonvillius Chœſellus illico ſubit ad arcem cum ſua equitum decuria, & fiſtulatoribus quindecim, qui antelucana cuſtodia ad proximum tugurium incolis fortè vacuum, deſederant. Francerius ipſe cæterâ ſuorum turmâ ſtipatus, quæ primo ab arce lapide poſt carecta latuerat, curriculò aduolat, & manu imperióque ſuis ſtrenuè præſtò eſt. Non tulit noſtrorum impetum hoſtis, at viribus, armiſque diffiſus, turrium in quas terrorem abdidit, moles ob-

Le Baron d'Ambonville-Choiſeul.

Digitized by Google

jecit. Hos quoque obices peruicit noſtrorum ſolertia, & cæſis ſexaginta præſidiarijs, cæteros numero quadrageno sad deditionem compulit. Ex his vbi excepit Francerius pari manu, extra arcem verſari pabulationis, aut populationis gratia, commilitones; illos quoque inſidijs inter redeundum exceptos, internecione deleuit, cepitve vniuerſos.

AD GALLVM effœminatum.

Non quòd fœmineas inducat corpore veſtes,
Effæminatum dixeris.
Galligenas ſpecies effæminat ipſa virilis,
Quoties ab hoſte ſumitur.
Quod ſi fœmineos Gallo det Gallia cultus,
Vir inter hoſtes Gallus eſt.
Gallia ſi cultus hoſti dat fortè viriles;
Phryx Gallus hoſtis ſic erit.

CAPVT LX.

Captus è populatorum hoſtium cuneo vnus, ad arcem ſiſtitur, & ſuos ficto, & imperato ſermone ad valuas recludendas inducit.

Menſe Septembri 1640.

Ardres.
Lermont.

ARDRESII Præfectus Lermontius, vir ſtrenuus & notæ jam pridem ſolertiæ, dolum hoſtilem ità dolo corrupit. Conuenerat ex hoſtico, & proximis præſidijs Limitaneorum & ruſticorum manus, in fines noſtros irruptura; adornatis, vt ſpes erat ruſticorum noſtratium duobus, quorum fide in vicinos aliquot pagos inducerentur. Hi Lermontij iuſſu (ad quem hoſtis conſilia detulerant) in præſtitutum locum inſidijs hoſtem immisêre. Atenim quòd nubila nocte & craſſioribus ſolito tenebris obuolutâ, res tranſige-

retur, inter ſe ſatis cùm noſſe non poſſent; & hoſtis, fraude intellectâ, noſtrorum teſſera paſſim vteretur, præſenti conſtantia & ſolemni induſtria, conſilium in melius explicuit Lermontius. Hoſtium vni, mera inter tenebras ſuſpicione, intercepto, tantum obtulit præſenti vitæ diſcrimine metum, vt faſſus vltrò ſit de cuneo hoſtili ſe eſſe, gregarium quidem, apud Iſſianos tamen præſidiarios gratioſum. Hinc natum è re præſenti nouum conſilium Iſſianæ arcis intercipiendæ, in qua ſenos admodum reſiduos captiuus eſſe diceret, cæteris in nocturnam excurſionem dilapſis. Erat verò Iſſium caſtrum præruptæ rupi impoſitum, quò iter erat perangustum & vnicum, mœnibus ac propugnaculis imprimis munitum. Ergo in equi dorſum exceptus, rectà, quia celerato opus videbatur, ad arcem medius inter equitum alam abducitur: quò proximè nondum dilucente die peruentum eſt; ac mox in pedes dejectus, ac probè vinctus, priori cuſtodiæ ſiſtitur, ab aliquot equitibus, qui equo rejecto comites additi
Digitized by Google

CAPVT LX.

Captus è populatorum hoſtium cuneo vnus, ad arcem ſiſtitur, & ſuos ficto, & imperato ſermone ad valuas recludendas inducit.

Menſe Septembri 1640.

Ardres. Lermont.

ARDRESII Præfectus Lermontius, vir ſtrenuus & notæ jam pridem ſolertiæ, dolum hoſtilem ità dolo corrupit. Conuenerat ex hoſtico, & proximis præſidijs Limitaneorum & ruſticorum manus, in fines noſtros irruptura; adornatis, vt ſpes erat ruſticorum noſtratium duobus, quorum fide in vicinos aliquot pagos inducerentur. Hi Lermontij iuſſu (ad quem hoſtis conſilia detulerant) in præſtitutum locum inſidijs hoſtem immiſêre. Atenim quòd nubila nocte & craſſioribus ſolito tenebris obuolutâ, res tranſige-

retur, inter ſe ſatis cùm noſſe non poſſent; & hoſtis, fraude intellectâ, noſtrorum teſſera paſſim vteretur, præſenti conſtantia & ſolemni induſtria, conſilium in melius explicuit Lermontius. Hoſtium vni, mera inter tenebras ſuſpicione, intercepto, tantum obtulit præſenti vitæ diſcrimine metum, vt faſſus vltrò ſit de cuneo hoſtili ſe eſſe, gregarium quidem, apud Iſſianos tamen præſidiarios gratioſum. Hinc natum è re præſenti nouum conſilium Iſſianæ arcis intercipiendæ, in qua ſenos admodum reſiduos captiuus eſſe diceret, cæteris in nocturnam excurſionem dilapſis. Erat verò Iſſium caſtrum præruptæ rupi impoſitum, quò iter erat perangustum & vnicum, mœnibus ac propugnaculis imprimis munitum. Ergo in equi dorſum exceptus, rectà, quia celerato opus videbatur, ad arcem medius inter equitum alam abducitur: quò proximè nondum dilucente die peruentum eſt; ac mox in pedes dejectus, ac probè vinctus, priori cuſtodiæ ſiſtitur, ab aliquot equitibus, qui equo rejecto comites additi

captiuo imminebant infeſtis ſclopulis, ac imperata verba iterare cogebant. Suorum fugam factam eſſe, inſequi de prope Francos, ni properè in arcem admitteret, hoſti prædæ fore. Ad hæc tam anxiè dicta vocatus ab excubitore manipularis præfectus, exceptâ militari teſſerâ, poſtes properatò reducit. At extemplò incruenta omnino victoria, juſſi à noſtris arma deponere præſidiarij, & ſe, & arcem dedunt: quam ſtatuerat Lermontius omni ope, & quouis ſumptu, adductis etiam vbi primùm diluxiſſet bellicis tormentis expugnare; niſi ars arcem promptiùs tradidiſſet. Eam tamen deprædatus æquauit ſolo, aut incendio abſumpſit, quòd abeſſet ab Ardreſiano præſidio longiùs; propiùs verò quinto milliari ab Audomari fano. Errauit ſanè hoſtis grauiſſimè qui liberæ ſe fidei proditorum credidit; ſapienter egit Lermontius, qui proditoris fidem, non niſi deuinctam ſecutus eſt.

S.Omer.

Digitized by Google

CAPVT XLI.

A Francis, ruſticorum, Villicarumque habitu per ſpeciem coëmendi tritici, arx capta.

Anno 1640. menſe Septembri.

HAVD abſimili dolo captum Bodencurtium caſtrũ quarto circiter ab Luxouio milliari ſitum, viam expediuit à Monte-Beliardo in ſolum Francicum; quam non leui noſtrorum incommodo jam pridem obſtruebat. Erat verò tuta hoſtilibus excurſionibus ſtatio, noſtris objecta, atque infeſta; citra curulium tormentorum opem inexpugnabilis. Vt acceperat Caſtromoronus, Montis-Beliardi Præfectus, è captiuis, quos ad arcis præſentem ſtatum pernoſcendum proximo excurſu adduxerat. Eorumdem relatione notum eſt, paratam illic nobili fraudi meſſem vberrimam, nundinas

Luxevil.

Le Marquis de Caſtelmoron.

frumentarias. Ei rei præpoſiti ab Caſtromorono, Valetius, Montaphilanes, Broſſius, ruſticanas Sequano-Burgundiorum veſtes induunt; priores duo muliebri ſpecie, virili tertius. Sex item nouo delectu milites gregarij in villicas partim, partim efformantur in ruſticos; nec deerat frumentaria mantica, quæ nouo vſu tamen breues ſingulorum ſclopos inuolueret. Hoc nundinatorio habitu, arcis licitatores, Martis aream ingrediuntur. Erat inter gregarios Franco-Sequanus apprimè Francicæ rei ſtudioſus, & doli bellici magis, quàm dolæ ſuæ memor. Vbi ventum eſt in arcis conſpectum, ad primam excubitoris de more increpationem, patria lingua reſpondit, conuenire ſe ad frumentationem. At excubitor ſiſtere juſſos, opperiri tantiſper mandat dum rei frumentariæ præfectos aduocat, quæ vox ſuſcepti conſilij exitum corruptum ire videbatur, ni huic quoque articulo, quem animo præceperat Valetius prouidiſſet, datis militi litteris, quas Veſulio ad arcis præfectum mitti diceret, propiúſque ſcilicet in

Les Comtois.

Veſou V.

manus traditurus accederet. Has per ſpeciem extrahendi de pera, contumaci nimirùm & reluctanti, vtramque manum admouit, & per ora ſacci ſiniſtro cubito impoſiti, tubulum eductum exploſit in excubitorem; quo confoſſo, itum à cæteris vnà in cuſtodiam proximam; nec operoſo diſcrimine, doli principes à me jam nominati ponticulum occupant, objectuque ſclopulorum irruentes arcent; & ſuſtinent; donec fiſtulatores triginta, & equites aliquot qui ad arcem ſub latebris reſederant, Rumio, Grifolio, Pratio, Villioque ducibus, conuenirent. Horum aduentu perterriti præſidiarij abjectis animis, armiſque deditionem faciunt. Præfectus ipſe cum paucis, in interiorem turrim, & ſimul vxor, & liberi receſſerant. Eò quoque Francicus impetus virtutem noſtrorum intulit, & publicâ fide datâ, quò conuenerat deportatus eſt, Præfectus cum ſuis. Ita Bodencurtianum caſtrum, quem obicem noſtratium conatibus obfirmârat, nobili ſanè, & virili conſilio, jam tum cœpit hoſtibus opponere.

Digitized by Google

CAPVT LXII.

Capti ab hoſtibus Francici fœderis duo, & in caſtrum hoſtile abducti, per occultum meatum euadunt, & Francos eâdem viâ in arcem inducunt.

19. Dec. An. 1640.

In Germania.

BELLO captos qui molliùs liberæ cuſtodiæ credit, de captiuis ſpeculatores plerumque facit. Ita ſuperiorum annorum per hyberna ruſtici duo à Cæſarianis in proximum Creuſnako caſtrum abducti, hoſtis inſpectores, non præda fuêre. Hi enim per ſocordem cuſtodiæ ſegnitiem, caſtri ſingula perſcrutati; perfoſſi parietis cæcum & occultum meatum deprehendêre; qui ipſos opinor lateret præſidiarios, huic arci non ita pridem impoſitos. Illac igitur

Digitized by Google

igitur per noctem incolumes euasêre Creuſnokum (quod erat oppidum Francico præſidio jam dudum inſeſſum) & Francorum ductoribus facilem irrumpendi, quà ſe ſubduxerant, viam reſerant; quippè quam nec ipſi etiam hoſtes noſſent; ei ſe rei duces capitis periculo pollicentur fore. Neque verò metuendum eſſe contendunt, ne fortè fuga deprehenſa, à ſollicitis, exitus tandem detectus eſſet; quod ipſi ineundæ fugæ ſuſcepto conſilio, de muro funem ſuſpendiſſent qui eo delapſos, quanquam ſtupendo diſcrimine, in vallum ſubjectum, doceret; & vnà animos auerteret ab inquirendo. Igitur arci capiendæ incubantibus Francis, commodùm etiam majoris prædæ occaſio data eſt; quòd agitarent per eos dies connubialia feſta præſidiarij. Quorum hilaritati tantiſper intercesêre Franci; per latentem illum meatum arce potiti; & annonæ generis omnimodi vberrima copia.

Digitized by Google

CAPVT LXIII.

Arcem occupant Franci, vrbano præſidio exire non auſo, ob ſtrepitum frequentium tubarum, ac tympanorum.

An. 1642.

Le Fort d'Anfruelle pres d'Auenes en Haynaut. Le Comte de Quinſay. Guiſe.

ANFRVELLIVM arcem ipſis pomœrijs, ac penè mœnibus Auennarum in Annoniæ finibus inædificatum, occupauit Comes Quinſæus, nocte quæ Idus Martias anteceſſit anno ſeculi huius ſecundo ſupra quadrageſimum. Intendentibus jam ſeſe tenebris, eduxit è Guiſenſi vrbe quam regebat, ſuorum equitum vniuerſam turmam; è peditibus legionis ſuæ, quingentos. Hos verò omnes ità digeſſit, vt equitum partem alteram, in equis circum arcem eſſe, alteram pedeſtri aggreſſione muros ſcalis tentare juſſerit, vnà cum ſelectis ali-

Digitized by Google

quot manipulis peditum, quorum reliquos globos certis circùm ſtatiuis addixerat. Superatis ergo felici aſcenſu exterioribus muris, admotum eſt interioris caſtri portæ crepitaculum; qua excuſſa, cæſi ſunt prę ſidiarij quotquot in armis ſtetere: abducti reliqui captiui, & ſimul expilata liberè arce, onuſti vberrimâ prædâ, currus. Quam graſſandi libertatem expreſſerat ab hoſte Quinſæi prouidum ſanè, & in loco ſuſceptum conſilium. Vniuerſos enim ferè Guiſienſis militiæ tympanotribas, ac tubicines; ad frequentes & proximas arci & vrbi lapidicinas collocatos, increpitare juſſerat indeſinentiùs. Quo ſtrepitu, veritus hoſtis opportuno ſcilicet loco inſtructas inſidias, continuit intra vrbis muros, quam ferret arci præſentem opem: frequenti quidem, ſed inutili ſclopoꝛum, tormentorumque exploſione. De noſtris, cæſi admodum duo, vulnerati quatuor.

CAPVT LXIV.

BELLICVM MOMENTVM.

Inter commutandos præſidiarios, arx capta.

An. 1943. ſub Lud. XIV. Nouemb. 9. In Germania.

Vberlinguen ſur le Lac de Conſtance.

Heillinguembert.

VBERLINGVENSIS Præfectus Vicecomes Corualliuс, vbì certis nuncijs acce-piſſet permutatum iri ab hoſte præſidiarios, caſtri finitimi, equites leuis armaturæ quinquagenos, in totidem ferme fiſtulatores pedites; horum porrò inter aditum, exceſſumque illorum, non nihil temporis interfuturum, quo credenda loci cuſtodia eſſet pauculis tantùm reſiduis militibus & ruſticis. Statuit inter eas moras caſtrum intercipere. Eò ſub noctem de ſuis pedites ducentos, quinquaginta equites educit, & ſub cre-

puſculum matutinum, priorem portam ex-improuiſò occupat, ſecundam manu ipſe ſuâ admoto crepitaculo diſijcit: mox ad valuas conſequentes duas progreſſurus; cui etiam rei & alia duo crepitacula deuehenda ſolerti antè conſilio, curauerat: ni deditionem extemplò feciſſent hoſtiles manipuli, & ſui ipſorum & caſtri. Quod quia & re bellicâ & cibariâ præmunitum erat, tentauere hoſtes recipere delectu habito per vicinas arces, & coacta manu ducentorum, aut paulò plurium militum. Inſedere hi à caſtro non procul latebroſo in loco, vnde præmiſſi decem habitu ruſtico faſces ex fœno geſtantes, Francici præſidij præluſtratores, qui erant ex more ſub diluculum cùm valuæ reſerantur, egreſſi, quatuor occupant & manu, infeſtoque ferro detinent. Verùm vt ad mobilem pontem proceſſere, aditu prohibiti ſunt, quòd vetuerat imprimis Coruallius ne quis intra caſtrum ruſticus admitteretur: cúmque ſiſtere gradum increpante vigile nollent, à manipulari cuſtodia repreſſi ſunt;

Digitized by Google

fruſtrà ad primas exploſiones exilientibus qui in inſidijs latebant, & pontem occupare molientibus.

Digitized by Google

POLYÆNI GALLICI
CENTVRIÆ POSTERIORIS.

SECVNDVM SYNTAGMA
AGGER;
SIVE
DE OBSIDIONE TOLERANDA.

CAPVT PRIMVM.
Bituricenſes per hypogea, & cuniculos actos, Vallum Cæſaris incendunt.

Ex Commentarijs Cæſaris. l.7. c.5.

AVARICVM, principem in Biturigibus ciuitatem, obſidente Cæſare, proximè circum vrbem, productus eſt magnis operibus, ex materia, ſeu Bourges.

Digitized by Google

ligno, agger, cui obſeſſi actis cuniculis ignem ſubjecere. Quam rem totam Cæſaris ipſius fide & verbis excipe. Iis tot rebus impedita oppugnatione, milites cùm toto tempore frigore, & aſſiduis imbribus retardarentur, tamen continenti labore omnia ſuperauerunt, & diebus viginti quinque aggerem latum pedes trecentos triginta; altum pedes octoginta extruxerunt. Cùm is murum hoſticum penè contingeret, & Cæſar ad opus conſuetudine excubaret, militeſque cohortaretur, ne quod omnino tempus ab opere intermitteretur. Paulò ante tertiam vigiliam, eſt animaduerſũ fumare aggerem, quem cuniculo hoſtes ſuccenderant; eódemque tempore toto muro clamore ſublato, duabus portis ab vtroque latere turrium, eruptio fiebat. Alij faces, atque aridam materiem de muro in aggerem eminus jaciebant; picem, reliquaſque res quibus ignis excitari poteſt fundebant; vt quò primò curreretur, aut cui rei ferretur auxilium vix ratio iniri poſſet. Tamen quòd, inſtituto Cæſaris duæ ſemper

legiones pro caſtris excubabant, duæque partitis temporibus in opere erant; celeriter factum eſt vt alij eruptionibus reſiſterent, alij turres reducerent, aggerémque interſcinderent; omnis verò ex caſtris multitudo ad reſtinguendum concurreret. Cùm in omnibus locis conſumptâ jam reliqua parte noctis pugnaretur, ſemperque hoſtibus ſpes victoriæ redintegraretur; eò magis quòd deüſtos pluteos turrium videbant, nec facilè adire apertos ad auxiliandum animaduertebant; ſempérque ipſi recentes deffeſſis ſuccederent; omnémque Galliæ ſalutem in illo veſtigio temporis poſitam arbitrarentur; accidit inſpectantibus nobis, quod dignum memoria viſum, prætermittendum non exiſtimauimus. Quidam ante portam oppidi Gallus per manus ſeui ac picis traditas glebas in ignem è regione turris proijciebat: Scorpione ab latere dextro trajectus, exanimatúſque concidit; hunc ex proximis vnus jacentem tranſgreſſus, eodem illo munere fungebatur. Eadem ratione ictu Scorpionis exanimato

altero, ſucceſſit tertius. Et tertio quartus. Nec ille priùs eſt à propugnatoribus vacuus relictus locus, quàm reſtincto aggere, atque omni parte ſummotis hoſtibus, finis eſt pugnando factus.

Scorpio quid ſit docet Vegetius lib. 4. cap. 22. *Scorpiones dicebant, quas nunc manubaliſtas vocant: ideo ſic nuncupatos, quòd paruis, ſubtilibúſque ſpiculis inferant mortem.*

Tertullianus in libro quem Scorpiacum inſcripſit. *Bellicam machinam, & refractu tela vegetantem, de Scorpio nominant. Id ſpiculum, & fiſtula eſt, paula tenuitate in vulnus, & virus quà figit, infundit.*

Digitized by Google

CAPVT II.

Deſerendæ vrbis conſilium, & fugæ ad Vercingentorigem capiendæ, quod viri præceperant, imbellis ſexus hoſtibus patefecit vt diſſolueret.

Ex Commentarijs Cæſaris.

HABET ex eodem matrum familias Bituricenſium ſalutaris proditio, quò Polyænum Gallicum etiam adornes ſequioris ſexus conſilijs. Verùm fœdi exitus recordatione, agnoſce genium fortunæ muliebris, quæ etiam patriæ nocet in danda ſalute. Cæſar lib. 7. de bello Gall. cap. 5. Omnia experti Galli, quòd res nulla ſucceſſerat; poſtero die conſilium ceperunt, ex oppido profugere hortante & jubente Vercingentorige. Id ſilentio noctis conati, non magna jactura ſuorum ſeſe effecturos ſperabant, propterea

quod neque longè ab oppido caſtra Vercingentorigis aberant & palus quæ perpetua intercederat, Romanos ad inſequendum tardabat. Iamque hoc facere apparabant, cùm matres familias repentè in publicum procurrerunt, flentéſque, projectæ ad pedes ſuorum, omnibus precibus petierunt ne ſe & communes liberos hoſtibus ad ſupplicium dederent, quos ad capiendam fugam natura & virium infirmitas impediret. Vbì eos perſtare in ſententia viderunt, *quòd plerumque in ſummo periculo timor miſericordiam non recipit*; conclamare & ſignificare de fuga Romanis cœperunt, quo timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorum præoccuparentur viæ, conſilio deſtiterunt.

Digitized by Google

CAPVT III.

Inſequentibus Veſpaſiani copijs, impar Sabinus, in hypogéum ſuccedit, & pago incenſo, perijſſe creditus, euadit incolumis.

Dio Caſſ. in Epitome. Xiphil. in Veſp. Plutarchus Erotico. Tacitus lib.4. hiſt.

ROMÆ rerum potiente Veſpaſiano, Gallici aliquot tumultus Imperium in occidente vexauere. Iulius Sabinus homo Gallus, Proauum jactabat Iulium Cæſarem, qui Gallicis amoribus implicitus, ex Sabina gente, perantiqua apud Lingonas familia, clanculariam ſcilicet vxorem duxerat. Animos fecit præſumpta origo ; non Sabino modò ſed, vt amat fieri, gentilibus quoque. Cæſarem igitur ſe auito jure

Digitized by Google

dixerat in Gallijs Sabinus. Et obti-nuerat magno nomini veneratores. At Veſpaſiani ſolertia hominis vanos ſpiritus, breuì compreſſi; cùm enim armata manu Heduorum regiones, ciuium ſuorum ope Sabinus tentaſſet; Veſpaſiani duces inanem ſpem, Romana fortitudine attriuere. Poſt felicia aliquot prælia, Sabinus tandem à Cæſarianis latè fuſus, fugam in oppidulum abdidit; quas tamen latebras cùm inaudiſſet hoſti cognitas; illius ſolertiam arte ſanè ſtupenda feliciter eluſit. Iuſſit enim, in hoſtis oculis, ignem vniuerſo pago ſubijci; ipſe cum paucis ſuorum in hypogéa & tutas in altam terram caueas ſucceſſit, conſcijs conjuge & famulis aliquot. Illic annos prope nouem latuiſſe traditur, donec frequenti conjugis & famuli commeatione, ſuſpicio nata, inimicorum oculos perculit. Detectus Sabinus in lucem protrahitur, & Romam deinde perductus, ſiſtitur Veſpaſiano: vnà & conjux & liberi. Hîc Epona, hoc erat vxori Sabini nomen. *Hos*, inquit, *optime Cæſar in ſepulchro liberos ſuſcepi, hos eduxi pluſ-*

culos, vt & plures ſiſterem tibi necis paternæ deprecatores: latebras noſtras tandiu fortuna texit, dum ſuccreſceret innocentia reorum patrocinio. Oratione hîc lachrymis & ſuis & tenellæ turbæ interpolata, Imperatoris ipſius, & circunſtantium animos mirificè ad commiſerationem deflexerat, ni auerſis à triſti ſpectaculo Veſpaſianus oculis, Romanam rem potiùs, quàm humanam reſpexiſſet; & iteratò in buſtum & ſepulchrum, at ſeriò inferendos pronunciaſſet, extremo ſcilicet affectos ſupplicio, vnà cum reis parentibus liberos. Immanem hanc ſententiam, ſic temperauit deinde Veſpaſianus, vt pueros ſupplicio exemptos, voluerit longiùs à patria in extremam Aſiam deportari.

Non diu tulit impunè tantum ſcelus Imperator; tantæque immanitatis expromptum in generoſos conjuges exemplum: ipſo eodem anno, fato functus; vt annotat Plutarchus, & breui deinde tempore extincta prorſùs eius omni poſteritate. Additque idem auctor, toto Veſpaſiani regno, nihil æquè exoſum

Idem vocat Eponinam, παναθῶν ἀρίστην.

Dijs, Dæmonibuſque (inquit) contigiſſe.

Miſcuere ſeſe Iulius Tutor, & Iulius Sabinus; ille Treuir, hic Lingon. Sabinus ſuper inſitam vanitatem, falſæ ſtirpis gloria incendebatur, proauiam ſuam D. Iulio per Gallias bellanti, corpore atque adulterio placuiſſe. Tacitus lib. 4. hiſt.

Interea Iulius Sabinus projectis fœderis Romani monimentis, Cæſarem ſe ſalutari jubet. Magnam, & inconditam popularium turbam in Sequanos rapit, conterminam ciuitatem, & nobis fidam. Nec Sequani detrectauere certamen. Fortuna melioribus affuit. Fuſi, Lingones. Sabinus feſtinatum temerè bellum pari formidine deſerüit. Vtque famam exitij ſui faceret, villam in quam perfugerat, cremauit. Illic voluntaria morte interijſſe creditus. Sed quibus artibus, latebriſque vitam per nouem annos traduxerit; ſimul amicorum eius conſtantiam, & inſigne Epponinæ *vxoris exemplum ſuo loco reddemus.* Ità idem Tacitus eodem libro.

Liberauerat

Liberauerat fidem, haud dubiè, vir accurati calami, ſed ea monumenta intercidére. Interea matronæ nomen obſerua, quod alij diſtorquent. Xiphilinus, ſeu Dio Nicæus, *Peponilam* vocat. Plutarchus *Emponam.* Omnino vocanda Eponina, ſeu Epona. Legerat aliquis ſtudioſus apud Plutarchum labores huius matronæ, in mariti gratiam exantlatos, ſanè per magnos, & adjecerit ad marginem, verè Ἔμπονος, id eſt, laborum patiens; quod è margine in auctorem irrepſit. Sed ipſe in viam nos reducit Plutarchus, qui eam nomine illo donatam fuiſſe ait, quod apud Gallos, non verò apud Romanos (vt malè vertit Amyotus) Heroidem ſonat. Nimirum alluditur ad vocem Eponam, quæ apud Gallos veteres, Dea equorum dicebatur. Et Plutarchus ipſe in Parallelis, ex Ageſilao refert à Fuluio Stello quodam ex equa generatam Eponam quæ equorum gerit curam. Ἔτεκε κόρην εὔμορφον, καὶ ὠνόμασεν Ἐπόναν· ἔστι δὲ θεὸς πρόνοιαν ποιουμένη ἵππων. Cuius quoque meminit Iuuenalis, & Prudentius. Aduerte ergo originatio-

Sic eruditi pro ἱππώνα.

Sat. 8.

Apotheſi v. 267.

nem Gallicam; quam & notat Plinius lib. 3. h. nat. cap. 17. dum de Gallia Romanis Tranſpadana. Oppidum, inquit, Eporedia, Sibyllinis libris à Pop. Romano condi juſſum. *Eporedicas* Galli bonos equorum domitores vocant. *Rheda* etiam vox eſt Gallica ex Quintiliano lib. 1. cap. 9. de vitijs, & virtutibus orationis.

Yvrée.

Non igitur mirum eſt nomen *Eponinæ*, heroïcum quid ſonare apud Gallos antiquiores, cùm in Gallia nihil antiquius ſemper fuerit, equeſtri gloriâ. Ἐκεῖ μὲν Ἐπωνίνην ἐκάλουν; Ἑλληνιστὶ δ᾽ ἄν τις Ἡρωΐδα προσαγορεύσειεν.

Illic quidem Eponam vocabant. Græce verò Heroinam quis dixerit.

CAPVT IV.

Ricardus Normanniæ Dux puerulus, in clitellas impoſitus inſtar herbacei faſciculi, ex aula prófugit.

Ex hiſtoria Normanniæ, Chronicò Franciæ, Guaguino. Rege Ludouico IV. vltramarino. An. 943.

GVILHELMO Normanniæ Regulo, ab Arnulpho Flandrenſium Comite, per ſicarios infami fraude cæſo; Ludouicus eo nomine quartus Francorum Rex Rothomagum profectus, Ricardum Guilhelmi filium, hæredémque vnicum, ſecum Laudunum abduxit; eo Laon. nimirum obtentu, vt principem puerum ad aulicam diſciplinam erudiendum curaret; ferrétque ipſe in oculis; reapſe tamen vt pignus fidei Normannicæ apud ſe retineret. Quo ne fortè excideret, famulos primò in

eam rem adornatos ; demum etiam cuſtodes impoſuit. Erat à Normannis Proceribus prçceptor datus Ricardo, vir nobilis & probus Oſmondus : is ægrè ferebat in primis, regiæ educacationis ſpecie teneri principem, penè in vinculis. Tum verò maximè indoluit cùm quadam fortè die venatum inſcio rege profectus eſſet Ricardus : quem ſub noctem reuerſum contumelioſè propalam Rex excepit, etiam interminatus ſpurium adoleſcentulum poplitnm aduſtione multaturum ſe, ſi quando injuſſu ſuo è palatinis ædibus, vel pedem efferret. Intellexit Oſmondus, immane illud conſilium Arnulphi, quo de aliquid inaudierat ; de ſuccidendis poplitibus, ne robuſtiùs adoleſceret Ricardus, intimè inhæſiſſe regis in animum, verendumque, ne actis altiùs radicibus ſuccreſceret in perniciem alumni ſui. Præſertim quòd exinde cuſtodiri arctiùs in dies, obſiderique cerneret. Auctor eſt puero, vt ſi ſe ſanum, ſalvumque velit, ægrotare ſe grauiter ſimulet, cætera ſuo permittat arbitrio, rerum ſecurus. Quam rem puer

præter ætatem callidus, & metu ſimul ac mœrore confectus, non pueriliter expleuit. Adeò quidem, vt deſperata ſalus non acriter intelligenti, obſeruantique videretur. Satellites ipſi in fraudem inducti, puerum negligentiùs obſeruabant; contigitque commodùm, vt Ludouicus ambitioſo rerum, epularumque apparatu proceres ſuos in conuiuium exciperet; quam pompam inſpiciendi gratiâ, ſtationem deſeruere cuſtodes vniuerſi, rati videlicet puerum in extremis penè agentem, vt arbitrabantur, cuſtodiâ admodum non indigere. Oſmondus, qui in omnes explicandæ fugæ imminebat articulos temporis, vidit hîc ſibi dari quam tantoperè ambiebat occaſionem, & principi & ſibi aſſerendæ libertatis. Erat juxta conclaue vbi decumbebat Ricardus, inducta farraginis virentis non illiberalis copia, equorum pabulo deſtinata. Puerum igitur farracea herba circumtegit, exceptum ſub pallio inſtar faſcis, ad equile trāsfert; illic immiſſum in clitellarum alteram, equo imponit, adjectiſque alijs in

juſtum onus faſciculis, exportandum extra vrbem tradit vni ex famulis addictæ ſibi fidei, & principis peramanti. Oſmondus ipſe equorum ſuorum perniciſſimo celeriter conſcenſo, aliaque via egreſſus; vbi condictum in locum vltra pomœria deuénit; exemptum de clitellis Ricardum equi ſui dorſo participat, & puerum blandiſſimo complexu hærentem, ac ſe ſubinde ſalutis ac vitæ parentem vnicum vocitantem,
Coucy. in caſtrum Cuciacum transfert, vn-
Senlis. de à Syluanecti toparcha, & Ricardi auunculo, in Normannicum ſolum reſtitutus eſt. Fremente immensùm Ludouico Rege.

Digitized by Google

CAPVT V.

Sparſus ex-compoſitò rumor de foſſis opplendis, æquandiſque, per Caſtrenſis militiæ coaceruata corpora, omnes peditum numeri ad deſertionem inducit; & Ciuitati obſeſſæ ſalutem conficit.

Ex hiſtoria Normannica cap. 49.
An. Chriſti 1098.

HELIAS Flexiæ Comes, aſſerturus armis jura vxoris Normannicæ originis; Cenomanos improuiſus occupauit: impoſitoque illic præſidio, arcem vicinam in quam ſe hoſticarum partium fautores aliquot receperant, vno penè impetu inuaſit. Quod vt nuncium properatò delatum eſt ad Guilelmum cognomine Ruffum Normanniæ Ducem, tùm in ſuo Angliæ

Helye Comte de la Fléche.

La Ville du Mans.

Guil. le Roux X. Duc de Norm. & Roy d'Anglet.

regno agentem, ac fortè medias inter ſyluas venationi intentum, tam grauiter perculit, vt de circumſtantibus ſciſcitatus, quam in partem vergeret ciuitas vel capta, vel obſeſſa, ſanctè jurauerit aditurũ ſe rectà, neque toto itinere vel ſtadium vnum admodum declinaturum. Hærentibus Anglis, cùm reſpondiſſet Normannus tabellarius, intendiſſetque in extremam oram ſyluæ digitum; eò perrexit Guilhelmus per teſqua, impeditaque loca, eques modò, modò pedes. Quòd verò rectum iter obſideret elegans & amplum ad ſyluam prætorium; perfodi illud, ac dirui juſſit ea parte, in quam ipſe rectà deuenerat. Atque ità
Dartemũe. deſtinato procurſu in proximum portum acceſſit. Vbi cùm nec ſatis inſtructæ naues eſſent, nec venti ferentes: excuſantibus minùs opportunum mare, ac tempus, nautis; perſeuerantiùs inſtitit, cauſatus; non audiſſe ſe mari demerſos vſquã Reges. Feliciùs
Roũen. ergo quàm ſapientiùs Rothomagum appulſus, incredibili celeritate exercitum cogit, omnium ordinum concurſu mirabili. Quibus copijs fretus

Ciuitatem Cenomanenſem obſedit. Helyani præſidiarij prima, ſecundaque impreſſione repulſa, cùm ſe impares iracundo Regi, & hoſti numeroſiſſimo viderent, nocte intempeſta ex oppido profugére. Quo potitus Guilhelmus, ſuos qui arcem, capta vrbe, tenuerant, deſertorum ciuium bonis donat, & principes quaſque in ædes collocat. Hinc fugientem hoſtem proſecutus, Mayetum fortiſſimam arcem, in quam ſe Helyas abdiderat, obſedit. Erant in magnam altitudinem actæ circum foſſæ, & inductâ in eas vberi aquâ oppletæ; quam tamen ductis hinc inde incilibus, aliò breuì deriuauit Guilhelmus. At difficilioris erat operæ ingentes voragines frondibus, thermite, & materia æquare ad promouendas in muros machinas, ſcalaſque circum aptandas, ad vniuerſam impreſſionem; quâ ſolâ ſpes erat inuictum præſidiariorum robur obruendi. In eam rem, vicina ſylua penè tota ſtirpitus exciſa eſt. Supererant tamen non paucæ lacunæ depreſſarum foſſarum, de quibus etiam explendis cùm ſata-

geret vniuerſus exercitus, occupauit commodum tempus conatus Normannicos fœdo exitu corrumpendi, Robertus Beleſmius Gallus, vir inter regios primarius, at occultis odijs Guilhelmo jam olim perinfenſus. Hujus induſtriâ, latè diſſeminatus eſt rumor vniuerſa per caſtra, ferali conſilio ſtatuiſſe Guilhelmum, foſſarum reliquos hiatus gregariæ peditum militiæ corporibus opplere. In quam mentem inductus eſſet Princeps ab externo equite qui diu verſatus in Aſiaticis bellis id vſurpatum diceret à Turcis & Perſis frequenter & opportunè vbi celerato eſt opus. Tantus porrò indè motus incubuit in animos militum, vt pedites ad vnum omnes, ſi pauculos excipias numerorum Præfectos, ordinum Ductores, vnius admodum ſpatio noctis, alij aliò vniuerſi diffluxerint. Quàm verò tulerit ægerrimè inopinatam deſertionem Guilhelmus, facilè ſtatuet qui hominis ſingularem impotentiam nouerit; præſertim cùm ſe adactum videret ad eam neceſſitatem ſoluendæ obſidionis, quæ reſiduas equitum

copias, & caſtrenſia omnia impedimenta inordinato diſceſſu obijceret hoſtibus. Helias enim cum ſuorum manu, poſtremam aciem diſcedentium multa clade diſtrinxit; majoremque illaturus erat, niſi præſentium manubiarum cupido, militem ad diripienda caſtra reuocaſſet.

CAPVT VI.

Quo ſeculo diſcedendi ſignum erat, incenſio tabernaculorum, pręſidiarij ſilentio egreſſi, ſubjectis flammis, caſtrenſem militiam, ad diſceſſum maturandum inducunt.

Ex Sugerio. An.1104.

PHILIPPVS eo nomine Regum Francorum primus; rerum gerendarum ſummam filio Ludouico permiſit, quo tempore licentiùs elata nobilitas, ſacra, profanaque Louys le Gros.

omnia vexabat. Hinc effuſa in mutuas contentiones, Regiæ auctoritatis intercesſionem (quæ rerum, temporumque erat infelicitas!) niſi armatam, flocci faciebat. Ludouicus primò ſacrorum vindicem egit, fundis in quos inuaſerat potentium cupiditas, Sacerdotio reſtitutis: pacificatorem deinde, aut vltorem inter diſſidia.

Hugo Comte de Clermőt. C. de Beaumőt. Luſerche.

Hugo Claromontenſis Comes filiam nuptui collocauerat apud Matthæum Bellimontenſem; interque bona dotalia Luſerchiæ dominium ex dimidio tradiderat. Matthæus conſortis pertæſus Hugonem Socerum, per nefariam impietatem armatâ manu, auitâ ditione penitùs eijcit. Quem repoſiturus in antiqua jura Ludouicus, conſcripto repentè milite, in Hugonem

Canliac.

mouet; & Cancelliacum, quam inuaſerat arcem perduellis, obſidet. Erant ad vim inferendam omnia parata, neque refutandæ impreſſionis pares hoſtes; cùm ex improuiſo incubuit imbrium, ventorum, fulgurum, tonitruumque tempeſtas, vt totis latè caſtris diſiecta, diſſipataque ſint opera obſidionalia, excuſſa tentoria, atque

ipſa adeò principia humi afflicta; eliſi equi plerique & diſtracti currus. Miles quaſi de cœlo tactus, hærebat attonitus, nec tela expedire, nec conſilia ſatis: donec ſub matutinum crepuſculum, turbante adhuc cœlo & obſcurùm minante, emiſſi ex vrbe incendiarij varijs caſtrorum locis, ſemel ignem clam ſubjecere. Quod quia illâ ætate diſcedendi ſignum erat, conuaſatum eſt vbique caſtrorum extempore: nec inhiberi diſceſſus vel ab ipſo principe valuit; militibus alijs aliò dilapſis. Re denique infecta Pariſios remigrare coactus Ludouicus, paulò deindè pòſt veniam, ſocero deprecante, Genero conceſſit.

CAPVT VII.

Toloſæ Comes latens intra arcem, dum abeſſe creditur; hoſtis ſolertiam diſſoluit, & caſtra & obſidionem.

Ex libro vndecimo Alexiados Annæ Comnenæ, ineunte ſeculo ſalutis duodecimo.

Circa annum M. C. II.

INSIGNEM victoriam Galli Ducis, narrat *Anna Comnena* in libris quos ſcripſit de Patris Alexij Imperatoris rebus geſtis, alijſque quæ eo regnante contigére in Imperio Orientali. Ducem illum, *Sangelen* vocat. Quem eundem eſſe Remundum Toloſæ Comitem; & rerum geſtarum, & temporis conſignatio, & nomenclatura, perhibent, ex ſententia virorum eruditorum. Certè Remundus is Sanċti Ægidij Comes vulgò diċtus, ab vrbe inferioris Langothiæ, quæ Gallicè *Saint Gilles* dicitur,

Σαγγελῶ.

ſub Philippo primo Francorum Rege, cum alijs Gallię Principibus, in Orientem transfretauit, primâ illâ celebri expeditione ab Occidentalibus in Palæſtinam ſuſcepta. Hoc verò præcipuum Sangelæ noſtri decus fuit, quòd vnus ipſe ſolemni ſe voto adſtrinxerit, quod & votum religiosè obſeruauit, de patria nunquam reuiſenda, ſed totius quam fœneraret Deus vitæ decurſu, in aſſerenda Chriſtianorum Orientalium libertate conterendo. In ea igitur Syriæ parte quæ contermina eſt Palæſtinæ, multas vrbes, arceſque de Barbaris recepit; atque inter eas Laodicéam & Antaradum. Quod poſtremum caſtrum oppido cognomine, præſidium erat tota illa regione munitiſſimum. Id oppugnaturus qui rerum Damaſci potiebatur è Turcorum genere Tyrannus Atapacas, obſidere ſtatuit juſto exercitu; & erant jam ſub ſignis ingentes copiæ, cùm accepit ab exploratoribus Sangeles, hanc Antarado imminere tempeſtatem. Verùm quia milite tùm fortè deſtituebatur, ſupplementum militiæ à fortitudine

& ſolertia mutuatus eſt. Rem enim ſic totam adornauit. Deuinxerat ſibi animos indigenarum ad ſingularem beneuolentiam & fidem, ſingulari & verè Gallicana vrbanitate, & comitate. Adeò vt arbitrium etiam ciuitatis cuſtodiendæ ciuium præſidio non imprudenter poſſet concredere. Conuenit ergo Gallos inter & ciues, vt hi ſub aduentum Atapacæ ſoli pro exterioribus muris, curarent & ad vrbis portas; lateret intra arcem cum ſuis Sangeles, quò ipſe poſt breuem excurſionem fugæ nimirum & timoris ſpecie ſuſceptam, per tenebras reuerterat. Famâ inde publicâ per vicinas hoſtium arces diffusâ, & Gallorum trepidam diſceſſionem latè confirmante. Ea ficta trepidatio, tantò fidentiùs diſſoluit Turcorum ſolertiam militarem, quantò inſolentius videbatur Gallos toties victores hoſte nondum viſo, ad ingruentis famam, trepidare. Prægeſtiens eo nuncio Turcicus exercitus palantium in morem ſubijt ad Antaradi pomœria: quò ſuccedentes excepit ciuium legatio pacis, & dedendæ ciuitatis
conditionum

conditionum componendarum obtentu. Dicta dies in perendinum. Tùm verò ſecuriùs, ſolutiúſque eſſe Turci, fixis ſub vrbis conſpectum, non tam caſtris, quàm tentorijs, peregrinantium potiùs, vt ea in Orientali regione fit, more, quàm militari. Nullis ſtationibus, nullis cuſtodijs, palatis vbique manipulis & contubernijs, ſocordi ſecuritate: equis etiam ad paſcua liberè paſſim vagantibus. Ità noctis exactum tempus, & matutinum quoque, de via nimirum defeſſis. Adulta jam die, Galli equites præter propter quingenti, apertis derepentè vrbis portis, vno impetu, plures in cuneos deſcripti, ſemiſopitis, & palantibus ex-inopinatò ſuperuenére. Et quia, quo loco tetenderant Turci latiſſima planities erat vbique equitabilis, eos infinita ſtrage deleuére. Paucis admodum ad ſigna trepidè conuenientibus, quos ſtatim Gallorum turmæ diſijciebant in effuſam fugam. Neque fuga ſaluti eſſe poterat, peditibus nempe., aut malè comparatis in equis ſedentibus,

Gallis contrà compoſitè & agminatim dorſis fugientium indeſinenter inſtantibus. Cæſum denique eſt quidquid erat Turcici nominis, ſi pauculos captiuos excipias, quos ex veſte ditiores interpretati calones & lixæ, ſpe redemptionis vberioris ſeruauére incolumes. Galli, tot cædibus defeſſi ſub noctem Antaradum regreſſi triumphantium in morem, caſtrorum hoſtilium direptionem in conſequentem diem pronunciauére, & ciui benè merenti, & bene merito militi. Sangele vero Principe vnam rei geſtæ gloriam, & arcis, vrbiſque libertatem, ſpolia ampla, ſui juris eſſe, meritiſſimè gloriante.

CAPVT VIII.

Rogerius Apuliæ & Calabriæ princeps; in caſtris hoſtilibus proclamari diſceſſum per adornatos curat, & exercitum diſſipat.

Ex libro 4. Hiſtoriæ Byzantinæ, auctore Ioanne Sinnamo: & editore P. Petro Poſſino S. I. circa annum 1137.

HIc quoque Generi in Socerum dolus, procinctam ad ad arcis obſidionem, aciem diſſoluit. Innocentius eo nomine Secundus Romanæ Eccleſiæ Pontifex, Lotharium item Secundum Imperatorem, in Rogerium Franco-Normannum Calabriæ Ducem, in Italiam acciuit. Qui & magnā eiuſdem ditionis partem breuì armis occupauit. Cùm verò ad præcipuæ arcis obſidio- V. Cap. VI.

nem cõtenderet, quam ſi obtinuiſſet, debellatum videri poterat; Rogerius ad doloſas, ſuo more (inquit Sinnamus) conuerſus artes, citra vim, & pugnam effecit vt Imperator inuitus ſimul, & vltro recederet, deſertus à ſuis. Erat Lotharij Gener homo magnæ apud Socerum potentiæ, & gentis Alemannicæ totius veneratione, ac ſenſu facilè ſecundum à Lothario dignitatis locum obtinens. Hunc Rogerius clam pecunijs aggreſſus, demum perpulit vt inſcio Lothario, conſuetum ſignum confecti belli, quale videlicet edi per exercitum more Alamannorum antiquo ſolebat, jam tunc dari juberet præmaturè. Eſt id ſignum, non tubæ cantus, aut aliquid ejuſmodi; ſed barbarus quidam & indoctus modus, certo nimirum accentu modulata conceptorum aliquot verborum formula, qua ſemel apud exercitum pronunciata, primo ſtatim auditu pro ſe quiſque velut ſoluti omni jure obſequij, & militaris religione Sacramenti, vaſa colligunt, diſſipatique, ac temerè ſparſi dant ſe in viam, quò, & prout cuique

priuatim eſt commodum. Id carmen tunc Lotharij Gener, fraude magna proclamari ad milites nihil minùs opinantes, cùm ſubitò juſſiſſet, diſiecit, diſſipauitque irreparabiliter exercitum, quàm vehementer, tam fruſtra indignante, prohibentéque Lothario. Qui ne quingentorum quidem ſuſpendio, ſedare, reuocaréve ad officium vmquam valuit vulgus ſemel in licentiam effuſum. Diffluebant enim nihilo ſeciùs, & aliò alij dilabebantur, minarum juxta, pœnarúmque vnicè ſecuri. Tanto quidem dolore Lotharij, vt is contractâ hinc febre vehementi, paulò pòſt deceſſerit.

Lotharius, Sinnamo, *Luteres* dicitur ex Gallico *Lothaire*, vt *Sangeles*, à *Sangilles*. Seruata pronunciatione τῦ Ητα, ſeu E fœminini, quæ frequens eſt apud noſtrates. Ex quorum vſu & conſuetudine, inter ſacra bella, Græci & Orientales multa ſunt mutuati, vt & nos ab illis ſumus. *Calabria* verò, eidem Sinnamo, Λογγιϐαρδία dicitur, communi errore autorum qui ea ætate Græcè ſcripſe-

runt, vt annotat P. P. Poſſinus, cujus in hac narratione amico ſtylo vſi ſumus. Rogerius porrò noſter, eſt eo nomine ſecundus, qui Siculis item & Affris regnauit. Vnde & vulgaris verſus.

Appulus, & Calaber, Siculus mihi ſeruit & Affer.

CAPVT IX.

Pontius inter præſidiarios Frãcos, funem alligauit extremo haſtili ſagittæ, quam vbi jaculatus eſſet in clypeum hoſtis, retraxit. Et nudatum clypeo hoſtem, aliâ confixit ſagittâ.

Ex Guil. Britone, Rigordo, Gaguino. Anno Chr. 1214.

AGEBAT in Belgica apud Neruios cum exercitu Philippus Auguſtus, quo tem-

pore Ioannes Angliæ Rex, fœderis in Francos nefarij princeps auctor, ratus habiturum difficiles explicatus tam graue bellum; quò idem illud arctiùs innodaret; in Aquitaniæ fines irrupit, & coëuntibus frequenti ad ſe defectione Andegauis & Pictonibus, munitiſſimum ad Ligeris oram caſtrum, cui Monachi rupes nomen, obſedit. Erat impoſitum arci præſidium ex ipſo Gallicanæ militiæ flore. Quippe Philippus haud ignarus quantum ſit bellicæ rei momentum, hoſtium vires in regni finibus, elidere, cùm Belgicæ expeditionis cauſa, numeroſum exercitum conflaſſet, exiguam quidem manum ſed ſelectam, & ipſo ex delectu fide atque audacia præcipuã, ad Ligerianæ arcis tutelam ſepoſuit; monuitque, rem Belgicam ad Ligerim probè geri poſſe & Othonem in Anglo vinci. Ita cupidos Germanicæ laureæ animos, ad, Anglicanam reuocauit: vt hujus præjudicio vocarentur in vtriuſque conſortium. Paucis enim ante Bouinenſe prælium diebus, arcis obſidionem indecorè ſoluit Anglus. Ergo cùm, omni ope

La Roche au Moine.

ſolerti etiam exercitatione. Is ab ipſo ſtatim obſidionis exordio, matutinus, veſpertinúſque, ſub crepuſculum, obſeſſæ arcis muros, ad aggerem ipſum bis, térve diebus ſingulis obambulare, & infeſto arcu imminere ſolitus erat. Atquò tutiùs collimare poſſet, armigerum juſſerat ingens imbricis in morem ſcutum obambulanti prætendere. Cadebant igitur irrita obſeſſorum tela omnia, mobili, ac circunductili excepta pluteo; donec Pontius inter præſidiarios audaciâ nobilis, & ſtrenuus miles, ad jaculandi peritiam dolum admouit. Grauiorem ſolito baliſtàm comparat, neruum ſumma vi, ferreis vncinis contendit, jaculum quoque majus non tenui, latáque acie porrectum, ſed quadrato calybe acuminatum. Tum perforato haſtili extremo, funis innectit alterum caput; alterum ad muri pinnas ſtipiti acriter defigit; ea tamen erat funis prolixitas, qua vltra aggerem paulò explicari contentus poſſet, ad eum nimirùm locum quem ſolemni circulatione obire ſolitus erat Ingorrandus. Nec verò is deffuit quoti-

dianæ conſuetudini fraudis inſcius, quem vbi de more objecto ſatellitis ſcuto, ad aggeris exterioris molem, Pontius animaduertit, commilitonem jubet præſtò ſibi infeſtis jaculis, contentíſque arcubus adeſſe; tum jaculatur extemplò. Conditum eſt in ſcuto ſpiculum tubulo tenus, & ſummo haſtili, & coëunte propter materiæ lentitudinem contumaciùs vulnere tenaciſſimè inhæſit. Hîc reducto ad ſe fune, Pontius, nutantem adhuc inſolita emiſſionis grauitate ſatellitem, & vnà cum ſcuto ſuo, & inopinato caſu rixabundum, è ſuperiore aggere præcipitem abjecit in ſubjectam foſſam, commilitonum jaculis obruendũ. Ingorrandus ipſe telis objectus non ſatis eſſe ſibi ſenſit gemello jugo exaggeratum corpus, deſijtque collimare ipſe in ſcopum conuerſus, & telorum pariter & cachinnorum. Excanduit legati morte princeps Anglus, & vt erat impotentis iræ, jubet actutum eodem loci, vbi cæſus eſt Ingorrandus, crucem defigi; ſanctéque dejerat (ſi quid tamen homini toties perjuro ſanctum erat) præſi-

diarios ad vnum omnes infami ſe ſtipiti dediturum, ac ſupplicio: nî proximo ſequenti triduo, vltro ſibi dederent ſeſe. Ab hiſce minis prouocatum eſt vnâ voce ad arcuum, baliſtarúmque funes, quibus etiam contentiùs adductis juſſus es faceſſere Anglus, ac meminiſſe Richardum fratrem, & Regem eundem, Francicæ ſagittæ cuſpidem expertum eſſe. Viſa eſt proxima contumeliæ tam libera militum inſultatio, & infinitam accendit vindictæ cupidinem: ſed eandem breuì, metus extinxit, dum Ludouicum Philippi F. armatâ manu jam jam imminere, itinere vnius diei propiùs intellexit. Obſidione igitur non tam ſoluta quàm lacerata, profúgit Anglus intempeſtâ nocte, & præmium toleratę obſidionis, immenſam prędæ magnitudinem vaſorum, ſarcinarum, impedimentorum, machinarum, armorum eſſe voluit. Sic probauit Anglus, validiſſimum Imperatoris hoſtem metum eſſe. Philippus, præcipuam laudem, militiæ delectum.

Ingorrande caue, de muro Pontius arcum
Expedit;ecce volat miſſa ſagitta;caue.
Nil opus eſt, inquit; clypeo remorabimur ictum.
Fiet ait ſcopulus,qui ſcopus hoſtis erat.
Fallor ad hoſtiles, en tranſit ab aggere partes,
Factus militiæ proditor vmbo meæ.

Fallitur Gaguinus qui Ioannem Angliæ Regem ſub ſcuto latitâſſe tradit in Philippo 2. lib.6. Is enim Ingorrandus fuit, & qui eum confixit Pontius. Ex Guil. Britone Philippidos lib. 10. vt ex eodem, conſtat Richardum Ioannis Fratrem ſagitta percuſſum interijſſe; hoc eſt eo genere armorum quo maximè ſui vterentur, baliſtis muralibus & grauioribus, quarum auctorem vſus frequentiſſimus eum, & vulgi opiniò faciebat.

Vt qui Francigenis baliſtæ primitus vſum
Tradidit, ipſe ſui rem primitus experiatur;

Quamque alios docuit, in ſe vim ſentiat artis.

Guil. Brito pag. 291.

Ideo telum quo Richardus confixus perijt, Æmilius Scorpionem vocat.

Hanc rupem quam Angli obſidebant, arcem Monœci vocat Æmilius lib. 6. Homo Italus Gallicam vocem *la Roche au Moine*, Latino-Græcam fecit, ex Græco-Latina illa qua portus Herculis Monœci in mari Liguſtico nominatur, hodie Monaco Italis, Gallis finitimis Mourgues. Vndê forte Morguer Gallicè dicimus, quòd locus ille ſuperciliosó jugo & munimento minari videatur, aut fluctus contemnere. Neſcio cur vir eruditus Hugo Grotius verſum Lucani lib. 1. vbi vox *Monœci*, emendat & legit *Morari*.

Quaque ſub Herculeo ſacratus nomine portus
Vrget rupe caua pelagus non corus in illum
Ius habet aut Zephyrus ſolus ſua littora turbat

Circius, *&* *tuta prohibet ſtatione Monœci.*

Forte inquit *Morari.*

Certum tamen videtur, Lucano præ oculis fuiſſe Virgilij locum lib. 6.

Quantas acies ſtragémque ciebunt
Aggeribus ſocer Alpinis, *atque arce Monœci*
Deſcendens, &c.

Apud vtrumque Poëtam de belli Ciuilis apparatu agitur. In quem apparatum Cæſaris ex Alpibus deductum, mirè alludit Cicero. Ego, *inquit*, hunc video paratum peditatu, equitatu, claſſibus, auxilijs Gallorum quos Matius ἐσάλπιζεν. lib. 9. Epiſt. 15. ad Atticum. *quaſi dicat ex Alpibus conuocauit*. Σαλπίζω. tuba concino.

Recentes hiſtorici duo, Gallicè alter, alter ex Gallico Latinè dixere eodem die pugnatum à Philippo patre, & à Ludouico filio, quorum tamen ſententiæ vetat accedere Guillelmus Brito in Philippide lib. 10. quam Ludouico dedicat.

Tu patriam tutare tuam, dum magnus ad altum
Fulminat Eſcaldum pater ; & dum ſubjugat hoſtes.
Dum procul extremis , Flandrorum pugnat in oris
Sicque manum properat ſupremam apponere bello.
Vt vix praueniat ejus tua palma triumphum.

Rigordus item de geſtis Philippi pag. 215. Hanc victoriam Ludouici ſecuta eſt modico tempore interjecto victoria Philippi Regis, ità quòd infra vnius menſis ſpatium filius in Pictauia de Rege Angliæ & Pictonibus ſine conflictu; pater in Flandria de Othone & Flandrenſibus triumpharunt.

Æmilius lib. 6. per eoſdem dies & Ludouicus Regius juuenis arcem Monœci liberauit obſidione , ex Pictonibus fugauit Ioannem Anglum.

CAPVT X.

MASSILIDES.

Quadringentæ mulieres Maſſilienſes, militari veſte indutæ, pro muris hoſti objectæ, obſidionem diſſoluunt, illati auxilij opinione.

An. Chr. 1233. Remundo Berengario hujus nominis tertio, & vltimo Prouinciæ & Barcinonenſium Comite. Noſtrad. & alij.

TRADIT apud Athenæum lib. 12. vetus hiſtoricus, neſcio quis Ibéros olim & Maſſilienſes, in publicum prodire ſolitos muliebri penè veſte, manuleata eadem, & talari, ſtolæ matronalis inſtar: illos porrò ex muliebri habitu nihil ignauiæ contrahere; Maſſilienſes contra imbelles vnà animos induere. Parum

Parum lepidè, opinor; ſi Maſſiliam Gallicam arguit, vel inde confice, quòd Gallicæ Maſſilides galeatæ, Ibéri accolas debellauere. Berengarius Comes multos jam menſes arcta obſidione premebat Maſſilienſium ciuitatem, & ad grauiora deditionis conſilia breuì deducturus videbatur, niſi fortunæ muliebri ritè litaſſet innata Maſſilidibus generoſitas. In fœderis ſocietatem conuenerant vicinæ principes ciuitates, Genua, Arelate, Auenio. Fœderis ergo nomen, arti ſpeciem fecit, quòd in dies aut noctes ſingulas, ſociorum auxiliares copiæ expectarentur. Nocte intempeſta & illuni penitùs, ea murorum & vrbis parte, quæ faciliores præbere poterat copijs auxiliaribus aditus, turbari primùm ex-compoſitò, tum murmure increbreſcente latè fundi, & attolli gratulantium plauſus. Verbo vno denique feſtiuis vndecumque lætitiæ ſignis, perſonare ciuitas, & jam tum de tenebris, ſocia arma intra muros recepta obnunciare hoſtibus. Sub auroram, dubiâ adhuc luce, productæ ſunt perpetuos in muros, & liberum

V Eraſmi pro. *Nauiges Maſſiliã.*

obſidentis hoſtis conſpectum, noui delectus centuriæ quatuor; matronarum nempe & virginum quæ chlamyde in ſtolam inducta, caſſide in caput, arcubaliſtis & pilis inſignes, tam certam ſpeciem noui auxilij præbuêre, vt ad honeſtiores & molliores longè pacis conditiones adductum comitem, liberata patria remiſerint. Harum nonnullæ dicuntur crinibus ſuis arcus intentos, in ſubeuntes fortè hoſtes non inſeliciter exploſiſſe; quod & alias non ſemel funis genus Maſſilienſibus vſu venit: vt Romæ etiam & Aquileiæ. Extat etiam num perantiqua Maſſiliæ tabella quæ fœmineæ hujus victoriæ monumentum eſſe videtur aliquod. In principem conſpectum datus eſt Imperator Regis paludamento inſignis, circunſtant frequentes ore imberbi milites, quos inter armata fæmina reducto tantiſper thorace, dexteráque exerta mamma, lac in principis oculos ejaculatur: ipſe quaſi ſibi deluſum ſeſe ſuccenſeret, manus in ſe violentas, infeſta ſicâ parat. Cæterùm inter vrbana Maſſilienſium inſtituta, in muliebris

Maſſilidum fortitudinis præmium decretum eſt, quod in publicos hodie quoque ceſſit vſus, vt publicæ quaſi dotis inſtar, jus ciuitatis conjugibus tradant, quacumque tandem è gente oriundis. Alterum etiam publico Maſſilienſium ex tabulario conſtat, ejuſdem virtutis ſingulare pretium, ac totum in ſpeciem militarem: jus enim purpuræ mulieribus conceſſum, hactenus tamen, vt ex ea manicas in ſtolam inducant, & militum humerale referant. Quo jure ſæculo ſuperiori vſæ, prodiere immiſſis in ſericas veſtes purpureo de vellere manicis, cùm eſt in vrbem introgreſſa Catharina Medicæa Franciæ Regina. Cui perſimilem purpuræ copiam conceſſam Tortoſanis fæminis Hiſpani narrant, ab eodem vno Ræmundo Berengario. Fr. Martorel l.1. c.16.

Prætereundum ne illud quidem eſt quòd tanta fide Aquileienſes contra Maximinum pro Senatu fuerunt, vt funes de capillis mulierum facerent cùm deeſſent nerui ad ſagittas emittendas; quod aliquando Romæ dicitur factum. Vnde

in honorem matronarum, templum Veneri Caluæ Senatus dicauit. Iulius Capitolinus in Max. Iun. Lactantius lib. 2. contra Gentes.

Equorum ſetæ de caudis ac jubis ad baliſtas vtiles aſſeruntur. Indubitatum verò eſt crines fœminarum in ejuſmodi tormentis non minorem habere virtutem Romanæ ſcilicet neceſſitatis experimento: nam in obſidione Capitolij, corruptis jugi ac longa fatigatione, tormentis; cùm neruorum copia defeciſſet, matronæ abſciſſos crines viris ſuis obtulere pugnantibus, reparatiſque machinis aduerſariorum impetum repulerunt: maluerunt enim pudiciſſimæ fœminæ, deformato ad tempus capite liberè viuere cum maritis, quàm hoſtibus integro decore ſeruire. Vegetius lib. 4. cap. 9. vide Flor. lib. 2. cap. 15. Cæſ. de bello Ciu. lib. 3. Apian. de bellis Punicis. Dionem in Seuero. Vitruuium lib. 10. de Archit. cap. 17. & alios.

In Oreolæ ſeu Murciæ obſidione contra Mauros, mulieres Chriſtianæ induta virili veſte ad honeſtas conditiones compulere Mauros. *Mariana* p. 293. à Chr. 714.

Digitized by Google

Superioris proximè ſeculi anno ſexto & triceſimo; Francorum Rege Franciſco primo, Centulæ, ſeu Sanricherii mulieres, quod eſt oppidum in tractu Pontiuenſi; patriam generosè tutatæ ſunt in virili veſte contra ingruentes inopinato ſuperuentu Hiſpanos. Quibus inter ignauam fugam, duo etiam eripuere ſigna, militaria. Vt tradit Ferronus rerum Gallicarum libro nono.

Centula Saint Riquier en Ponthieu & Picardie.

CAPVT XI.

FRANCIÆ REGVLVS.

Galterius Briennenſis ex Cruce ad vrbem ſuam, juſſus præſidiarios ad deditionem hortari; hortatur ad conſtātiam.

An. 1244. Ex Pariſio, & Ionuillæo.

VICTVM à Carthagine Regulum, victæ Carthagini Roma prætulit: in hac enim

armatæ dexteræ vim, in illo animi robur etiam citra omnem teli vſum exprompſit. Vero precio indicatur virtus æſtimata ſine ferro.

Gautier de Brienne, Comte de Ioppe, ou Iaffa. *Brienne* Comitatus in Campania Gallica. Quæ Familia etiamnum perilluſtris, principes olim multos Orienti dedit. Cypro, Siciliæ, Ieroſolymis.

Expreſſit in Galterio Briennenſi Romanum Regulum Gallia. Comes is erat Ioppenſis, cùm irrupit in regnum Ieroſolymitanum, Choraſmiorum Princeps, inter Saracenicæ ſuperſtitionis gentes celeberrimæ immanitatis; quam tùm maximè prodidit in captum prælio Comitem. Capto tamen corpore ipſa viri virtus capi non potuit. Inſtabat apud captiuum Tyrannus non modò verbis & minis; ſed & ſuppliciorum grauitate, vt ciuitatis arciſque Ioppenſis precio libertatem addiceret. Vbì cum inuicto animo rem geri ſenſit, tentandos cenſuit oppidanorum & militum oculos. Ergo *Galterium* in vinculis ſtitit in conſpectum, ſurrectis in ſublime brachijs de cruce pendulum. Hoc ſpectaculo jubet edici per præconem apud obſeſſos, Comitem eo ſupplicio non iri liberatum, niſi tùm demum, cùm ipſi deditionem feciſſent. Erat dubij exitus res futura,

pugnas inter, hinc amoris in patriam; inde in dominum ac ducem; niſi huius conſtantia veri officij terminos edixiſſet ſuis. Viſus enim vtcunque molleſcere conſpectu ſuorum, & remittentis virtutis neſcio quæ ſigna edere, juſſus eſt Galterius à Barbaris ſuos alloqui, & ad paciſcendam libertatem hortari. Vbì annuit; facta copia eſt primoribus oppidanorum, ac militum, propiùs accedendi. At Galterius è pulpito illo barbarico, nouam & inexpectatam hoſtibus allocutionem aggreſſus; per ſacra omnia orare cœpit, ne ſe vllatenus; at patriam ſpectarent, & religionem vnam: nec fidem infideli commiſſum irent. Qui more gentis efferato fœderum ſanctitatem non agnoſceret, deditione facta graſſaturus & in populum vnà, & in Principem.Ità deluſus Tyrannus, grauioribus vinculis Galterium reddidit: quem poſtmodum vinctum Babylonem ad Sultanum dono tranſmiſit. Hic deinde Inſtitoribus quibuſdam de ſuis, quos excurſionibus Comes vexarat, dedidit: quamquam inuitus lacerandum. Cujus poſtmo-

dum oſſa *Ludouicus Nonus* à Barbaris
Acre. recepit ; & Acconem illata, honore ſepulchri præcipuo, ac pompâ celebri proſecutus eſt. Epitaphium nos ei conſtruximus, optimi Regis nomine. Regium agnoſces Lector, ſi cum Ludouici pietate leges.

EPITAPHIVM GALTERII.

STARE QVI POTERIS SI SEMPER
VIATOR ES!
Lege ſaltem HOSPES de viâ.
HIC
Mortalitatem ſuam depoſuit
GALTERIVS DE BRIENNE
COMES IOPPENSIS
Nouus REGVLVS Franciæ:
Romano REGVLO tantò major,

Quantò inferior eſt fides humana

DIVINA FIDE.

Hanc ille capto corpore, animo liber,
ſuis integram reliquit.

CALVARIAM in Ioppenſi jugo expreſſit,

Et CHRISTI æmulus,

De Cruce, ſaluti ſuorum litauit;

Et ſuæ

ABEI VIATOR.

Et ſi, IEROSOLYMAM cogitas,

IOPPEN viſe.

Digitized by Google

CAPVT XII.

Ciuis Redonenſis, amore patriæ, dedit ſe vltrò obſidentibus Anglis, & multiplici arte illudens, ad Carolum Bleſenſem proficiſcitur.

Anno Chr. 1357. Ex Argentræo lib. 6. cap. 33.

INFAVSTO illo quadriennio, quo captus à Vuallıæ principe Ioannes Francorum Rex, apud Anglos egit; vigebat inprimis grauis illa Carolum Bleſenſem inter, & Ioannem Monfortium de Britanniæ Armoricæ principatu contentio. Erant in partibus Gallus & Anglus. Licet enim à Pictauienſi pugna, & abducto in Angliam Ioanne, dictæ eſſent inter vtrumque induciæ; cauſæ tamen Britannicæ, ita cautum fuerat, vt copias vtrinque auxiliares mitti fas eſſet.

Froyſſart, Argentré.

Bleſenſi fauebat Gallus conſobrinus; Monfortio genero Anglus. Hujus auſpicijs belli moles tota in Redonenſem obſidionem incubuerat Lancaſtrio duce. Qui, ne quam ſpem ab temporis diuturnitate hoſtis aleret, deſtinatâ in vrbis cladem mente, juratus ſanctè confirmarat, non priùs ſe obſidendi finem facturum, quàm ciuitatis mœnibus Anglica ſigna defixiſſet.Ità comparatus animo Lancaſtrius, cùm frequentes pugnæ & inſultus, nihil certi de victoria in generoſum hoſtem polliceri viderentur, morâ frangendum intellexit, & interclufo commeatu ad deditionem compellendum. Hoc agere igitur vnum, vt ne qua via annonæ in vrbem conuehendæ pateret; ne quis exitus ab vrbe plebi frequentiſſimæ. Interea ipſe creber imminere obſeſſæ vrbi, diu, noctúque ſollicitos habere hoſtes; non tam præſenti aliqua ſpe potiendæ ciuitatis, quàm vt vigiliarum ac militiæ laboribus defatigata corpora in tanta victus penuria, ac parcitate faciliùs, citiúſque frangerentur. Perſtabant tamen in fide

Charles de Blois. Iean de Montfort.

Digitized by Google

inuictis animis, quanquam attritis extrema inedia corporibus ciues; & jam in medium contulerant quidquid è domeſtico demenſo reliquum fuerat, exile ſanè & alendæ ſpei diuturnæ longè impar. Quam eamdem vbi jam penè abſumptam vidit præfectus vrbi & præſidio Penoëtus nobilis Brito, ciuium cœtum vocat; & rerum ſtatum ob oculos non ignaris explicat. Illi ſententias, rogante præfecto, ſuſtinere; conſilii expers ſilere ciuis & miles, aut vita potiorem fidem inculcare. Explicandæ ſalutis fruſtra quæri modum, nec modum faciendum amandæ patriæ. Hîc, vir è ciuium numero poſteritatis fama digniſſimus, cujus tamen nomen ſcriptorum ſocordia ſæculis ſubtraxit; quid in tam arcto rerum articulo conſilij ſibi in mentem veniſſet, dicere aggreſſus, omnium animos & oculos in ſe vnum conuertit. Succurrit, inquit, vnum quàm arduum tam neceſſarium, vt publica ſalute laborante, priuata ſalus negligatur. Has ego mihi partes aſſumo, ſi per vos licet, Ciues chariſſimi; hoc caput deuouebo. Ibo

inquam & caſtra hoſtilia ad Lanclaſtrium penetrabo : ne de me patria queri poſſit, de patria querar ; expoſtulabo de vobis ; militum, ciuium, omnium in me injuriam ambitiosè deſcribam, de ſingulis bene meriturus, in ſingulos maledicta conijciam. Exhauſtam à præſidiarijs domum, direpta bona, liberos fame confectos; & quod ſit omni damno grauius, ſublatam querar lugendi libertatem. Monebo imprimis & feriò connitar; anteuertenda Francorum auxilia, in poſterum alterúmve diem certò adfutura ; quæ reliqua vna ſpes afflictæ ciuitatis ſi elidatur, certam fore cladem. Locum, viam, iter, modum, copiarum numerum compoſitè deſcribam ; ſi fides habebitur, & liberæ cuſtodiæ credar, ſubducam ego me curriculo Nannetes ad principem, de cariſſimæ ciuitatis ſtatu commonefaciam. Tum ſalus in vado futura eſt, inueniet ille viam aut faciet. Sin aliquid humanitus ab immani hoſte, nuncio, priùs accidet, ſolatij loco erit probaſſe in patriæ ſalutem beneuolentiam. Diſcant liberi mei, patre

carere, ſi patria libera carendum ſit. Excepta eſt perhonorificè, tam bonæ mentis oratio ab vniuerſa concione. Præfectus ipſe, bonum dolum non mala arte ſe promoturum pollicitus, irruptionem in craſtinum indicit. Quâ nimirum ciuis ipſe publicæ ſaluti deuotus, vltro in prædam cederet. Deſertus excompoſitò, capitur. Exclamat illicò eſſe ſibi, quod è re partium, cùm duce participet. Hæc vox ſaluti fuit, priuatæ primùm, publicæ deinde. Siſtitur incolumis: nouus verò Sinon extemplò in genua accidere, principis dextram illam victricem obteſtari, fidem implorare, fortunæ ſuæ illacrymari: de ciuium militúmque in ſe ſuóſque immanitate prolixiùs explicare; denique fidem facere, ſibi tot nominibus in patriam infenſo, fidem habendam. Quam vbi paratam apud incautos ſenſit; de Francicis auxilijs mentionem habere, his præſtitutum tempus in noctem proximam, aut inſequentem; quater millenos ſub ſignis fore, hac, illácve irrupturos aſſerere. Vias obſtruendas commonſtrare, obſidem

ſe dictis lubenter obtrudere. Monenti, dextram ſimul & fidem dedit Lanclaſtrius; ac jubet numeroſam militum manum in procinctu eſſe ſub noctem; ei ductorem ſe ac principem pollicetur. Profugus verò callido in paucis conſilio, apud eos, quibus caſtrorum demandata cuſtodia erat, in fidei pignus datum ſe comitem aiebat; ijs qui eſſent in hoſtem educendi, apud hos contra, ſe caſtrenſibus addictum volebat; ita vtrorumque ſolertiam eluſit. Et jam intendebant ſe in noctem primæ tenebræ, cùm dux educit è caſtris in deſignatum ab transfuga locum; quo eodem articulo temporis obſeſſi feſtiuis ignibus, & vocibus effuſi in mœnia, transfugæ dolis velificabantur. Is interea caſtris elapſus, vix alterum milliare properatò confecerat, cùm felici caſu incurrit in ſociorum turmam, cui Bertrandus ille Gueſclinius præerat, vir omni fama major; at habes, inquit, vir generoſiſſime quod tanto ambitu, tam ſollicitè aucupabaris, ineundæ obſeſſæ vrbis facultatem. Tum doli ſeriem retexit. Hic

Nannetes: Gueſclinius, cum ſuis in hoſtium caſtra contendit. Et commodùm laxiùs, licentiuſque erant, quòd obſeſſi tertia circiter vigilia, quaſi ſpe auxilij depoſita deſierant feſtiuorum plauſuum. Inuadit enim verò ex-improuisò grauior Gueſclinius, cæſis cuſtodibus, aggerem, vallum, tentoria diſijcit; murales machinas diſſoluit, affligit, diſſipat, & quò terror latiùs manaret, pluribus caſtrorum locis incendio graſſatur. Vni annonæ caſtrenſi parcit ne incendat vrbanam. Erant in forum venale inducta à propolis cibariorum plauſtra ducentena. Hæc aliaque omnia in vrbem à propolis ipſis agi jubet. Ipſe ouans quanquam equeſtri pompa, ſubſequitur, ſumma ciuium omnium admiratione, nec impari actione gratiarum. Propolas verò cùm accepiſſet non caſtrenſi aliquo miniſterio hoſtium partes fouiſſe, ſed venalia de more ſolitos importare cibaria; nec libertate, nec pretio, nec curribus aut jumentis fraudari voluit munificus æquè quàm generoſus vir. Sed in fidem priùs adactos, & juſiurandum de commeatu in

Natus erat tum Gueſclinius annos 18. *Argentr.* l.6.c.32.

in hoſtilia caſtra impoſterum non inuehendo; ex vrbe tutò emiſit. Ab his cum Lanclaſtrius adulta jam die, in caſtra à ſuis reuocatus, florentem vrbis ſtatum audiſſet, molliùs interpretari cœpit juſiurandum ipſe ſuum. Cum neceſſitatem interpretem religionis adhibuit.

CAPVT XIII.

Obſeſſi à Lanclaſtrio Redones, in ſummâ annonæ penuriâ, cados proferunt per vrbis vicos inanes, aut vili farto plenos, & hoſtis ſpem infringunt.

Ex Argentræo.

INDVCTIS in vrbem cibarijs, producebatur tamen longiùs Redonenſis obſidio; quòd ſuſceptis temerè religionibus inuitus teneretur Imperator Henricus Lanclaſtriæ

Dux, quibus nempe non minùs enixè ſolui ocyùs cuperet, quàm ciues obſidione. Illum ingruentis hyemis rigor, hos ingraueſcens iterum annonæ caritas ſollicitos habebat. Vtriſque conſuluit qui nuperam cladem in caſtra, ſalutem in oppidum intulerat Bertrandus Gueſclinius. Auctor is erat, vt admiſſo in vrbem honoris cauſa cum paucis ſuorum, hoc eſt denis admodum, Lancaſtrio, muris affigerentur Anglorum ſigna, ei ſe modum illum rei facturum ſpondens, vt hoſtem meritò pœnitere poſſet, quàm in ſuſcepta religione leuitatis, tam in explenda vanitatis. Opportunè verò contigit id conſilij ab viro generoſo dari, paratis fidem alijs in tanta rerum difficultate, aliis vitam prodere oppidanis ac militibus. His Gueſclinius vitam, illis famam in tuto poſuit. Neque certè addecet in decernendis hoſti honoribus Therſiten auctorem ſequi; Princeps hujuſmodi conſilijs Achilles adhibendus, quo de conſilio ciuium renunciantibus legatis, Henricus in perendinum reſponſurum ſe dixit, at vbi vidit ſe parum prouidè

quæ eſſent in hoſtium poteſtate religioſi iuris eſſe voluiſſe, interpretem religioni rerum ſtatum adhibuit, & pacis conditiones admiſſurum ſe dixit. Erat in caſtris fide publica admiſſus Bellomanorius à Carolo Bleſenſi prouinciæ præpoſitus, is inter illas induciarum moras, quæ datis vtrinque obſidibus vigebant, oppidanos clam monet, vt quàm fieri magnificentiſſimè poſſet, quicquid cibariorum tota vrbe ſupereſſet, propalam vbique ciuitatis ad officinas, & publicas fores oſtentaretur. Paſcerent modò oculos hoſtiles & ſpeciem præferrent oppidi probè à commeatuum omni genere parati. Effuſo igitur ab ſingulis oppidanorum penu, atque horreo, prodijt in publicum ingens vt videbatur annonæ copia muſteæ & ſalitæ carnis; piſcium quoque muriatica conditorum:ad hæc menſæ multiplici genere ferculorum inſtructæ, cadi frequentes, ſilice dumtaxat aut ferro graues, tritico leuiter aſperſi ſubducto operculo conſpicui. Has inter pompas & fercula, traducti per vrbem ducis legati, rem annonariam

Le Sieur de Beaumanqir.

lautiſſimè inſtructam arbitrati, ſpem ducis omnem & militum infregerunt. Poſtera, vt præſtitutum erat, die, deſcripta centuriatim ciuitate vicos obſedere armati ciues, & inter hos vrbanæ militiæ apparatus, admiſſus eſt in vrbem cum ſuorum (vt conuenerat) equitum decuria Lanclaſtrius. Horum non pauci auctores erant apud ducem, pactionis potiùs quàm obſidionis ſoluendæ, quòd ciues quantumuis in ſpeciem nitidi & lauti, annonæ tamen inopia grauiter vrgeri ſibi viderentur: fidem tamen potiorem habuit princeps, & ſigna tradidit, quæ ex condicto excepit Gueſclinius, & in ciuitatis mœnia caſtris objecta impoſuit; quæ cùm primùm, pedem extulit de ciuitate Henricus, detracta in recedentis calces abjecit.

CAPVT XIV.

Redones in ſumma annonæ difficultate, ſcrofam forcipibus vexant ad pſeudothyrum; & paſcentes non procul ſues ingenti numero, ſcrofæ grunnitibus in vrbem illiciunt.

Anno Chriſti 1357. Argentræus lib.6. cap.330.

OBSESSI ab Henrico Lancla-ſtriæ Duce Redones ad ſummam rei annonariæ difficultatem, obſidionis diuturnitate deuenere. Iam quicquid veſcum erat in ciuitate fames abſumpſerat, ad iumentorum, canum, muriúmque eſum progreſſa. Intellexit Lanclaſtrius, quod optabat, illatum eſſe in vrbem & ciuilem & domeſticum hoſtem; cujus ſi vim promoueret, breuì pro-

Rennes en Bretagne.

denda vrbs videretur. Hanc induto mentem nihil antiquius erat, quàm vt ne quà in vrbem cibus inferretur, ne quà impunè ciuium aliquis vnus pedem efferret. Atque vt acriùs obſeſſorum famem acueret. Et ineſcatos inſidijs occuparet, præſentem objecit famelicis cibariorum apparatum. Protenditur latè ad Redonum muros compaſcuus locus, Rodulphi prata vocant, eò jubet porcorum greges plurimos, proximè vrbem induci; horum cuſtodiæ militum numeroſam hinc indè manum addicit, qui irrumpentes hoſtes irretirent, ſi quos per nauſeam vrbana fames euomeret. Eſca erat (enectis diuturna inedia) illicij præſentiſſimi: abſtinendum tamen manu ratus Penoëtus, arci, vrbíque præpoſitus, arte potiùs ineſcandam eſcam, & in vrbem illectandam putauit: & fortè fœtæ ſui vitam produxerat ſpes numeroſæ feturæ. Hanc illicem & generis ſui proditricem deſtinat; jubétque ad eam murorum partem trahi, quæ paſcentibus objecta erat. Hîc perfoſſus ad ſubitas eruptiones mu-

Le Pré Roûl.

rus, in poſtici morem ab oculis ſubducto hiatu, nouæ venationi anſam fecit. Illò loci ad apertum oſtium dejectúmque ſublicij pontis tabulatum; ſui aures vtrinque forcipibus apprimi vult; ad dolorem ſcilicet vehementem & parem grunnitum eliciendum. Artem commendauit euentus. Vix enim audiri ſcrofa cœpit, cùm, obſcuro primùm inter ſe murmurillo, ſues obſtrepere; tum in apertas querelas effuſi, facto agmine irrumpere; & quia molliùs ea parte agger in foſſam cubabat, intra vallum ad muros & vrbem ſuccedere; ſubductam aſtu longiùs ſcrofam ſecuti: tanto quidem numero, vt, niſi ampliorem porcis numerum militum, Anglus ſubmiſiſſet, exhauriendum ad vnum grex vniuerſus videretur. Potiti certè vrbe dicuntur ſues ad trientem totum.

Fruſtra aries muros, atque hoſtica mœnia quaſſat: Angli-Saxones.
Sus *fauet obſeſſis vnica*; Saxo, *fuge.* *Traye*, machinæ genus olim.

CAPVT XV.

Miles ab hoſte captus, & ad arcem ſociam ductus, dum jubetur ſuis illudere, de inſidijs monet.

Ex hiſtoria Genealogica MS. domus Poliniacæ, Autore Gaſpare Chabron. cap. 1. lib. 9. An. 1359. ſub Carolo quinto R.

INTER prauas illas, quas diuturna cum Anglis bella, conſuetudines, in Gallias ſuperioribus ſeculis, inuexerant; illa priuatæ ſimul, & publicæ quieti vel maximè incommodabat, quâ magnates odia ſua, & jura, non legum auctoritate, ſed armis & bello paſſim perſequi ſolebant. Quo in genere quid poſſit inter arma etiam priuata, publica fides, probauit abundè Caroli Sapientis ſeculum. Rando-Armandus eo nomine primus apud Velaunos Poliniaci Vicecomes,

Randon-Armand Vicõ'e de Polignac.

præpinguem hereditatem eodem tractu adiuerat : quam tamen cùm ſibi iure obueniſſe contenderet Armandus alter Rotenſis claræ apud Aruernos familiæ princeps ; jus armis ſuum aſſerere ſtatuit. Artem verò ad arma ſolerter aduocaturus, fidem ſollicitauit, ac tandem corrupit vnius ex præſidiarijs quos Soliniaco, præcipuo hereditariæ ditionis de qua lis erat caſtro Vicecomes impoſuerat. Quæ vt proditio ſibi opportunè procederet, dedendæ arci nox illa dicta eſt quæ Diualia conſequitur ; ſtrepera nempe & bellicis fraudibus percommoda, ob frequentem ex more nolarum conquaſſationem, ac bombum. Per hoſce creperos tumultus, concubia jam nocte proximè caſtri pomœria accedit Rotenſis, cum ala equitum ſexaginta. Ex ijs turmalem vnum emittit, qui pedeſtri progreſſu muris ſubeat, & quæ ſigna pactus erat, ea promat. Quibus ſignis ſemel, atque iterum fruſtra editis ; propiùs etiam gradum admouens ſpeculator, aduertit inter dubiæ lucis malignos radios, hominis cadauer de pinnis murorum

Armand Sieur de la Roüe.

La Baronie de Solignac.

La Touſſaints.

ſuſpenſum : quem attentiùs paulò contuitus, proditoris militis vultum eſſe deprehendit, illum enim horis antè non ità multis, malæ fidei peractum reum, in malam rem egerat Vicecomitis Legatus, caſtro præfectus. Reuolat curriculò trepidus inſpector, & Rotenſi detectas inſidias anhelus denarrat. Ille imperato ſuis regreſſu, *alio die* pronunciauit, aut nocte alia: móxque Anicienſi viâ remeare cœpit ad ſeſe, faſtidioſæ iracundiæ pleniſſimus. Diſtat Anicium Soliniaco ſex ferè milliaribus : quæ ante lucem emenſus, incurrit ſub diluculum ad ipſa fermè vrbis pomœria in equites duos è Vicecomitis domeſtica familia. Alteri nomen erat *Petro Soliliaco*, Armandus alter Rorgus vocabatur. At at, commodùm, inquit Rotenſis, veſtrâ vtriuſque egemus operâ ; commodabitis, ni fallor, vel inuiti. Tùm comprehendi vtrumque iubet, & vicinam ad arcem Poliniacum (abeſt Anicio vix altero toto milliari) ſiſti ; ac necem præſentiſſimam ſeuerè interminatus niſi imperata facerent, præcipit ; adornatis

Pierre de Solilhac. Armand Rorgue. Gentils-hommes du Vicomte de Polignac.

verbis, quæ ſui præirent, arcis excubitores alloqui. *Adeſſe ſe ambos Vicecomitis miſſu, qui Rotenſes in armis eſſe monerent; & decuriam equitum ſecum in caſtri præſidium inducerent: recluderent proinde ipſi actutum fores & nouum ſupplementum priùs exciperent, quàm aduentaret hoſtis.* Traduntur deinde turmalibus decem ex omni numero delectis, dum cætera turba in inſidijs ſub arcis tumulos lateret. Hi captos per viam nouis terriculamentis in eadem fraudulenta conſilia inducere conati, proximè caſtrum infeſtis ſemper armis ni juſſa faceſſerent, deducunt. Verùm ad primam increpantium de more cuſtodum vocem, exclamauit Soliliacus; *cauete ſultis; Vicecomitis hi ſunt hoſtes, qui nos captiuos detinent.* Nec mora pluribus confoſſus plagis ex equo deturbatur, vt credebant hoſtes, penitùs exanimis: quorum præcipiti diſceſſu jacens humi deſertus, paulò deinde poſt à præſidiarijs in arcem deportatus, & omni ope, atque operâ curatus, conualuit tandem; ſingulari juſti numinis beneficio, & pari bonorum omnium

Soliliaci familia vocatur de Chauderace, in Aruernia nunc temporis.

lætitiâ. Rotenſis vtrinque ſpe, & conatu deluſus, quantùm per Vicecomitis abſentiam licuit, Poliniacenſis ditionis agros furenti ſimilis, vaſtauit; quam cladem etiam cumulatè mox rependit Vicecomes.

CAPVT XVI.

Franci Aldenardæ præſidiarij, fame oppreſſi, oppido erupere & captis aliquot ſuibus, cæteros vltro inſectantes in penum vrbanum induxere.

Anno Chriſti 8. 1382. Guaguinus lib. 9. de Carolo VI.

REBELLARANT in Ludouicum Comitem Flandri, præcipuis ciuilis tumultus auctoribus Gandauis. Primus extra vrbem impetus in Aldenardam vrbem non longè diſſitam, ad Scarpam fluuium erupit. Hanc fœdere cum ſuis inito,

Comes receptam valido Francorum præſidio firmauit. Et ceſſit ex animi ſententia conſilium : etenim breuì ad ingenium rediere Gandaui, & atrociùs quàm priùs in Comitem inuecti, cùm nihil æqui ab irato impetrarent, ad arma prouocatum. Deletus ad Brugas principis exercitus quadraginta millium, à modica rebellium manu. Hinc à præcipuis Flandriæ ciuitatibus ad Gandauenſe fœdus coïtum eſt. In fide ſtetit Aldenarde: ſed grauiter hanc fidem perfidus rebellis tulit. Ad eam igitur Philippus Arteuillius, Iacobi Ceruiſiarij Decoctoris filius qui in Philippum ſextum populares duxerat, factioſorum princeps, caſtra mouit. Erant ſub ſignis, vt tradunt, perduellium millia centena ; bellicorum tormentorum ingens & inauditus hactenus apparatus; nihil tamen erat Francis præſidiarijs & oppidanis grauius, commeatus inopiâ ; cujus tanta erat in oppido difficultas, vt de vita breuì aut de ſtatione decedendum videretur, ſed caſus in artem conuerſus, ſubſidio fuit. Arteuillius homo & plebeius

origine & animo popularis, ruſticam, vrbanámque plebem perhumaniter habebat, vni infenſus nobilitati. Vetuerat imprimis vt ne quo militari ſtrepitu ruſticanæ operæ interpellarentur. Illo jure prætorio, verſabantur inter caſtra libero commeatu, paſcentium pecorum omnimodi generis, agmina, ad ipſos penè obſeſſæ vrbis muros, eò cùm præfidentiùs induxiſſet porcorum numeroſiſſimum gregem ruſticus; opportuno annonæ apparatu ciuitatis inedia ſubleuata eſt. Franci præſidiarij geminato agminc equeſtri altero, altero pedeſtri ab vrbe in hoſtium caſtra erumpunt. Præibat equitum ala, pedites ſubſequebantur, vtrique objecti hoſtibus intermedium agri ſpatium in quo grex vniuerſus paſcebat, obſepiunt: tres deinde peditum è numero, porcos totidem à grege ſubducunt; obnitentes tamen & valido grunnitu querulos. Horum cauſam communi expoſtulatione proſecuti cæteri, in vrbem ſucceſſére vniuerſi. Fruſtra enim conatus eſt hoſtis inter ipſas retrocedentium

quadrato agmine Francorum moras, captiuorum partes tueri. Aut defectionem anteuertere.

Non diſſimili dolo pœnum inſtruxere in Italia noſtrates ſeculo ſuperiori, bello ſociali.

Obſeſſam à Iulij Tertij & Caroli Quinti copijs Mirandulam, regebat Sanſacus, Henrici Secundi auſpicijs, qui Parmenſis & Mirandulani Principum clientelam ſuſceperat. Quam arcem cùm cibariorum inopia vexaret acerrimè; vt eſſet quo & valentes paſceret, & qui erant ægra valetudine complures; recenti & muſtulenta carne reficeret: è ſuburbanis ruſticis vnum adornat, qui ad proxima oppida tranſgreſſus, ingentem ſuum numerum in hoſtium caſtra inducenda curauit proximè vrbem. Idem, vt erat à Sanſaco juſſus, juniorem vnam è ſuibus in vrbem noctu clam intulit. Et adultâ deinde die quùm greges acti ſunt intra foſſas, aggeréſque caſtrenſes, ipſe vrbis portas egreſſus, eamdem adegit ad

La Mirandole in Ciſpadana Romanis Gallia. Le Sieur de Sanſac. Comes erat tum Mirandulæ Picus Galeatius.

grauiſſimos præ dolore grunnitus; quos inſecuti greges per medios vallorum cuſtodes, & ſtationarios manu, voce, armiſque reclamantes, ad vrbem irrupere: nec pauciores ſexagenis iniuiſſe dicuntur. *Ex Villarſio lib.2. An.1551. m. Nou.*

CAPVT XVII.

Parantibus vniuerſam impreſſionem in labefactatos muros, & male tutam vrbem, hoſtibus; erumpunt Franci, & in proximos ſaltus euadunt.

Ex Monſtreletio vol.1. cap. 91. Carolo VI. R. 1412.

Le Sieur de Bouquiaulx. Veruins en Vermandois.

BOQVIALTIVS Aurelianenſium in Burgundiones partium, non infimæ notæ dux, Verbinum ciuitatem in Veromanduis ſitam, occupauit aſtu & aſtu deſeruit. Agebat

Agebat exul à patria ciuis Verbinenſis, ex infimâ quidem plebe, ſed audaciæ idem pluſquam patritiæ, Laniónem fuiſſe nonnulla monumenta tradunt. Hic adornante Boquialtio per familiam quæ in vrbe reſederat, patriæ prodendæ viam aperuit. Erant in ea liberi eius aliquot, famuli plures. Horum vtrorumque præcipui quique noctu irrepſere in vicinas portæ vrbanæ ædes; quam ſub diluculum decedente de muris cuſtodia, cùm reſerare ſolitus eſſet per ſummam ſocordiam clauiger, antequam ſuccederent diurni excubitores: hunc temporis articulum occupandis foribus ſumpſere; atque ijs etiam in vrbem inducendis quos ad pomœria, per noctem admouerat Boquialtius. Qui incruentâ prorsùs victoria potitus, quamquam per adminiſtros vrbanæ Lanienæ, triduum totum ità expilandæ vrbi contribuit; vt quicquid auri, argenti, ac precioſioris ſupellectilis aſportari commodè poſſet, ad arces Aurelianenſis fœderis tranſtulerit: vt indè ſtipendia conficeret, quorum penuriâ, aut tumultuari miles imma-

muros digerit, in ſpeciem frequentiſſimæ cuſtodiæ, qualem adhiberi eo rerum difficili cardine militaris ſcientia videlicet imperat. Tùm deinde ſuos pranſos, promptos, paratoſque in equis vniuerſos ex vrbe deducit, cùm hoſtis maximè procurandis per contubernia corporibus ſub meridiem incumberet. Haud difficili contentione depulit prioris valli, vinearumque ſtationarios non admodum multos, ſi cum vniuerſo equitatu ac præſidio componas; mox effuſis habenis in proximum nemus euaſit, dùm rei nouitate totis hoſtium caſtris turbatum eſt, & inordinatæ, vt fit à properantibus, nequicquam immiſſæ proximis è ſtationibus equitum alæ.

Digitized by Google

CAPVT XVIII.

Copias Varuicij Angli, Montem-Aruigium obſidentis, vexant oppidani fluuij fluctibus aggere coërcitis.

Carolo VII. Rege ex Monſtreletio, & alijs.

Christianæ ſalutis anno ſexto & viceſimo ſupra milleſimum & quadringenteſimum, Varuicio Comite Anglo Montem-Aruigium obſidente, ſuppetias miſit obſeſſis Carolus Septimus, ductore copiarum Dunenſium Comite Aurelianenſi notho. Datum id erat in mandatis à principe duntaxat, vt commeatus in vrbem inferretur. Sed ſpem nobilioris exitus fecit occaſio. Tres in acies, & totidem in caſtra ſuos circa oppidum diduxerat Varuicius, quibus vt eſſet libera inter ſeſe commeandi via, pontibus pluribus

Montargis ſur Loing.

Le Comte de Dunois.

præterfluentem Lupam junxerat. Oppidani verò non malè opportuno vſi conſilio, ſub ipſum Dunenſis aduentum, quòd eſt jugo impoſita ciuitas, nullo ſuo diſcrimine, amnem ductis aggeribus intumeſcere cogunt in multam altitudinem. Quo latè extra ripas ſtagnante obruti ſunt hoſtium pontes, & ſublata ſimul mutui auxilij opportunitas. Nec defuit in re præſenti Francorum duci conſilium. Hoſtium caſtra ſigillatim inuadit; gemina penitùs profligat. Varuicius ſua, noctis beneficio ſubducit. Cæſi Anglorum, aut fluctibus obruti mille quingenti. Oppido ſucceſſit Dunenſis & ciuibus omni genere annonæ inſtructis, ad Carolum remeauit.

CAPVT XIX.

Mulier vnica arcem tuetur; contra obſidentes hoſtes, ſimulatione numeroſi præſidij, compoſitis in ſpeciem militum varijs ſimulacris, & ſpectris.

Carolo VII. Rege circa an. 1430.

Le Cailar au Dioceſe de Lodeue au bas Languedoc.

IN eo tractu Occitaniæ inferioris, qui Luteuenſi Diœceſi adcenſetur, Ruthenis conterminus, oppidulum eſt caſtrum-Aërium, vulgo Cailarium, à caſtro jam diruto ſic dictum, cujus adhuc viſuntur rudera quædam in ſublimi, & prærupta rupe. Situs opportunitas, & vicinia Anglicæ ditionis, quæ Ruthenos ineunte regno Caroli Septimi etiam tum comprehendebat, loco nomen fecerat, & commendationem. Erat ſeculum illud Amazonum ætas, nec

le Roüergue.

Ieanne d'Arc,

vnica Aurelianenſis puella Franci- la Pucelle
cam rem tutata eſt, & arces in Ar- d'Orleãs.
glicam factionem propugnauit. Matronam dedit tellus Langothica, quæ in ſe vna admodum, numeroſi præſidij tutelam, Senatum militarem integrum, rei gerendæ plures adminiſtros nacta, conſtantiæ virilis partes expleret, in patriæ decus & præconium immortale. Nomen illi Monetia, cognomen Rembotia, aut verſa vice. Variant enim monumenta, alternante ſententia indigenarum. Neque certiùs conſtat vxórne, an mater fuerit Præfecti arci. Extra dubium eſt fortitudinis exemplum. Quo tempore Carolus Septimus, cum aduerſa fortuna grauiſſimè luctabatur ad Ligeris campos, Angli, ſiue Anglicæ factionis aſſeclæ rebelles, locum repentina obſidione cinxerunt. Non tàm vi, quàm fame inferenda præſidiarios aggreſſi. Iamque ſe conuoluerat ſeſquimeſtre ſpacium, cùm, graſſante poſtrema cibariorum inopia, & lue item populari, Præfectus ipſe, & triduo inde Legatus è viuis ſublati ſunt; Præſidiariorum item

permulti. Cæteri, ſeu famis, ſeu luis metu, ſtationem ſubinde deſerentes, ſigillatim de caſtro funibus per noctem elapſi ſunt, qua parte inacceſſa rupes minùs ſollicitabat Anglorum curam. Moneria, quæ, ab exceſſu ſub-præfecti ſolita erat cum vno è decanis ſolemnes obire circuitiones, vbi ſub diluculum ad poſtremam vigiliam, ſolitudinem deprehendit, & præſidiariorum omnium deſertionem; non ſe ipſa deſerüit, ſed exaggerato ad conſtantiam pectore, ſtatuit non antè de ſtatione decedere quàm de vita. Obſtabat ſexus, obſtabat ſolitudo. Sexus imbecillitatem ſuppleuit virtus, ſolitudinem bonus dolus. Quicquid in conſpectum venire poterat obſidentium, ità muniuit, vt ne quid immutatum deprehenderetur, ne quid deſideraretur cuſtodiæ ſolitæ, in propugnaculis, ſtationibus, ſpeculis, perpetuoque muro. Suppetebat copia veſtium in caſtro, tot fato functis militibus. Has illa varias fœno, ſtramineve ſuffertas, in militum ſpecies & ſimulacra variis ità locis objecit; ità pileos, petaſoſ-

quę ſuper haſtas exhibuit, vt ſuus vbique arcis, qui priùs, conſtare numerus cuſtodum videretur. Hanc etiam ſpectrorum compoſitionem ſolemnibus horis commutabat; nec deerant militares circitorum more per muros, totumque caſtrum oberrationes. Iam aptè denique procedebant in ſpeciem omnia, vt fucum ſibi fieri paſſus ſit hoſtis; donec Langothica Nobilitas de caſtri periculo ſollicita, copias conſcripſit ad obſidionem diſſoluendam. Ea verò ſemper fuit Prouinciæ illius eximia gloria, ex quo reſtituta eſt imperio Gallico, vt nequando permiſerit vel iugerum vnum è ſolo ſuo ab hoſtibus occupari. Nunquam aggreſſæ ſunt Volcas externæ nationes, quin ſolis etiam viribus prouincialium, cladem acceperint. Id vidimus nos hac noſtra ætate, videre patres ſæculo priore, anteriore majores.

Volcæ, ceux du Languedoc.

Clades ad Leucaten 1637.

Alia 1537.

Et hæc circa 1430.

Audito in caſtris Anglicis, ingruere Franco-Volcarum exercitum, vaſa in caſtris hoſtilibus conclamata ſunt; ſed fruſtra, tantus enim milites terror inuaſit, vt vnius fugæ memores,

ſpolia, ſarcinas, impedimenta, caſtrenſes omnes omnino machinas reliquerint, in vberem noſtrorum prædam. Aduentantibus Monetia valuas reſerauit, & duces admiſit in caſtrum. Incredibile porrò dictu eſt, quantus fuerit omnium ſtupor, cùm caſtri ſtatus agnitus eſt, cùm audita tuendi ratio. Monetia victrix totius exercitus excepta plauſu, in ſacras ædes deducta; vbi ſolemnibus habitis gratiarum actionibus, ad caſtra hoſtium perrectum eſt. Precioſæ verò quæque Anglorum Ducum gazæ conceſſæ ſunt Monetiæ manubiarum nomine. Signa autem militaria de tholo ſuſpenſa. Atque vt ne tantæ, tamque mirabilis victoriæ intermori memoria poſſet, inſtituta ſupplicatio eſt cleri totius ex vicinarum latè parœciarum choris; ſtatutumque vt eadem impoſterum ſingulis annis, eodem quo contigerat obſidionis ſolutio, die menſis Maij coleretur celebritas, in morem ſacri triumphi circum caſtrum & ædem. Qui ritus ad patrum ætatem tenuit; ſuperſuntque (vt audio) etiamnum aliqui ſeniores qui

ei ſe annuæ ſupplicationi interfuiſſe aiunt. Deſitum jam illius, ſed non memoriæ & celebrationis præclarum facinus longiùs in poſteram ætatem perennantis.

CAPVT XX.

In portum captæ vrbis, admiſſi hoſtes, detinentur.

Ex Monſtrel. vol.2. An.1438.

POST diuturnæ captiuitatis moras, redux in Galliam Eugij Comes è Borbonica familia; præpoſitus eſt à Carolo Rege illi tractui Neuſtriæ, qui à Sequana ferè ad Somonam pertinet. In ea tamen capeſſenda prouincia, non leuiter obluctandum Comiti fuit, in eorum militum non paucos, qui præſidio Hariflorium, arcem jam tùm muniſſimam ad Oceanum, ſiue oſtia Sequanæ, tenebant. Hi enim ſiue ab hoſtibus, ſiue à perfidis, inuidiſque corrupti, admiſſum jam in arcem

Le Comte d'Eu Frere du Duc de Bourbon pris à la bataille d'Azincourt. 1415.

Harfleur.

Borbonium auerſati, inopinatâ defe-ctione, ea propugnacula & turres occupauere quæ portui imminent. Nec mora per expeditos duplici viâ nuncios, auxilia poſcunt Anglos Rhotomagenſes: qui ne cunctatione res corrumperetur, pro innata genti alacritate, non modicam militum manum in nauigia duo imponunt, quàm fieri poſſe videbatur, vel nuncij crederent, celeriùs. At Borbonius interea partim extrema omnia minatus; partim per ſociam militiam & contubernales adblanditus, transfugas in fidem reduxit. Atque ita conſociatis præſidiariorum animis; cùm nocte inſequente, claſſiarij Angli naues appuliſſent in portum, capti ſunt vniuerſi; ſi pauculos eximas, qui, dùm in nauigijs detinendis turbaretur, in fluctus elapſi, noctis beneficio terram obtinuere; fugamque explicuere ad ſuos, auxiliarium copiarum, & vrbis gemino caſu mirum in modum perculſos.

CAPVT XXI.

Hoſtes in muros admiſſi, geminatione doli in lautumias aguntur, & qui in ſubſidijs erant cæduntur, ſubita eruptione præſidiariorum.

Ex hiſt. Norm. & Chron. Fr. An. 1440 ſub Carolo VII.

IMPOSITVM eſt Eburæ fluuio Normannię oppidum Louerium, ſitu olim peropportuno inſultu- ris Francis, ſub Carolo eius nominis Septimo in Normanniam interiorem. Hanc ſibi tuendam, procurandamque ſtationem optauit, cum delecta manu equitum, vir Galliæ bono natus, & ſtrenuus idem Potonus Santrallius. Erat in hoſtico locus, & ſtructura non admodum militari: quam dum mœnibus nouo opere munire contendunt Galli, compertum eſt,

Louuiers ſur Evre Fl.

Poton de Santraille.

præſidiariorum fidem ſollicitari. Is apud quem maximè Angli occupandæ vrbis conſilia deponebant, operam ſuam prolixè pollicitus, rem totam ad *Bigarſium* vnum ex principibus equitum, ac Potoni comitum, extemplò detulerat: à quo ſimul & Potono ipſo doli geminationem promouere ſollicitè juſſus eſt. Proceſſit autem hac ratione feliciter. Qua nocte irrupturus erat Anglus, ex pacto conuento, ſtetit in armis vniuerſa præſidiariorum militia, per varias vrbis, murorumque ſtationes, ad eam maximè partem quâ erat in vrbem graſſaturus, ad ædiculam ipſis penè muris inædificatam. Illac igitur admiſſi, ſinguli tacito ſcilicet, vt inter inſidias, procurſu in eandem ædiculam, probè munitam & circumvallatam exteriori cuſtodia, integræ vnius peditum centuriæ, inducebantur: donec eo penè numero intromiſſi ſunt, qui timori eſſe poſſet, ſi quà fortè erumperent. Tandem exhibito quo de congruerat inter noſtros, ſigno; effuſæ machinæ tormentariæ totis mœni-

Le Cheuallier Bigars.

bus, ſubſidiarias hoſtium copias, quæ citra vallum in procinctu ſtabant magna clade affecere. Sed major altera clades fuit, cum noſtri plerique in varia agmina peditum, equitumque deſcripti, extra vrbem erupere. Hi enim, quòd hæc ſub diluculum contigére, hoſtes diſpalatos longè, latéque proſecuti, cæcidére immenſa ſtrage. Interea, qui in æde captiui detinebantur deditionem facere coacti, eádem qua fuerant ingreſſi via, per oſtiolum abjectis armis ſigillatim producti, in publicas lautumias abducti ſunt. Quò eódem & alij de fuga retracti, ipſi etiam expeditionis totius principes auctores, & inter Anglos primarij.

CAPVT XXII.

Vetulæ Mulierculæ, fictis nuncijs, animantur ad pugnam gregarij milites.

Ex hiſtoria Normannica. 1449.

Concitatis ad defectionem, veteriſque domini ac legitimi deſiderium, aliquot Normanniæ populis; conuolauit ad arma multis locis, non exiguo numero, plebs maximè ruſticana. Quibus regendis copijs tranſmiſſi ſunt à Carolo Rege, ex primaria nobilitate Imperatores varij; ex veterana militia Ductores, præfectíque ordinum non infelici delectu; captæ enim ſunt ab illis, paucos infra dies, arces, vrbéſque plurimæ, & quidem munitiſſimæ. Gerberæum arx erat duodecimo ferè à Bellouacis milliario, ſemiruta quidem, at ſitu rei tunc gerendæ peropportuna: Hanc Franci duces occupauere,

Charles VII.

Gerberoy.

pauere, condicto Normannicis copijs die. Quam vt reciperet celerato ſuperuentu Comes Arundelianus rudi adhuc è ruderibus munimento, necdum opere abſoluto; turmas Rothomago quaſi priorem aciem promouet: cæteras ſubſequi ad juſtam obſidionem imperat. Galli duces veriti diuturnæ obſidionis vim loco, nec ſatis à mœnibus, neque ab annona ſatis munito, ſtatuére hoſtem ingruentem, primoſque acceſſus molientem, exinopinatò vniuerſis copijs extra oppidum directis excipere. Obſtabat inſtabilis & inexpertus miles, Gregarius inquam ex Normannica plebe. Cui vt animos facerent ad rem gerendam, excipiendaque imperia militaria majores, commento vſi ſunt vulgari illo quidem, ſed ex quo probes locupletiſſimè, quod aiunt bellicę artis principes auctores, gregariam militiam inſtar plebis eſſe togatæ, facilè illudi, atque infraudem induci, vtramque, prona credulitate laborare. Adornatur proxima ex villa veteratoria anus, quæ manticam frumentariam in Bardocuculli morem induta

Le Comte d'Arondel.

Monlucius.

ſimulat ex vicinis Anglorum caſtris aufugiſſe ſe; rogata coràm, quid illic rerum ageretur, vix noſſe ſe dixit, hoc vnum ſcire, quod ipſamet à ductoribus audiſſet; ſtatuiſſe Arundelianum, ex ijs quos rebelles appellarent, gregarios milites ad vnum omnes contrucidandos. Ducibus & præfectis Francici nominis ſalutem in tuto fore, tutum ad ſuos receſſum. Quæ vox vt gregariorum animos immenſo terrore compleuit, ità veniæ deſperatnes exaggerauit ad periculum armis propulſandum; præſertim cùm excompoſitò Galli duces omnes, reſponſare ſe propalàm exclamauere, indulgentiæ, & ſiniſtræ beneuolentiæ; contrà verò promptos, paratos ſeſe gregariæ militiæ, quæ ſe Francicæ fidei tam ingenuè credidiſſet, commori: ſperare ſe porrò certam victoriam, ſi vno omnes animo communionem armorum, periculique ſubire vellent. Hîc vociferari milites, ſibi conſortium illud aut periculi aut ſpei, perhonorificum videri; educerent ſe modò quàm primùm in tranſmarinę barbariæ graſſatores, in quos probare fas eſſet,

Francico nomine non indignos ſe eſſe. Ità animis comparatos, tantus vincendi ardor in hoſtem induxit, vt par eſſe hoſtis quamquam majori longè numero, non potuerit. Fuſi, fugatique aut cæſi Angli vniuerſi: capti primarij quique præfecti, atque ipſe etiam exercitus totius Imperator Arundelianus, qui accepto luculento in crure vulnere, in pedes lapſus, deuénit in Gallorum manus, abductuſque Bellouacos, eodem ex vulnere paulò poſt perijt. Beauuaix.

Hujus bellicæ expeditionis Dux & princeps fuiſſe traditur à Monſtrelectio Ludouicus Moyüs ex illuſtri familia Soyencurtiorum. Qui idem in Anglos ad oram maris pugnauit, aqua immerſus collo tenus cum ſuis, ſtupendo Gallicanæ fortitudinis exemplo. Louis de Soyencourt S. de Moüy en Beauuoiſis. *La Merliere.*

CAPVT XXIII.

Parmenſis vrbis alteram partem, funibus accenſis, fiſtulatorum loco, tutantur per noctem Franci.

An. Chr. 1521. Ex M. du Bellay lib. 2. Leone Pontif. X. Franc. I. R. Carolo V. Imperat.

COACTIS vnum in exercitum, ex fœdere Italico, Pontificijs & Cæſarianis copijs; præpoſitus vtriſque Imperator Proſper Columnus, Parmam mouit. Oppido præfectus erat Leſcutus Fuxius Lautrecij frater; præſidiarij Galli partim, partim Itali. Hos porrò tam inſanus inuaſit terror; vt diruto immani quidem ruina muro, ſed terna tamen felici exitu propulſata hoſtium impreſſione: per eaſdem murorum labes ſub noctem in hoſtilia caſtra, ter ferè

Thomas de Foix S. de Leſcut.

millenos terror idem eduxerit. Gregarii plerique omnes ij erant; nec enim viros principes, & ordinum duƈtores plebeius ille exterruit motus: at memores Italici nominis, Gallicanę audaciæ conſortium ambiuere generoſiùs. Communi tamen ducum vtriuſque nominis ſententiâ, deponenda inferioris vrbis cuſtodia viſa eſt; quòd hæc nullis ferè firmata mœnibus, nullo vallo, foſſa nulla, ſed inualido dumtaxat muro ſemicincta, vix vno alteróve die morandis hoſtibus opportuna, præſidiariorum virtutem jam plus æquo per tot dierum ſpatia probaſſet. Quinto decimo igitur obſidionis die, indicto receſſu in proximam noctem, quæ media eſt Dominicum inter Sabbatique diem; primulis ſtatim tenebris conuehi cœpta, trans cognominem vrbi fluuium, in ciuitatem ipſam cibariorum armorúmque genera omnia; muralia imprimis & curulia tormenta; cui rei tranſmiſſa nox eſt, ad tertiam circiter vigiliam. Quâ cùm copiæ abducendæ poſtremò eſſent, illudendo hoſti dolus adhibitus eſt, qui jam frequentiâ Parma F.

ſuâ exoleuit, ante hanc Parmenſem obſidionem vix notus. Aiunt enim tum primùm inualuiſſe vſum tubos ferreos oblongioris molis circumferendi, quos nimirum fuſcinulis impoſitos facilè ſinguli exploderent. Erant generis ejuſmodi legionarij fiſtulatores, ſingulis in cohortibus complures. Ijs plerumque majori numero credita ſuperioribus noctibus murorum cuſtodia, ad eam maximè partem quæ labem traxerat. Hîc de more cuſtodes additi; quò tutò receſſus, impunè ſuſciperetur; ſectos plurifariam igniarios funiculos, & accenſos, certis vt priùs deſcripta cuſtodia erat, interuallis, ſuffixere pro pinnis. Hac ſpecie deceptus hoſtis, adulta jam die, vix dolum intellexit; & liberam commeandi noctu poteſtatem fecit. Breui dierum paucorum curriculo, promouit ad vrbem Gallicas legiones, & externa auxilia Lautrecius. Ità ſoluti obſidione Parmenſes.

Mart. Bellaïus l. 2. p. 55.

CAPVT XXIV.

Aquis plena dolia, hoſti inſpe-ctanti, ſpeciem offerunt munitæ cellæ.

Anno Chriſti 1521. Franc. I. R. Mart. Bellaïus.

LABORABAT infrequentia præſidiariorum, & annonæ penuria Maſeriana ad Moſam ciuitas, ineunte jam obſidionis altero menſe. Lorgius Franciſci miſſu nouos delectus, & commeatum in vrbem induxit: cujus vt modum exploraret Comes Naſauius Cæſariani exercitus Imperator, Legionarij cujuſdam opera vſus eſt. Erat is Lorgio veteri familiaritate notiſſimus. Quo nomine Lorgium rogauit, vrbani vini amphoram vnam, internuntio de more tympanotribâ, quem in vrbem admiſſum circumduci jubet Lorgius per penuarias cellas ingenti dolio-

Meſieres ſur la Meuſe.

Grand-Iean le Picard.

Le Sieur de Lorges Mongomery.

rum numero inſtructas. Erant hæc pleraque omnia, nouo, ex profluente Moſa, ſupplemento firmata præſidia; pauculi admodum interjecti cadi mero pleni, ambitiosè relinuntur: ex his crebra irroratione pocillorum, jubetur tympaniſtes mittentis palato, ſtomachoque conſulere; diſceſſuro denique meri altera noui, altera vetuſti traditur amphora. Redux in caſtra magnificè ac pleno, non modò ore, ſed & pectore, luculentam imprimis cellam, & annonæ copiam, apud ſuos prædicat. Madenti fides habita, obſidionem ſoluit.

LORGIVS

Germanicis copijs, aquæ plena dolia fæliciter oppoſuit.

Puluero aggreſſu vel craſſo ceſpite farta,
Obijcere antiqui dolia moris erat.
Scilicet hæc alios tutò procul arceat hoſtes
Machina, Germani non timet ira cados.

Ludor ego, an ludo! Germani Rhetica vincunt
Dolia, Germani Maſeriana *timent.*

CAPVT XXV.

Suſpectos ciues, præſidiarijs permiſcet præfectus Gallus, & hoſtis inſidias auertit.

Ex M. Bellaïo lib. 1. An. 1521. & Belcario lib. 16. Guicciardino & alijs. Franciſco I. Rege.

COMVM adſitam Lario Lacui in Inſubria vrbem, dolo aggreſſus eſt hoſtis ſuperioris ſæculi anno viceſimo primo; & præfecti Gratiani Garrouij Cantabri ſolertia generoſa eluſus. Conſpirauerant in Gallos occulta machinatione, Leonis Pontificis conſilio, & Cæſaris pollicitationibus, Mediolanenſium plerique principes viri. Ex

Garrou Baſque de la Maiſon de Gramont. Belcar. l. 16.

his magnæ apud ſuos auctoritatis & gratiæ Manfredus Pallauicinus, Comenſium animos, per adornatos ciues clam ſollicitauit. Inuadendæ vrbis dictum tempus ad noctis illius crepuſculum quæ ſacrum præcurſori Chriſti Domini diem conſequitur. Cujus feſtiuitas quia extra muros ad ædem ſacram effuſæ plebis magno concurſu celebratur, ſuos ſub veſperam ad aliam vrbis partem promouet Palauicinus. At hujus inopinati ſuperuentus vbi nuncius ad Garrouium delatus eſt, ab ijs quos non infrequentes vicinos circum per agros, dubia illa tempeſtate diuiſerat, clancularijs ſpeculatoribus; antequam in vrbis conſpectum veniret hoſtis ſuos confeſtim claſſico ad ſigna vocat, regreſſuſque in vrbem ità digerit ad murorum vrbiſque tutelam; vt ne quid ſubleſta fides oppidanorum noui moliretur, nullibi murorum cuſtodia ex ciuili manipulis tota conſtaret, ſed permixti è Gallis præſidiarij, ciuium fidem non minùs obſeruarent quàm mœnia. Prouido inprimis & opportuno rebus conſilio; inſtituerant enim

vrbani perduelles vrbis illam partem tuendam ſuſcipere, quæ muris ipſis in-ædificatas ædes vnius è conjuratis contingebat, & muros liberiori conatu perfodere, in eam amplitudinem quæ cataphractum, equo vehentem facilè admitteret. Dejecti de præſumpta ſpe, Palauicinum monent, ſatius videri, intempeſta nocte muros vniuerſos communi impreſſione tentare; infrequentes eſſe è Gallis ſtationarios, è ciuibus pleroſque conjuratos, omnes patriam reſpecturos & libertatem. Palauicinus Gallorum infrequentiam illatenus tantùm contempſit, vt ne quam irruptionem timeret. Aggredi tamen vereretur. Quare ſolutiùs in noctem caſtra metatus, pauculis ab vrbe ſtadijs, Galli cantum ad tertiam vigiliam ſemiexperrectus audiuit. Garrouius vt accepit paulò quàm decebat incautiùs bonæ ſecuritati, ſocordem hoſtem operari: Centurias ex vrbe deduxit ſecum duas, erumpitque in hoſtium caſtra, ac tantam intulit eximprouisò cladem in duas priores Germanorum, Italorumque ſtationes vt ex octin-

gentis, quadringentos cecidiſſe dicatur; cæteras deinde ſtationes nullo ſuorum diſcrimine longè latéque diſpalaſſe. Manfredus, vt ſolet in re trepida deterius conſilium ſecutus, cymbas complures quibus annona mileſque deuectus erat, penitùs oblitus per montana iter capeſſiuit: at Garrouius itinerum (quod decet maximè in alieno ſolo ductores ordinum) peritiſſimus, in lembos impoſito milite, tam celeri nauigatione, fælicique vſus eſt, vt prior anguſtias illas viarum attigerit, quà neceſſariò regreſſum expediturus erat Palauicinus. Qui cladis plenus & trepidationis in comparatos incurrens, non cruentis inſidijs implicitus eſt captuſque, & vnà cum ipſo cæteri qui fortè ſuperfuerant duces ac milites. Palauicinus Mediolanũ in cuſtodiam abductus; quẽ paulò deinde poſt Lautrecius ad prouinciam regreſſus, *multis cognationibus, affinitatibuſque potentem, & Leonis ipſius propinquum, præter multorum Senatorum ſententiam, qui ſubſcribere noluerunt, ipſo etiam inſcio Rege, capite luere juſſit; & quod multos*

Verba Belcarij.

rei indignitate permouit, bona eius Leſcuto fratri addixit. Viri prudentes, quòd nihil antea deliquiſſet, in Galliam mittendum cenſuerunt, tot propinquorum veluti obſidem futurum, qui numquam interim ſpe eius in integrum reſtituendi, à Rege defeciſſent.

CAPVT XXVI.

Franciſcus Rex nimia celeritate vſus, Guiſam accedens à certo exitio hoſtes reuocauit, doli ſuſpicione.

Ex Bellaïo lib.2. & Belcario lib.17. An.1523. vere ineunte.

NICOLAVS Longauallius ex illuſtri Boſſuuiorum apud Belgas familiâ, Franciſci Regis partes ſecutus, ab eodem præfectus eſt arci Guiſenſi & vrbi. Qui Principi vt fidem ſuam approbaret, ſuſtinuit tantiſper, perfidiæ reus au-

Nicolas de Boſſuт Sieur de Longueual Gouv. de Guiſe.

dire, dùm bonæ fidei exemplum in hoſtem illuſum feliciter expromeret. Sed, quam operam Franciſco Nicolaus dabat, operâ ſuâ Franciſcus corrupit. Conſcio Franciſco ſimulauerat Nicolaus vrbem & arcem Cæſarianis ſe proditurum, rei ſequeſtre gregario quodam milite fabro ferrario, cui cognomen Liueto erat. Is apud Auennas Neruiorum oppidum, cum Areſcotiano Regulo clam loquutus, cùm diceret veniſſe ſe Guiſenſis præfecti miſſu; id vt certò conſtaret paucis inde diebus, ſtitit apud eundem Areſcotianum, Longauallij familiares aliquot, qui hujus mentem confirmarent. Hi omnes ludentis Longauallij conſilia ſeriò adminiſtrabant, tutiùs decepturi ipſi decepti. Faber Liuetus arcis claues atque vrbis, ità concinnauerat, vt ſpem aleret non diſparem Attrebatenſi proditioni; quam vrbem ferrarius faber ante annos non ita multos Maximiliano prodiderat. Dilata eſt tamen in aliquot hebdomadas expeditio, vt nouo delectu habito conflaretur exercitus (& coijt milliũ quindecim ferè ex tyronibus)

Auennes en Haynaut.

Le Duc d'Aſcort.

1490.

qui per ſpeciem obſidendæ Teroannæ, ad vrbem non tam metati, quàm oberrantes; Gallorum copias diſtraherent, quæ ex veterana militia conflatæ, ex varijs ſtatiuis in vna, pluráve caſtra, ex vſu conuenirent, atque obtentu Teroannenſis obſidionis, doli ſuſpicionem amolirentur. Ad diem præſtitutam Flurangius è MarKiana domo, per Arduennas ſyluas in hoſtes inducturus erat peditnm quinque millia, cataphractæ militiæ trecentos inter Auennas, Guiſamque: Regulus Vindocinenſis equites grauioris armaturæ quingentos; peditum Germanorum quater millenos, ter Francorum, Perronenſi viâ. Adeò vt indubia hoſtium clades, videretur; quippe quos ad vrbem progreſſos, oppreſſurus erat Florangius à tergo; à Fronte Vindocinus. Agebat tum temporis Franciſcus in peramœna villa Camboritiana, quam ipſe regiâ magnificentiâ ædificauerat in agro Turonenſi. Hujus victoriæ lauream vt ſibi decerperet, & doli præcipuam laudem ad ſe transferret; citatis equis Genliacum adijt eo die qui noctem

Teroüenne.

Le Sieur de Fleuranges de la Maiſon de la Marckoüillon.

De Peronne.

Le Duc de Vandoſme.

Chambort en Touraine.

Genly prés la Fere & Guiſe.

proditioni deſtinatam prçceſſit. Cujus tam acceleratæ profectionis per centum ferè ac quinquaginta milliaria; commoniti hoſtes in tam ſubito aduentu, veram cauſam ſuſpicati, deſtitere ab itinere jam ſuſcepto, & Franciſcum ingenti fructu certiſſimæ victoriæ, non malè merentem, fraudauere. Areſcotius Liuetum ac ſocios quos penes ſe habebat, in crucem acturus erat, niſi prouido conſilio Longauallius totidem ab Areſcotio præmiſſos, tamquam fidei obſides detinuiſſet.

CAPVT XXVII.

Captus ab hoſte vigilum præfectus & juſſus tacere intentata morte; ſuos tamen voce elata commonet.

Ex Bellaïo l.2. & aliꝭs. An.1523.

ASSERENDO Mediolanenenſi principatui, majorem ſolito exercitum conflaturus Franciſcus, Lugdunum

Lugdunum contendit, vltrà etiam tranſmiſſurus ipſemet, ſi è re foret: Belgico imprimis limiti cautum eſſe voluit, quòd illic Anglus ex veteri odio partes Cæſarianas foueret. Teroanam obſidione tentauerant priori anno Cæſariani. In eam commeatus ex principis juſſu importandus erat, qui in ſeſqui-annum valeret. Magni ſtrepitus haud dubiè conſilium, quod explicari niſi juſto ferè exercitu vix poterat; tot circumſidentibus hoſtium copijs. Media inter acies duas conuehebatur annona, Vindocinenſis auſpicijs, Mommorentio legato, & prioris aciei duce. Progreſſi Monterolio noſtri, primis caſtris, cis, & vls Liſam ad Andinctonem, quarto ab Teroana milliari reſedere. Non leui certè, ſi quid ſapio, errore: ſapio ſanè hac ſemel vice cum hoſtibus; ij enim cùm primùm audiuere, interfluente Liſa diremptas eſſe acies, extra comunionem armorum; nocte concubia vtramque aciem ex inopinatò ſunt aggreſſi; ſpe non tam victoriæ militaris, quàm annonæ corrumpendæ. Poſteriorem aciem citra

Vendoſme. Montreüil. Le Liz F.

Liſam, cæſis, diſpalatiſve prioribus duabus cuſtodijs graui clade affecturi erant, niſi prædæ cupido victores remorata eſſet, dum grauioris armaturæ equites colligunt ſeſe & arma, animoſque induti, prædæ intentis ſuperueniunt. Ità poſteriorem aciem tutata eſt hoſtilis cupiditas; priorem noſtrorum ſolertia vigil & inuicta conſtantia. Præfecturam vigilum ea nocte gerebat ex Mommorentianis equitibus cataphractæ militiæ Tiguerctius. Is cùm cuſtodias luſtraret, ſtrepituſque neſcio quid vltra priorem ſtationem nocturnæ cuſtodiæ, cieri fortè inaudiſſet; prægreſſus ſpeculandi cauſa, à tacito ingruentium per tenebras, hoſtium globo, implicitus eſt, & infeſtis hinc inde ſclopis, mortémque præſentiſſimam intentantibus, fari quid vetitus, exclamauit tamen & quanta maxima vociferatione potuit, ſuos ad arma conciuit. Hoſtis tantam virtutem admiratus, abſtinuit vitam euitare illi qui ſaluti communi conſultum inſigni generoſitate vellet, etiam damno ſuæ Commonitis hac voce cuſtodijs, ſtationi-

La Tiguerette Le Biuoy.

buſque deinde ſingulis, tota acies ad procinctum vocata, ſtetit in armis, ordinibuſque dum diluceſceret: & digreſſos eſſe per noctem Cæſarianos, vtraque acies intelligeret. Annona & commeatus vniuerſus eodem ipſo die tutò in vrbem illatus eſt.

CAPVT XXVIII.

Excepti in arcem ſimulata proditione hoſtes, vero incendio vſtulantur.

Ex Bellaïo. An.1524.

FRANCISCO Rege bellum Italicum ducente, Præfecti limitaneorum, & Regij, & Cæſarei, varijs inuicem excurſionibus fines atterebant. Paucis ante Ticinenſe prælium diebus, Hiſdinenſes præſidiarij Francici nominis, cùm prædabundi in proximos agros progreſſi eſſent, abactaſque manubias deducerent; eorum aliqui ab

La Bataille de Pauie.

Heſdin.

ingruentibus hoſtibus capti ſunt. Erat inter captiuos miles veteranus, famæ non ignobilis, quãquam nothus. Eius fidem tentauit *Fiennesius* Belgio præfectus; is vbi eſt ſimulatè aſſenſus, dimiſſus è cuſtodia per ſpeciem redemptitiæ pecuniæ conficiendæ, ad Hiſdinenſis arcis proditionem adornandam. Quo loco apud *Pondormium* bona fide hoſtis conſilia exponit: poſſe in fraudem & grauem cladem induci eundem; ſi ſecum veniret in partem doli, caſtri janitor, cuius conſuetudinem, fidamque amicitiam, cum pari ſolertia conjunctam, apud hoſtes jactauerat. Vtrique re à Pondormio credita; redit veteranus ad Fiennesium, inſtituti doli cum janitore ſeriem renarrat; comitem ſibi hominem imprimis gnauum & ſolertis conſilij dari poſtulat, cui cum ad eumdem janitorem remigret, de internoſcendis ſignis, exploranda fide, & die, locóque præſtituendis in re præſenti, obtentu redemptionis, confecturus. Obtinet. Additur comes è ductoribus ordinum vir ſtrenuus; ad colloquium admittitur, probéque,

Le Sieur de Fiennes.

Antoine de Crequy Sieur de Pondormy Lieutenant de Roy en Picardie en l'abſence du C. de Vendoſme.

Ponrhemigium aliqui vocant & locum Pondoremy, accuratiùs, ad Sequanam F.

vt ſibi videbatur contexto dolo, redux ad ſuos, ijs nouos animos facit. Pondormius interea, ſub noctem expeditioni deſtinatam, equitum cataphractorum centurias duas in arcem inducit; atque vt minori ſtrepitu res perageretur, nullæ ſarcinæ, nulla impedimenta deuehebantur; ſemotis famulis quiſque ſibi ab armis erat. Tranſigi tamen tanto ſilentio res non potuit, vt ſpeculatores fugeret. Iam ad quartum ab arce millıare hoſtiles copiæ proceſſerant, cùm monetur *Fienneſius* de turmis equeſtribus à Pondormio ante horas aliquot introductis. Exardere hîc præ iracundia ille, & pœnas à proditore petitum ire, niſi hic tam conſtanter ac pertinaciter contendiſſet falſa eſſe indicia; vt vnà cum eodem illo priori exploratore, ad rei veritatem comperiendam præmiſſus ſit, ad valli exterioris oram. Vbì tenuem ſibilum cùm edidiſſet Gallus, ſibilum excepit janitor, ſigno quo de conuenerat. Rogatus, ecquid comparata eſſent omnia? Perbellè, reſpondit. Ambo igitur ad aciem reduces, inuadendi conſilia

rursùs confirmarunt; & falſi conuincere indices viſi ſunt. Ad ipſam tamen penè arcem, noui ſubiere indices, qui certò proditionem adornari dicerent. Nec eos audit Fiennesſius; quòd vltro vincula, & cuſtodes dari ſibi depoſceret proditor: vt ſibi præeunti præſentem mortem afferrent, ſi quid mali doli deprehenderent. Ità in vinculis, mediúſque inter robuſtiſſimos duos milites, tertiúmque qui ad janitorem adiuerat, infeſtis pugionibus imminentes; externæ cuſtodiæ valuas ſubit, & priorem centuriam ſecum trahit. At quòd eæ crates quæ recenti opera imperante Pondormio fabricatæ fuerant quamquam plures, rudes tamen adhuc nec abſolutæ, expediri, deijcíque facilè non poſſent, vereri cœpit Pondormius ne plures intromitterentur hoſtes, quàm propulſare præſidiarius poſſet. Iubet ergo ignem de ſpecula valuis impoſita, confeſtim deijci; erat enim perpetua via illinc ad arcis portam, quaſi tegendi ſtepitus ingruentium gratiâ, multo ſtramine, paleáque ſulphuratis, ſtrata; ſubjectis hinc inde tor-

mentarij pulueris loculis. Verumenimvero quia erat inter imperandum aperto ore Pondormius, factitij ignis particula in eius fauces immiſſa ad viſcera ipſa penetrauit. Haud defuit tamen imperatoriæ conſtantiæ, vir ſanè militaris, mandauit enim extempore ſemimortuis vocibus, vt quas ipſe in hoſtes copias percullos inducturus erat, Canaplius nepos ſuus ageret. At & hic ambuſta eodem igne facie turmis præire non potuit. Ità ſolo terrore inſequentis Pondormij diſpalatæ hoſtium copiæ, & inter dumos, & teſqua per dies exinde aliquot à ruſticis latè acciſæ, probauere abundè, quantam cladem illaturus erat vniuerſis; niſi caſu inopinato corruptus eſſet exitus præclaræ artis. Cæterùm tùm cùm de ſuperiore loco ignis abjectus eſt, ad eos vſtulãdos qui admiſſi erant atque interclaſi; Gallus doli fabricator & dux, in arcem ipſam exceptus, periculóque ſubductus, cuſtodes ſuos etiã immunes fecit ab igne quidem, ſed precio obnoxios, quo ſe am capti redimerent. Pondormius verò intra triduum è viuis exceſſit. Le Sieur de Canaples.

CAPVT XXIX.

Gaſto Fuxius, milites prædâ prohibitos, majoris prædæ, & victoriæ compotes fecit.

Ex Belcario l. 13. Guicciardino, & alijs.

Brece en Lombardie.

SPECIEM præfert militaris fortitudinis, prædandi ardor: quòd inſultare ſit hoſti, manubias auferre. Verùm non ſemel accelerata deprædatio victoriam ipſam victis jam hoſtibus in prædam dedit. Quare eſt Solertis Imperatoris, eam etiam inſultationem tutam præſtare. Quo in genere ſingulare prorsùs exemplum extat Gaſtonis Fuxenſis. Bononiam Gallico nomini fœderatam vix libertati reſtituerat, diſſoluta obſidione, quam intulerant vnà Pontificij Hiſpanicíque exercitus, cùm accepit Brixiam à Venetis occupatam, prodentibus de ciuium numero primori-

Gaſton de Foix.

Bologne la Graſſe.

bus aliquot viris. Inde celeratò regreſſus, deletis obiter quæ viam ex compoſito obſidebant Italicis copijs, Brixianos ad muros caſtra fixit, octauo quàm Bononiâ deceſſerat, die. Arcem noſtri adhuc obtinebant, aucto etiam præſidio ex vrbana Francici nominis & fœderis militia. Cujus ſingulari fortitudine, perterrefactus hoſtis, abſtinebat aggreſſione, de intercludendis commeatibus vnicè ſatagens. Nocte inſequente proxima è toto exercitu ſelectos ſexies millenos pedites, equites quingentos, intra exterius vallum & muros, quibus erat latè arx circumdata, & vrbi commiſſa, ſuo ipſius ductu immittit. Facilis illinc patebat in vrbem & hoſtes ingreſſus, per apertos, nullis interjectis mœnibus vicos; hos tamen addenſatis ordinibus inſidebant Venetorum & proditorum copiæ vltra dena millia. Tam periculoſæ igitur aleæ pleniſſimum opus aggreſſurus Gaſto, ſuos ad rem probè gerendam adhortatos, monet imprimis, *Prædandi ſtudio victoriam ne corruptum irent, ex ſolido vincenti, manubias in*

tuto eſſe ; dilabi ad prædam ſemiuictis hoſtibus, certum exitium; objectam modicis copijs locupletiſsimam ciuitatem. Certarent proinde publicæ primùm rei, victuri priuatis commodis. At vt gregarios milites (quorum ſolet eſſe truculentior in prædæ ſtudium proteruia) contineret intra hujus ſalutaris legis ſtationem; Ductoribus ordinum ſeuerè mandat, inter pugnandum ſi quis prædandi gratiâ decederet de ordine, cæderetur hic ex tempore. Ità comparatis è publico bono animis, admiſſi in hoſtem noſtri, perrupere incredibili fortitudine obuia quæque ſingulos ad vicos munimenta. Vnus aut alter ad prædæ præſentis illicium ab officio ſeductus; at cæſus idem à manipularibus Præfectis; vniuerſos addixit publicæ gloriæ & ſaluti. Cæſa traduntur è ciuibus partim, partim è Venetis viginti duo circiter hominum millia; nec antè ad diripienda ſpolia miles emiſſus eſt, quàm deſitum ab armis hoſtilibus tota vrbe : & ſtatiuis noſtrorum atque cuſtodijs occupata propugnacula & mœnia. Tùm ſeptiduo toto

Hiſt. Bayardi. cap. 40.

prædæ operatus, abſtinentiæ prioris ſingulare præmium tulit, direptis eius ciuitatis opibus, quæ Inſubriæ totius (vnum ſi eximas Mediolanum) ea tempeſtate fuiſſe ditiſſima Italicis etiam monumentis, proditur. Eâ ciuitatis opulentiſſimæ direptione cautum voluit caſtiſſimè ſacris omnibus ædibus, & Virginum Cœnobijs: qua de cauſa plerique optimatum eò cum familijs magno numero confluxerant. Hæc (de optimatibus) præda diribente Imperatore, Ductorum fuit, quos cauſa communis in cohibenda militum cupiditate ab vrbanâ ſejunxerat. Proſcriptorum enim bonis ditati affatim. Guicciardin l. 10.

Haut abſimili cautione prouiſum certæ victoriæ ad Foronouenſes campos, cùm palantes hoſtes Francis inſequentibus, viri principes elata voce crebrò monerent, recordamini commilitones prælij Guineguatenſis. Cùm nempe Franci victores, præpropero ſpoliorum ſtudio, cladem accepere à Maximiliani copijs. Ita etiam Drocenſi pugnâ, alteram aciem Catholicorum deleuere ſectarij; at vbi lucri La bataille de Fornoüe. La déroute de Guinegaſte. Bataille de Dreux.

cupido male-ſana, diripientium ordines diſiecit ; Regiorum prior acies victores perculit, inſigni clade.

Galli victoriam fortiter perſequentes, ſemper hoſtes fuderunt ; nec ſe ad prædam priùs, quàm planè vrbis compotes eſſent, conuerterunt. Ita enim Fuxius juſſerat ; quod adeò exactè obſeruarunt, vt ſi quis ad prædam conuolans à ſuis diſiungeretur, in eum ſocij potiùs, quàm in hoſtem, inuaderent, immoderatámque auaritiam præſenti morte mulctarent. Belcarius lib. 13.

CAPVT XXX.

Sufferti multo tritico equi, omni potu prohibentur, & optatâ prædâ hoſtes fraudant.

Ex Bellaïo. An. 1536. ſub Fr. I.

Foſſan V. en Piémont.

IN Foſſani deditione nonnihil ſubdolè ſuſceptum eſt à Francis, quod generoſam ſolertiam minùs redolere

videtur, & mali doli nomen incurrere; niſi malæ hoſtium fraudi repenſum eſſet. Obſedit hanc ciuitatem in Galliam irrupturus Carolus Quintus Imperator, caſtrorum Legato Antonio Leua, cuius verſutia in icendo fœdere oppidi recipiendi, Francis neſcio quid, fraudi vertit, vt eſt ab Hiſtoricis traditum. Hanc illi fraudem dolo excepere, oppido diſceſſuri. Conuenerat vt præter equos militares duodecim liberâ ductorum optione deligendos, cæteri omnes, qui mole corporis quatuor palmorum altitudinem multò ſupergrederentur, victoribus cederent. Hos ergo vniuerſos tritico vrbano largiſſimè ſuffertos dimiſere Franci, omni admodum potu prohibitos; qui prima ſtatim adaquatione, diſruptis viſceribus plerique periere. Exilüit nimirum illico iracundus hoſtis, & recedentes aſſecutus, abſtinuit tamen aggreſſione, quòd conſcij fallaciæ noſtri, inſtructo ſemper agmine procederent, non vt ſæpius, quàm par eſt, ſolent, hoſtilis audaciæ plus nimio ſecuri etiam in diſpari numero. Bellaïus.

L'Homme d'Armes deuoit entretenir deux Cheuaux de Seruice, de quatre pieds & demy, & deux doigts de hauteur poil à poil, & pied de Roy pour le moins; L'Archer vn ſemblable. Iean le Frere, de Laval 1567. en l'eſtat des Armées de F. ſous Ch. IX.

CAPVT XXXI.

Commeatus Landreſſium infertur, ruſticis in jumenta ipſa impoſitis, & ſpeciem equitatus præbentibus.

An. 1543. ſub Franciſco I. Rege. Ex Bellaïo lib. 10.

Landreſſy ad Sabim *S. Sambre.* In finibus Neruiorum ſeu Hannoniæ.

ABSVMPTO jam in Landreſſiana obſidione bimeſtri ſpatio; quamquam vaſtâ ruinâ quaſſati muri eſſent, abſtinuit tamen ſuos ab impreſſione facienda Carolus Imperator, quòd ſpem incruentæ victoriæ, grauis vrbanæ annonæ dif-

ficultas faceret. Cui diſſoluendæ pa-
riter, atque obſidioni, non impari
curâ Franciſcus Rex numeroſum
exercitum in Neruiorum fines, indu-
xit ſuis ipſe auſpicijs; per ſuos, com-
meatum in vrbem importauit Lan-
geij, & Maruilij ductu. Hi enim per in-
uios ſaltus cùm gregem arietum mil-
le ducentorum, boues ac farinæ tri-
ticeæ quantùm ſexcentis conuehi ju-
mentis commodè poſſet, in caſtro-
rum, vrbiſque conſpectum egiſſent.
Quòd imminerent magno numero
turmæ hoſtium equeſtres; ipſi quo-
que ſuos in ſpeciem ampliſſimi equi-
tatus deſcripſere. Objectum hoſti
latus & frontem, tegebant cataphra-
cti equites aliquot, reliquam laxis
ordinibus turmam ruſtici canterij,
tritico, & equiſonibus onuſti, per-
ticatâ nimirum acie, magno ambitu
explebant. Commodùm verò, vt
conuenerat, eo ipſo tempore com-
miſſa erant inter ſeſe crebris velita-
tionibus Regia & Imperatoria caſtra:
neque trans Sabim, quà iter erat,
ſolitus inſederat militiæ numerus.
Quare pugnam potiùs quàm com-

meatum parari proximis à [illegible]gis arbitratus hoſtis, frænos, ani[illegible]que continuit, donec eodem ſemper militari ordine progreſſi noſtri, per impedita rurſus loca; priùs ad vrbis muros deuenere, quàm fraudem agnoſcere, aut vindicare hoſtis poſſet. Ità, modum fecit oppidanorum inopiæ Franciſcus; obſidioni finem Carolus: eo nempe temporis ſpatio, quod pro-Bellaïus. uincendæ vltra Luteriam Franciæ, dixerat, magnificentiùs certè quàm cautiùs.

CAPVT XXXII.

Hiſpani tres vltro ſe capiendos præbent, Taurinum inſpecturi: *Vaſtius* fruſtra inſidias vino, fruſtra fœno, parat.

Ex Bellaïo, Belcario, & alijs. ſub Franciſco I. An. 1548.

QVAMQVAM in his duabus Centurijs, ea tantùm perſequimur

quimur [illegible]ategemata, quæ à noſtratibus in [illegible]es exprompta ſunt: tamen hîc, ex ſchedijs noſtris nondum publicatis, ſubijcimus hoſtiles tres dolos, à noſtris detectos, & eluſos, non ſingulari tantùm fortitudine, ſed & militari ex arte non vulgari. Plura olim cum Deo congeſturi in tertiam & quartam Centuriam, volumenque alterum; ne plus nimio hoc excreſcat.

Superiori ſæculo cùm Taurinenſem ciuitatem obtinerent Franci, Vaſtius Le Marquis du Guaſt.
Marchio ter noſtris intra paucos menſes illudere conatus, ter eluſus eſt à noſtris feliciter. Ex ijs quos bello ceperat manipulares præfectos, ſeu decuriones duos, per Cæſarem Maſ- Ceſar de Naples Gouv. de Vulpian.
ſium Neapolitanum Vulpiano vicinæ vrbi præpoſitum, hominem ſanè prouinciâ illâ digniſſimum, ad Taurinum prodendum ſollicitat, tradito nempe illo eodem propugnaculo, quod anno priore fruſtra per ſupparem fraudem occupatum fuerat. Is aſſentientes in ſpeciem allato redemptionis pretio redonat, additque inſuper ſigillatim in manus aureos nummos præſenti

pecunia centenos; mille item ſpon-
det, tradito Vaſtij diplomate, annuos
è fiſco Neapolitani regni percipien-
dos. Ità in rem ſuam bene affectos,
probéque, vt rebatur, adornatos,
Taurinum remittit. At ij rectà ad
Martin du Bellay Gouv. de Turin. Martinum Bellaïum vrbi, arcique
præfectum adeunt, totamque rei ſe-
riem exponunt. A quo tacitam ha-
bere juſſi, geminandi doli tempus
opportunum præſtolabantur. Nec
verò diu cunctatus Cæſar, manipulum
de ſuis in hoſticum tranſmittit, ex
quo tres Hiſpani per ſimulationem
pugnæ, vltro deuenerunt in noſtro-
rum manus, propugnaculum ipſum,
& ſpem rei gerendæ inſpecturi. Vtri-
que verò decurionum non ignoti. Ab
ijſdem libera mox in cuſtodia, Bellaïj
permiſſu habiti ſunt, quod vicem re-
pendere ſe cupere dicerent ingenuæ
captiuitatis, quâ paulò antè apud
Hiſpanos, Decani Galli defuncti fue-
rant. Hoc obtentu nimirum, totius
penè ciuitatis munimenta exacto lu-
ſtro cenſere licuit; & ad Cæſarem
clàm deferre, quàm ſe liberaliſſimè
ſpes potiundæ vrbis obijceret. Quo

illectu Cæſar inductus in fraudem; in eamdem impacturus erat & Vaſtium ipſum, & Hiſpanienſem vniuerſum exercitum; niſi reuocatus à prouincia Bellaïus, celeriùs deceſſiſſet quàm vt inſidias quas moliebatur ex tuto poſſet adornare. Verùm ſatius eſſe duxit faciliori via periculum auertere; & minùs aſperas res, ac rudes ſucceſſori prefecturam ineunti relinquere. Conuenerat ſæpius in vrbem fide publica, exercitus Hiſpanici princeps tympanotriba, ad redimendos captiuos, vt ferebatur, conficiendæ pecuniæ præpoſitus, & neceſſario litterarum commercio. Huic in diem tertium condici jubet Bellaïus; vrbem ingreſſo, manus inferri, & diem apud Treuiros dici. Reus ille mox peractus inuicto multarum litterarum, & decurionum ipſorum ineluctabili teſtimonio: & ipſe, & vnà inſpectores captiui, capite plexi ſunt. Et Vaſtius, & Vulpianenſis licitator, cùm fidem inhoneſtè corruptum irent, innocenti fraude corruptam experti ſunt.

Le Tambour Majour,

2. §. Alteras quoque Vaſtij offutias, ſecundo exitu diſſipauit Bellaïus. Præturam vrbanam exercebat Taurini, vir à re domeſtica non admodùm paratus : cujuſmodi conditio bellicis hiſce fraudibus plurimùm ſolet eſſe obnoxia. Accedit etiam quòd apud eum diuerterat Vaſtij Legatus, habitaratque quamdiu per inducias, cum Montejane Bellaïj deceſſore, pactas, mutuis legationibus licuit Mediolani Gallis; Hiſpanis Taurini reſidere. Adit ergo ad Bellaïum Prætor, inſtaurato deinde bello; monétque tentatam olim fuiſſe fidem ſuam, cùm capta ab hoſte patria (erat is oriũdus ex oppido vicino) patriam deſerere quàm Gallicanas partes malüiſſet. Fidei porrò ſuæ inſigne precium oppoſitum fuiſſe à Vaſtio Imperatoris nomine, ſi res nouas Taurini moliretur. Videret proinde Bellaïus, quàm eſſet opportunum tempus illudendi hoſtibus. Laudauit hominis fidem præfectus, vt decuit; & rei gerendæ articulos ſeriò ſe prouiſurum ſpopondit. Cauit interea, ne quâ nunciorum, litterarumque communicatione impertiret ho-

Le Sieur de Montejan, Gouv. en Piémont.

Quiers.

ſtes. Accepit conditionem Prætor. At perfidiæ inhærens ſuæ, ſingulari ſtupore litterarum frequentiam non intermiſit. Cùm eſſet obuium vel minùs callidè ſentienti, dubium illud eſſe tempus, & Bellaïj cautionem fore, vt in re tam grauis, & tam periculoſæ aleæ, fidem occultè priùs exploraret, & inſidias amoliretur, quàm incumberet inferendis in hoſtem inſidijs. Commodùm ecce intra dies paucos afferuntur interceptæ litteræ, quibus Vaſtium monebat Prætor, hoc illud momentum eſſe quod aucupabatur. Laxiùs res militares Taurini eſſe demortuo Langeyo, & ſe Prætore: deſtinaret in vrbem de ſuis aliquem notæ ſibi calliditatis, & fidei ruſticano cinctu, ſpecie agendi iumenta vino onuſta, quæ videlicet ad Prætorem Patrem filia, de proximo pago, vbì tùm degebat illa, ſubmitteret. His litteris munitus Bellaïus, Prætorem ad ſe vocat, & ſemotis arbitris, rogat, ecquid opportuna tempeſtas eſſet Vaſtium intercipiendi: ille verò, peropportuna, reſpondit, & daturum ſe ad eum litteras, ſi

Le Sieur de Langey Frere de M. du Bellay.

per Præfectum liceret, quas cum eodem priùs communicaret, Vaſtij autem ſi quas remitteret, integro ſigillo delaturum ſeſe. Cujus compos facultatis. domum regreſſus, horâ vnâ vix deinde elapsâ, litteras attulit, quas accitis intra ſanctius conclaue Regijs cognitoribus, quibus cum res participanda eſſet, vbi recitaſſet Bellaïus; proditorem rogauit, num litterarum quid aliud ad eumdem dediſſet: negare ille deſtinatiùs, & ſe reum contendere, & ſupplicio extremo digniſſimum, ſi quid hujuſmodi molitus eſſet, ex quo Bellaïus vetuiſſet. Hîc productis quas recens ſcripſerat litteris, plumbeo pallore ſuffuſus, nec ſibi ſuum, nec facto colorem nactus, fateri, ac retexere conjurationem. Cuius erat hæc ſeries; breuis ſanè, ſed perquamcallidè deducta. Conuenerat, vt certis ſubinde temporibus, Vaſtius in vrbem tranſmitteret onuſtos vino currus, ijs in dolijs, quæ de regionis more oblongioris formæ ſingula curribus imponi ſolent: intrà laterent vino immerſa armorum, præter ſariſſas, omnia genera, caſſides,

loricæ, clypei, enſes, haſtæ, geſa, glandes, ſclopi majoris, minoriſque modi : igniárij item funes, & puluis tormentarius. Et quidem hæc poſtrema medios inter cados, acernis loculis immiſſa erant, modicum vtrimque ſpatium, & vtramque dolij frontem occupante vino. Ad hæc in forum venale, ad quod habitabat in ampliſſimis ædibus Prętor, conuenturi erant ſpecie villicorum merces inferentium, varijs diebus, milites circiter centeni, & de foro ædes ſubituri, in comparata iam antè hypogéa, & cellas vinarias ſicciores, laxioréſque; vnde pateret aliquis in forum ipſum conſpectus; & captari facilè rumor, & ſtrepitus poſſet, cùm quid ad vrbis portas à ſocijs turbatum foret. Poſtremò ad præſtitutam diem hærentibus intra muros certa per interualla & occulta loca militum manipulis aliquot, copijs verò majoribus cum ipſo Vaſtio in proximo vico, & nemore latitantibus; præcurſoria plauſtra duo agerentur. Horum in alterum impoſiti cadi eſsēt mero pleni; in alterum puluere tormentario. Vtrum-

que vbì intra ſtationis ad vrbis portas ſpatium inductum foret, alterius meri cadus per occultum funiculum excuſſo ſubere, relineretur; & laſciuiendi cuſtodibus anſam obijceret. Quorum petulantiæ, vt ſcilicet intercederet mulio, excurrere ſe fingeret ad herum (vno de primoribus nominato) inſequentem: Socius verò, currus alterius actor, vrbem ſubiret familiam admoniturus, proximum in vicum. At priùs fune ducto, quo latentes ex ferro machinulæ ignem excitarent; ità fomite intra locum adtemperato, vt ſubducere ſe quadrigarius periculo poſſet; & operâ vnâ ſocios prætorianos excitare, qui forum armati occuparent, dum concipiunt ignem vniuerſi cadi; horum ſtrepitu Vaſtiani commonefierent. His artibus, quamuis obmoliri contrarius dolus facilè poſſet; capto tamen Prætore difficiles habiturus erat explicatus. Hunc ergo pœnæ ſuæ reddit Bellaïus, capitéque imminuit; & diſceſſurus, Proregem Boterium, & Monenſium Taurino Præfectum admonet, nouos etiam tum inaudiſſe

Les Sieurs de Boutiers, & de Moncins.

ſe parari dolos; & quod in vino, non licuiſſet, in fœno ſtrui. Prouidiſſe ſe in agris ſub hoſticum ſolum, ſpeculatorem, hominem & ſolertem, & Gallicæ rei peramantem Alexandrum Cararam; eius porrò vtendum opera.

A Bellaïj in Galliam diſceſſu, pauculi vix effluxerant dies, cum ab Alexandro perferuntur ad Boterium litteræ ſub meditulium noctis in ante diem ſextum Nonas Februarias, quibus monebat, hoſtem in armis eſſe ad ſena millia Vulpiani, & vicinis in oppidis; rumorem verò eſſe de Taurinenſi expeditione. Mittit ex tempore alam equitum Boterius quæ eâ viâ progrederetur quam initurus eſſet hoſtis. Sub diluculum ad tertium ferè milliare in conſpectum venére præcurſorij equites; at ij extemplò viam remenſi, cæteras copias reduxere. Quòd vereretur hoſtis detectis inſidijs paratos aggredi. At, vt ſunt contumacis ſolertiæ Hiſpanica ingenia, pridie Idus ejuſdem menſis iteratò accinguntur. Quâ item die ſub veſ-

3. 5. (margin, beside "pau-")
8. Feb. (margin, beside "qui-")

peram litteras tranſmiſit Alexander, at caſu neſcio quo Boterius (luſiſſe tum aiunt & deteriori quidem alea) integro adhuc ſigillo, ſacciperio credidit. Graui, opinor, per ea ſubleſtæ fidei tempora, errore. Sub primulæ igitur auroræ radios, dubiamque lucem, & pruinoſo admodùm cœlo, occupauit hoſtis moletrinam ſilentio, ad primum ab vrbe lapidem: & datâ in cuſtodiam familiâ, peditum inſidiatrices copias eo loco collocauit. Equitum priorum turmæ, ſtationem eſſe voluit ad ædes Beatæ Virginis quæ campeſtres appellantur. Quibus compoſitis promouentur ad vrbem currus quinque. Horum ſingulis immiſſa erant ſuppari longitudine, ac latitudine machinæ ligneæ, è pluribus cratibus in formam auiariæ caueæ digeſtæ, exemptili compaginatione ſingularum à ſe inuicem cratium. Ijs obligati è fœno faſces in eam frequentiam, & multitudinem, quæ & opus interius perpetuo complexu protegeret, & vecturæ fœnilis, quanta ſolet eſſe maxima, præferret modum. Latebant intra caueam ad ſingulos

Le Moulin de la Sye.

N. D. des Campagnes.

currus milites ſeni hamata lorica, caſſide, parma, pugione, ſclopulo & gladio armati. Præerat vnicuique manipularis præfectus, cujus erant partes opportunè machinam diducere, quippe quæ tota ex ſeſe apta, communi præfecto fune, laxabatur vniuerſa, ſternebatque iter erupturis; quòd, miro ſanè artificio, coaleſcerent per vtrumque latus in cubantis contabulati morem, cratium, faſciculorumque ordines. Ad priores Taurini valuas vt deuentum eſt, agentibus ex eadem militia ſub ruſticano ſago, at interiore armaturâ, ſingulis ad currus aurigis: quæritur ex more, *vnde iter?* ex ſub-hoſtico tractu, reſpondere prior auriga, productaque commeatus ſcheda pro ſe, ſocijſque Boterij nomine obſignata, ſibi, ſocijſque aditum impetrat. Progreſſum ad primum ferè intra vrbem lapidis jactum, ad ipſas fortè ædes quas obtinebat Centurio illo die portæ vrbis cum ſuis præpoſitus; rogat is ecquo precio vecturam addiceret: incendere ille ſcilicet precium, & grauiori ſolito ære, merces addicere, vt ſibi, ac Le Capit. Ramonet.

ſuis vlteriùs ad conjuratos viam explicaret. At Centurio ex inſolentia precij, hoſtile quid ſubodoratus, Legatum fortè præſentem jubet explorare fœni latebras. Ille exertum Hiſpanienſem gladium oblongiorem immergit, retrahitque ex-inopinatò, cruentum. Tum verò ex tempore ſoluta ex machina progreſſi hoſtes, dolos prodidére, & qui à Legato vulnus acceperat in Centurionem ipſum, gladium improuiſus impegit. At hic quamquam perfoſſo pectore irruentem complexus, pugione confódit. Interea temporis, è ſuis quique curribus delapſi hoſtes, cuſtodes occupant, cæſiſque ad vnum ferè vniuerſis, ſtationaria ipſa inuadunt arma. Nec dubia vrbis clades erat, ſi quàm hi ſolerter, tàm feciſſent, qui ad moletrinam deſederant, generosè; at timida neſcio qua cunctatione, malè certè opportuna vſi, ſpatium temporis conceſſere, quantum ſatis eſſet dejjciendæ cataractæ, quamquam ferrugine perantiqua diutius obnitente. Faber enim ferrarius, cuius, ad muros ſita erat officina, majori tudite eam

Perrichon Lieutenant,

aggreſſus, rubiginoſa vincula tandem perfregit. Non antè tamen quàm ſtationarij, qui ad forum interdiu, noctuque excubias agebãt, audito pugnantiùm tumultu, armata manu ad vrbis portam conueniſſent. Demum dejecta crate, præcluſus eſt aditus ingruentibus hoſtium globis; quorum mille ducenti jam penſilem obtinebant pontem. At in illos exploſæ murales cannæ (Boterij, Monenſijque aduentantium juſſu) paulò quàm venerant celeriùs abegere: ipſo Vaſtij Legato cum nonnullis ſuorum oppreſſo. E plauſtrali verò militia, cæſi plerique omnes, præter pauculos, qui crati (quod breuior eſſet) ægrè tamen ſubeuntes cladi ſubduxere ſeſe. Potituri haud dubiè ciuitate, ſi ad valuas currum aliquem vnùm dejeciſſent, aut ſtitiſſent bobus ſolutis. Defunctus periculo Boterius cùm fortè Alexandri monitoris, litteras de pera extraxiſſet, quid ſe monitum illis vellet ſerò intellexit; & Martis ludus quàm ſit periculoſus,

CAPVT XXXIII.

Adornata in fraudem Epiſtola, Ligulæ creditur, & illudit hoſti credulo.

Anno Chriſti 1552. Henrico II. R. Carolo V. Imp.

Obſidio Metenſis.

ADVEXERAT Carolus Cæſar in Diuioduri Principis Mediomatricorum ciuitatis obſidionem, hominum centena millia, tormentorum modi majoris, centum, quorum erat tanta moles, vt exploſorum fragor ad octogeſimum milliare pertinuiſſe, ab Germanis, traditum ſit. Hoc vnum erat Caroli robur quo præfidebat vno, reliquus belli apparatus, numerus erat. Neque enim jure Italus ille ſæculi ſuperioris Hiſtoricus Gallis exprobrat, in æneis tormentis, quàm in dextris & virtute, fiduciæ plus ineſſe noſtratibus ſolere. Hoc in hoſtes fortaſſe aptiùs conue-

Iouius.

niat. Ergo iam pluribus locis labefa-ctati muri ruinam traxerant; nec re-fici, aut interioribus vallis atque ag-geribus, niſi ægrè admodum muniri poterant; niſi quo dolo, aut virtute ab opportuna oppugnatione aliò re-uocaretur hoſtis. Franciſcus Guiſius vrbi præfectus, gregarium militem, ei rei tantò cautiùs adornat, quantò minor opportunitas in vno videri potuit. Perferendas Henrico Regi litteras, in hanc ſententiam tradit. *Rem in vado eſſe, nihil admodum quòd vrbi timeretur; feciſſe Carolum è re noſtra peropportunè, quòd eam in partem ma-chinas admôſſet, quæ eſſet firmiori ceſ-pite & latenti poſtico munimento exag-gerata. Illò ſi curules cannæ traduceren-tur* (certam murorum partem deſi-gnabat) *oppidò metuendum fore; datu-rum ſe tamen imprimis operam, vt quantò fieri ocyùs poterit, & hinc timori locus non ſit.* Hæc breui ſchedæ in-ſcripta verba, in apice ligulæ ferreo tubulo indit obtegitque curioſè, retuſis de more laminulæ extremis. Tum iubet ſub primæ vigiliæ tene-bras hoſtium caſtra inire, & nota per

veſtigia ità circumagi, vt cuſtodum ſolertiam ne effugiat. Deprehenſus non niſi vi aut minis adactus, fateatur tandem, ſe ab præfecto tabellarium, verbo tenus, Henrico deſtinatum, quem coram moneret ligularum inopia laborare ciuitatem. Griphum enarrauit tribunus & femorali detracta ligula: at habes (inquit) luculentam. Et dicto citiùs ad Auguſtæũ, Cæſari hominem ſiſtit. Ille ficto timore quaſi perterritus, fateri creditam ligulæ Epiſtolã. Quam vbì Carolus perlégit; nuntio in vinculis habito. Iubet actutum tranſuehi tormenta eam in vrbis partem quam notarent litteræ. Labor tamen ille traducendi nocturno diurnus continuatus, vix ad multam jam diem (erant hyberni menſes) tuto de more loco tormenta conſtituit. Guiſius vbi primùm proſperi doli lux effulſit, murorum labes inſtaurare, vallum foſſaſque exhaurire, comportare aggerem, vimineis cratibus, ſportis, vacerris, dolijs multo ceſpite ſuffertis, in eam altitudinem & craſſitiem, quæ glandium impreſſiones facilè fruſtraretur. Nec
verò

verò factum ſe ludos Cæſar intellexit, donec dejectum tandem, quinquies millenis exploſionibus, turris, quæ ad latus campanæ portæ Moſellam verſus porrigitur, faſtigium, plauſus primùm inſultantium detectis dolis militum, tulit: mox diſcuſſo puluere, ſtuporem, quòd difficiliorem multò illac aggreſſionem, interior operis munitio probaret. Ita innexa ligulæ Epiſtola, obſidionem diſſoluit.

CAPVT XXXIV.

Multiplici arte rem Senenſium depoſitam juuat, & hoſtium conatus eludit, Monlucius.

Ex lib.1. Comment. An.Chriſti 1554.

PRÆFECTVS erat Senenſi vrbi in Etruria à Rege Chriſtianiſſimo Blaſius Monlucius; quo tempore à Cæſarianis Marignano Duce obſeſſa eſt. Quam verò dignitatem à principe acceperat, Sienne en Toſcane.

Vu

auxit in re difficili ac penè depoſita, oppidanorum ſtudium; & dictatorem dixit veteri Quiritium more; virum cuius ſingulare robur pari cum ſolertia, & moderatione conjunctum, poterat dictaturæ perpetuæ nomen etiam cum plauſu retinere. Ità ſanè geſſit, vt menſtruam dictaturam præclara facinora immortalitate donarint. Quorum vberem ſegetem qui requirit, & Gallica & Italica monumenta peruoluat: ego de pluribus aliquot, ex inſtituti ratione deligo, quæ non modò fortitudinem militarem probent, ſed eam quoque artem, quæ virtutem in dolos, non illaudabili commercio, inclinat.

Le Marquis de Marignan dit Medequi.

Marignanus prima hora de media nocte, quæ Chriſti natali ſacra eſt, impreſſionem inſtituit in arcem & externa propugnacula ſcalis exinopinatò admotis. Eam prouidiſſe animo viſus eſt Monlucius, cùm ſpeculatorum è numero, quos extra mœnia noctu ſolebat educere, tùm ſolito etiam plures emiſiſſet; à quibus curriculò, vt addecebat, admonitus: vix hoſte primum impetum expro-

mente,deléctam ipſe manum ſuorum & Italicas, Germanicaſque cohortes è ciuitate auxiliares eduxit; tum quibus portæ cuſtodiam credidit ſeuerè mandat, ne quem ſuorum niſi hoſte depulſo ac ne ſe quidem, admitterent. Ita regreſſu interclufus miles, ſalutem commiſit victoriæ ſtudio. Interea, vt eſſet hoſtilis impetus grauis, erat tamen vrbana perfidia etiam longè magis pertimeſcenda, quòd eſſe plures intra ciuitatem dicerentur qui hoſtium conatibus proditorio animo fauerent. Horum conſilia vt elideret & ab aperta molitione prohiberet, diſcurrere per vrbem equites duos jubet, & dubio adhuc certamine, hilari voce gratulari ciuibus & certam victoriam & depulſum hoſtem. Huic vrbano malo, quò impoſterum turò modum faceret: in cuſtodiarum & vigiliarum deſcriptione ſub noctem ſorte deligebat præficiendos, eis præcipuè locis quæ viderentur opportuna perfidiæ. Erat ejuſdem artis quòd teſſeram militarem, ſexta quaque hora commutabat. His ſollicitum habebat hoſtem, & domi & foris.

Verùm, vt erat hoſtilis exercitus ductor, callidiſſimi conſilij, nouo in dies aſtu ciuium pertentabat animos. Erant in caſtris transfugæ aliquot; horum nomine & manu obſignatas & plures quidem chartas puras, ciui cuidam è plebeiorum ordine in manus tradit. Tum ex vſu mandat in ijs ea perſcribere, quæ rerum, perſonarumque ſtatus exigeret; & ſpargere cùm videretur opportunum eaſdem. Ex ea igitur officina prodibant ſubindè literæ, per externarum forium commiſſuras inſertæ, in eorum maximè ædes qui publicæ ſaluti bene vellent; ab ijs ſcilicet transfugarum datæ quibuſcum olim interceſſiſſet familiaritas. *Ergo, pro veteri amicitia hortari imprimis, ne Monlucij conſilijs & ſe & vrbem perditum irent: auxilij ſpem à Chriſtianiſſimo Rege prorsùs nullam ſubeſſe: amare ſe etiam in exilio patriam & malè de ſe merentem. Conſulerent ſibi tempori, & in eorum ſocietatem coirent, qui intra vrbem patriæ ſecum incolumitati ſtuderent: eorum numerum non exiguum eſſe, quos agnoſcere eſſet ex decuſſatis in cruces lineis, exili creta ad infimas*

valuas, *ductu.* Perlatis ad Senatum (vt erat in votis hoſti) frequentibus, crucium indicijs; carceri addicti ſunt è primoribus ordinum non pauci, quorum factionibus ſperabat hoſtis vrbem breuì laceratum, ac proditum iri. Et quidem ciuium in deprehenſos impetum cohibere, vis non erat vllius ni fuiſſet præſentiſſimi conſilij, quo Monlucius in curiam ingreſſus, quanquam reluctantes & extrema ſupplicia ex tempore decernentes, religionis veneratione in eam mentem induxit, vt tantiſper pœna proferretur dum publicis per vrbem vniuerſam ſupplicationibus, omnium de more ordinum; vel hoſtis calliditas, vel ciuium perfidia certò deprehenderetur. Sic exemptis diebus aliquot per publicas modò, modò per ſuſceptas tributim ſupplicationes, auctor nefandi ſceleris & ſparſor libellorum deprehenſus eſt; & peractus reus, ciues reconciliauit, ſibi inuicem & reipublicę tuendæ. Eorumdem tamen poſtea dejecit penitùs animos, in conſilia dedendæ vrbis, certus nuncius de promouendis breuì ad vrbem

curulibus tormentis ; quibus impar omnis molitio futura eſſet ; quòd Monlucius morbo jam diuturno ægrè vitam trahens, exiguo tempore conficiendus videretur. Inſtare igitur vel meticuloſi vel fraudulenti ; præfecti mortem anteuertendam, patriæ amorem in melius vertendũ; cùm publica libertas, priuatorum emi clade non poteſt, fruſtra illudere oculis ineptum nomen reipublicæ; ſatius eſſe aliquam habere quàm nullam. Tam lubrico rerum cardine, res erat perardua confirmare animos ciuium. Sed vincendi priùs inexpectata ſpecie oculi, Monlucio; hinc in animos ſpes inducenda. Quare vir militaris & Gallicus Achilles, Paridem induit. Vetera illa paludamenta auro, gemmiſque nitentia, quibus olim juuenilibus in caſtris vſus, myrthum retulerat; ad palmam quærendam induxit. Erat ornatus omnis ad pompam mirificè compoſitus ; malè ad veteris ægri vultum ; huic quoque ſuus eſt quæſitus arte decor, & Græcanici meri flore, quod vnum ſupererat vnguenti genus, adfrictu crebro bellè habentis color

inductus. Ita ſui nouo conſpectu non exhilaratus tantùm, ſed in riſum etiam effuſus, familiares primùm, ductores deinde ordinum nouo ſpectaculo perculit: mox in vberem lætitiam ac penè cachinnos ſoluit. Hinc comitia petiturus, regiæ militiæ principes ſecum adduxit; obuijs quibuſque ſalutem deprecari, ſpem animoſque facere; ſibi reſtituta Senenſium causâ diuinitus ſanitate, vires eas ſuppetere, quas eludere non poſſit hoſtis: ſibi ſuiſque, & exercitus vniuerſi ducibus certum eſſe, vim, induſtriam, vitamque Reipublicæ Senenſis gratia impendere. Eadem vſus in curia Oratione, juſſit inſuper dextris in cœlum ſublatis, ſacroſancto jurejurando in extrema omnia fidem obligare Ductores ſecum vniuerſos. Metum tandem omnem expulit, noua ſpecies Orationis, & Oratoris.

In monumentum geſtæ dictaturæ, & defenſæ Reipublicæ Senenſium; communi omnium ciuium decreto, rogatus eſt Monlucius, vt Senenſis

ciuitatis inſigne, cum gentilitiò Monlucianæ domus conjungeret. Senenſium *Lupa aurea*, Monluciorum eſt *aureus Lupus*. Ità impoſterum Moncij parmam quadrifariam diuiſere. Primo in quadrato Lupum aureum in area cærulea; in quarto item cærulea in area auream item Lupam præferunt. In ſecundo, & tertio orbiculum ex minio aurea in area.

Au 1. cartier d'azur au Loup d'or. Au 4. d'azur à la Louve d'or. Au 2. & 3. d'or à vn tourteau de gueules.

CAPVT XXXV.

GALLVS PVRPVRATVS.

Induto Cæſarianorum inſigni, variè illudunt hoſti, trans Alpes, Galli.

Monlucius lib. 1. Comment. ſub Franciſco I.

INSTAVRATO in Imperatorem Carolum per Inſubriam fœderatam bello, ducebat ordines militares auſpicijs Thermetis & Boterij,

Les Sieurs de Thermes & Botieres.

Blaſius Monlucius, inuictæ ſemper ſolertiæ: quam per ſe ipſe ſæpius teſtatus, per ſuos etiam inſigniter probauit. Obtinebant ea tempeſtate noſtri Inſubriæ non pauca, oppida, in ijs Bargeſium, cujus ciuis Francicæ rei perſtudioſus Granucinus ab hoſtium excurſoribus fortè captus, Foſſanum in proximam vrbem abductus eſt. Hic inter vincula captiuus; præfecto vrbi & arci Comiti Petro Apportio victori, cudit vincula, atque vt ſcias quàm tutò; victorem in incudem tranſtulit. Rogat enixè, metu mortis per aliquot dies perfunctus agere ſibi cum præfecto liceat; eſſe quæ audita velit. Adeundi facta copia, ſanctè pollicetur Bargeſianam arcem ac vnà proinde vrbem, ſi emitteretur, proditurum ſe; tum prodendi ratione patefacta, fidem inuenit apud cupidum. Emittendus, obſides fidei vxorem & filium tradit; tum liber, per ſpeciem conficiendæ pecuniæ, quæ ad obſides recipiendos tranſmitteretur, Sauillanum ad Thermetem adit, & conſcio Monlucio indicat, in animo ſibi eſſe probabile conſilium

Apportium Comitem, ſpe arcis Bargeſianæ irretiendi. Viam tum aperit, mox deſcribendam. Hærere primùm Thermetes, nec tantæ rei tamque; periculoſæ aleæ deſiderari velle *B*oterij, auſpicia. Verùm à *B*oterio qui tum Pignerolij agebat, cùm incerta admodum conſilia remitterentur; ne geminatione doli fœdus aliquis exitus rem ſuſceptam corrumperet; obnunciaturus videbatur Thermetes, niſi dubiam mentem audendi perpetuus auctor confirmaſſet Monlucius. Rei tandem explicandæ tradita Monlucio prouincia; Granucinus Apportium per adornatos monet, rem in tuto eſſe; corruptum jam eſſe janitorem Scotum, vt promiſerat; proxima arci carecta inſidijs occupanda, nocte ea quæ Dominicum diem antecedit, ſub lucem emiſſurum ſe præſidiarios præter Scotum, vniuerſos; qui obtentu rei diuinæ operandi, eos de ciuibus qui ſe antè prodidiſſent, duos comprehenderent; Apportiani intereà in arcem per pſeudothyrum inducerentur. Ita hoſtes illexit: noſtris verò ad vrbis pomœria in can-

dem noctem condicit : hos ducebat Monlucij legatus Fabaſius , duci ſuo & militari ſpiritu & præſentia conſilij ſuppar. Erant verò omnino quadraginta ; qui cùm ad poſticum occulto itinere perrexiſſent, ab Scoto & Granucino admiſſi , conſcio tamen arcis præfecto Lamothio , in adornatum conclaue, ſilentio conduntur. Mox præſidiarijs iam dubia luce, condictũ in locum & negotiũ extractis,ſignum panni candentis , vt conuenerat , de ſuperiori loco , poſtico imponitur; quo ſigno exciti Apportiani , circiter quadrageni gradum de ſub carectis promouent & arci ſubeunt. Hinc reductis valuis in atrium inducti,crate ferrea derepentè dejecta à noſtris in id adornatis , & circunuenti & capti; non operoſo certamine vinciuntur vniuerſi. Hunc fortè manipulum crucibus Cæſarianorum more purpureis, inſignem , in arcem per pſeudothyrum ſubeuntem viderat ruſticus quidam , & curriculò in ædem ſacram procurrerat, arcem à Granucino proditam vociferatus. Hîc nimirum præſidiarij noſtri retro cedere , arci peri-

clitanti opem operamque magnis c
moribus & ambitione magna po
ceri : præſertim cùm ſtrepitus adhu
aliquis concertantium audiretur
partes, vt fit, Imperium hinc, ind
Franciam inclamarent. Verùm v
conſediſſet impetus,partium victori
dereptum hoſtibus vexillum Cæſari
na cruce decuſſatum, pinnis defixer
& in externum hunc noſtrorũ mani
pulum, noui præſidiarij ſclopos ali
quot exploſére,terrendi non lædend
gratia in ſublime ſcilicet collimante
Abſterriti igitur atque omni depoſit
ſpe, ne qua eruptione interciperẽtur
Pignerolium ad Boterium deceſſer
manipulares. Hinc ſparſum à ſuccen-
ſente Boterio graue nuncium, de
capta arce Bargeſiana toto inſequenti
triduo Thermetem ſimul & Monlu-
cium in grauem mœſtitiam depreſſit.
Fidem etiam augebant oppidani ali-
quot Bargeſio profugi, qui vidiſſe ſe
dicerent & pro pinnis & ad exterio-
rem cuſtodiam inſignitos purpureis
crucibus milites. Fabaſius enim vt,
Cæſariano præſidio teneri arcem do-
ceret, hoſtium inſignibus ſuos indue-

rat, & qui Hiſpanicè ſcirent priori cuſtodiæ præfecerat, vt oppidanos commeatum arci inferentes exciperent. His tot indicijs quaſi priorem in aciem callidè digeſtis, ſupererat gerendæ rei poſtremus articulus, Comitis comprehenſio; & commodùm erat inter Apportianos captiuos Comiti percharus Sacerdos jam aliquo antè tempore Bargeſio exulare juſſus; ab eo litteræ extortæ quibus Comitem moneret, *Captam à ſuis Bargeſianam arcem; in eam tutò conuenire poſſe & maturato quidem opus eſſe.* Tam probabili in ſpeciem perfidię, fidem aliquam non habere, animi fuiſſet & ſuſpicioſi & lentioris: non negat Apportij ardens cupiditas: Bargeſium oppidum cum turma equitum adit; ab oppidanis extra vrbem honorificè exceptus; juſſis corpora procurare equitibus, ipſe rectà ad arcē properat tribus admodum Comitibus; & quod erat præruptus acceſſus, frænis equi trahebantur. Vbi proximè diathyro exteriorem ad ſepem acceſſit, malè opportuno loco cunctabundus; Fabaſius moræ impatiens, & metu ne parata

tot artibus præda de manibus elabe-retur; per bipatentes extemplò fores, cum ſuis erumpit. Capti præco & Comitis nepos; tertio equite fuga elapſo. Apportius glande trajectus qua parte Coxendix dorſo committitur, perfoſſis extis concidit; & in arcem abductus eſt. Cladis admoniti turmales exceſſere oppido: mira omnium conſternatione. Comes verò die inſequenti vulneris grauitati & fato conceſſit. Recepti poſt-modum Granucini obſides, funere Apportij Foſſanum illato, & præfecti nepote libertati reſtituto.

CAPVT XXXVI.

Hoſtes & conjurati, in veſte Religioſa Metas ingreſſi, deprehenduntur; irrupturi callidè anteuertuntur.

Ex Vincentio Carlois in Commentarijs MMS. de vita & rebus geſtis Mareſch. de la Vieilleville. 1555.

FRANCICSCVS Eſcepæus Vetuſvilla, de quo ſuprà narrauimus; poſt ſolutam obſidionem Metenſem, vrbi Præfectus eſt ab Henrico Secundo Rege. Benemerenti quidem data eſt prouincia. Quippe qui toto grauiſſimæ illius obſidionis tempore, præter cæteros duces, quos vexandis, ac diſtringendis hoſtium caſtris, & ſtationibus extra vrbem præfecerat Henricus, ipſe crebro ſuperuentu mirum in modum luxauerat. Præfecturam illam

F. d'Eſcepeau Mar. de Vieilleville.

vrbanam annos geſſit totos octodecim ſumma felicitate. Altero ferè ab obſidione vrbem ſeruauit in conjuratos ſingulari vigilantia. Indicta erant Metis generalia comitia cænobiticæ familiæ (cuius nomini conſultò parcimus) omnium totius orbis Chriſtiani frequentiſſimæ, præſtituta die anni ſupra milleſimum & quingenteſimum quinti & quinquageſimi. Ità verò compoſita erat tota ciuitatis intercipiendæ machinatio; vt ſub ipſum Comitialem diem conuenirent
Més. Metas milites non pauci, ſpecie & habitu coëuntium ſodalium: additis etiam ductoribus aliquot ordinum eádem ſub veſte, ingreſſi vrbem, in conjuratorum ciuium ædibus latitarent, erupturi ſimul in vnam ex portis vrbis, vicinoſque muros dictâ nocte de qua conuenerat, cùm nimirum ad pomœria admotæ copiæ eſſent
Thionville. agente Præfecto Villætheodonis. Quem vt vrbani conjuratores, certis viç interuallis hęrentem, impreſſionis faciendæ admonerent, ſuſcitatis per varias vrbis regiones domorum incendijs ſigna ſe daturos receperant.

Quibus

Quibus nimirum ignibus diſtenta vrbana plebs, etiam mentem auerteret præſidiariorum à tutela mœnium. Quæ vt conſilia etiam commodiùs procederent aliam & fraudem adhibuére. Armorum enim copiam ingentem intra vinaria dolia, per ſpeciem annonæ conuehendę comparauerant in vſum vrbanę, & ſubſidiariæ militiæ. Ipſo igitur peruigilio conſtitutæ noctis, accepit Vetuſvilla certis nuncijs ex hoſtico à ſpeculatoribus ſuis, & à proximis ſtationarijs Gallici nominis ſemel, copias Imperatorias magno numero in Theodoniſvillam ſuperueniſſe: certum rumorem differri, moliri hoſtem aliquid in Metenſes. His auditis, de ſummo mane Præfectus noſter tranſmittit à ſe qui actutum juberent occludi portas vrbis ſingulas præter vnicam, ad quam ipſe cum globo ſuorum ex primaria militia adit, aſſedítque. Eò etiam ſibi, ſuiſque prandium deferri mandauit. Quo ex loco inſpectores tota vrbe deſcripſit, qui ciuium domos, & cœnobia etiam ſeriò luſtrarent. Præſidiarios verò in armis ſtare juſſit ad

imperia audienda paratos. Depre-henſum eſt varijs locis arma latitare, quæ in ſtationes militares delata ſunt, & conſcij, ſuſpectíque in laurumias acti. Inter quos milites duo, qui ſodalium, de quibus antè, cultu externo, veſtes militares occultabant, obibantque conjuratorum ædes. Hi ad Præfectum adducti, hoſtium conſilia vniuerſa detexére. Ab illis item innotuit Cœnobiarcham Metenſem Theodonisvillam adiſſe, ipſo eodem die rediturum, ad cæteram conjurationis compoſitionem. Nec defuit delationi veritas, pauculis enim exinde horis, adfuit & redux Cœnobiarcha, quem Vetuſvilla licet præſidentem, à turbis tamen ſemorum oſtentatione jam deprehenſæ rei, partim metu pœnæ, partim ſpe veniæ ad ſuperiora omnia confirmanda indicia compulit. Adjecit de hora nocturna, locoque, & de via quam initurus erat hoſtis, quæ ſcitu erant neceſſaria. Illo in vinculis habito, vrbanæ per muros & intra vrbem ſtationes geminato præſidio firmatæ ſunt: reliqui ordines equeſtrium, pedeſtriumque copia-

rum,per varios cuneos emiſſi obuiam, ducente ipſomet Veterevilla. Extra vrbem inſidiæ collocatæ ſunt ſeptem locis per eos ſaltus qui quinto ferè ab vrbe milliari, Theodovillanam viam obumbrant: proximo item in pago. Ità tamen vt ſingula ſtatiua & turmam equitum, & peditum haberent. Ipſe Vetuſvilla ſub noctem egreſſus, majoribus copijs hoſtem ingruentem excepturus, hæſit paulò vltra pomœria, citraque inſidiarum locum. Eò igitur deuénit hoſtis inter tacitos noſtrorum cuneos, tacitus ipſe; donec excitati ex-compoſitò multiplices in vrbe ignes, ſignum edere viſi ſunt de quo conueniſſet. Tùm verò celeriùs ferri; atque vt amat fieri, dum ſpes affulget luculentiùs, palare veriùs quàm agminatim progredi, permixtis calonibus,& lixis inter ordines militares. Hîc erupére de inſidijs noſtri, tot quidem ex improuisò locis, tamque compoſitis agminibus, tam grauibus impreſſionibus, vt nec animos hoſtis colligere, nec palantes milites poſſet. Ità in ſolutos irruit Vetuſvilla, & poſtrema

clade afflixit. Deſiderati dicuntur ſupra millenos ducenti quinquaginta, capti ſupra quingentos, atque eos inter præcipuè nobilitatis quamplures.

Vrbanis captiuis, qui ſub religioſa veſte irrepſerant, vita conceſſa eſt à victore, ob partam vrbi ſalutem, tantámque victoriam, prægeſtiente. Duces tamen proditorum in vinculis ſeruari juſſi; Regis deinde mandato capite luére.

CAPVT XXXVII.

Sparſo in vulgus falſo rumore de celebri Monomachia, eliciuntur extra vrbem ſuſpecti ciues, & excluduntur.

Ex Franciſco de Pauie Barone de Fourqueuaux, Au Recuëil des Grands Capitaines François.

BECCARIORVM illuſtris apud Inſubres familia, tranſgreſſa in

Galliam eſt per difficillima illa tempora quibus ardebat Italia factionibus Gibellinorum, & Guelphorum. Qui priores inſedere Gallicum ſolum, vulgi conſuetudine à patria Ticino, Ticinenſes appellati, idem cognomen ad poſteros tranſmiſere. Inter quos non indignus majorum gloria, Ræmundus Beccarius, ſeu à Ticino Forqueuallij Toparcha, præpoſitus proregio imperio Narbonenſi vrbi; propugnaculum illud Gallicæ ditionis Hiſpanicis finibus objectum, ſingulari prorsùs arte tutatus eſt contra ſeditioſorum ciuium machinationes, anno ſeculi exacti ſexageſimo ſecundo. Agebat in præfectura jam ferè ſeſquiannum, cùm totâ Gallia periculoſiſſimè turbatum eſt ab Heterodoxis, eorumque fautoribus. Quo de genere hominum vtroque, non paucos, inter ciues numerari, vbi certis indicijs alios, alios vehementibus omnino ſuſpicionibus accepit. Intellexit nimirum quàm graue diſcrimen immineret, nulla regia arce munitæ ciuitati; & in qua communibus ciuium ſuffragijs omnia penè,

Ticinum, *Paute.*

Raymond de Pauie Sieur de Fourqueuaux en Lauragaez Gouv. de Narbonne. Ab an. 1557. ad 66.

cùm politica, tum militaria gererentur. Secernendos igitur à probis ciuibus, improbos ciues. Quod quia nulla vis, nullum conſilium aperto marte præſtare poterat, id nobili dolo conſecutus eſt. Spargi curauit totâ non modò vrbe Narbonenſi, ſed & vniuerſa inferiori Langothiâ rumorem de ſingulari certamine, ad quod ineundum regia & publica fide copiam ipſe feciſſet Hiſpanis duobus equitibus. Fauebat augendæ famæ ſeculi conſuetudo; quo ſeculo frequenter hujuſmodi facultas externis hominibus concedebatur, intra liberę arenæ campum, vt vocabant, decertandi. Atque vt publicæ rei malè affectos, & publicos inimicos falleret, ſuſtinuit Forquevallius etiam priuatis ſibi amicis imponere. Quos tamen honeſta fraude ad ſpectaculum vocaret longè gratius, ſi ſui amantes, ſi amantes eſſent communis ſalutis. Eos ergo amicorum, quos ſibi & publicæ rei maximè commodos nouerat, litteris accerſiuit, ſecum ſcilicet pugnæ judices de more ſeſſuros. Interea, ſub præſtitutum certamini diem; ſecundo

ferè ab vrbe ſtadio campum deſcribi juſſit in circi modum, ac circumdari perpetuo vallo: tùm frequentia compingi tabulata, ac theatra ſpectatoribus, atque arbitris. Hac ſpecie deluſi ciues; eò confluxere frequentiſſimi, quo die pugnaturi equites Hiſpani dicebantur. Cumque, vt amat fieri, anxia expectatione ſolliciti circumſpicerent vniuerſi, quâ tandem viâ, quove apparatu, ac quibus-nam deductoribus, pugiles accederent: ecce tibi derepentè, exteriores hemicycli vrbani valuæ adduci; attolli mobilis pontis tabulatum, deijci cataracta, ſeu ferrea crates; ac de pinnis, & mœnibus vniuerſis tota ſtare in armis præſidiaria militia. Stupentibus ad inexpectatæ rei ſpectaculum aduenis æque ac indigenis, edici per præconem Forquevallius juſſit, eſſe quod à Rege pro concione diceret. Tùm producto de ſinu libello, ipſe in nobilium amicorum cœtu de proximi propugnaculi ſpecula, ciuium eorum nomina recitauit; quos Princeps abeſſe de ciuitate imperaret, per illa ſuſpicioſiſſima tempora. Secederent

ergo tantiſper quò cuique luberet: daturum ſe operam etiam ex optimi principis mandato, ne cui ſua abſentia fraudi eſſet in re domeſtica.

Hîc verò quantus ſit ſecutus animorum motus; hinc quidem patriæ, Præfectóque gratulantium; inde ſibi, ſuæque credulitati ſuccenſentium, dici vix poſſet. Fructus certè proueniſſe conſtat vberrimos, pro tutela, ſecuritate, ac ſalute ciuitatis. Hanc Forquevallius pluribus deinde annis feliciter rexit; ac legibus politicis, & militaribus ad certam cuſtodiam tam appoſitis temperauit, vt ijſdem etiamnum vtatur.

Deſijt porrò inter viuos agere ibidem Narbone anno ætatis ſexageſimo ſexto, ſeculi ſuperioris quarto ſupra ſeptuageſimum: cùm eodem illo anno vrbem ab inſidijs Anuillani Mareſcalli tutatus eſſet. Leucatæam verò arcem, alterum vltra Narbonem in Hiſpanos propugnaculum, ſuſpecto Gubernatori, (erat is in Anuillani turma equeſtri legatus & conſiliorum princeps artifex) callidè ſubduxiſſet. Et prouinciæ, & regiæ magno plauſu.

Le Maréchal d'Anville.

Leucate.

CAPVT XXXVIII.

Caluiniſtæ inter colloquendum muralia tormenta explodunt;pro reo violatę fidei, Catholicum ciuem de pinnis murorum ſuſpendunt.

Ex Monlucij Comment. t.2. A.1562.

PERFIDIÆ veriùs, & illaudabilis doli, quàm bellicæ artis exemplum eſt, quod perduelles Caluiniſtæ edidere in obſidione Lectorenſi,quam intulit Blaſius Monlucius. Hujus Imperatoris, quia ſingularis fama erat, & ſuppar induſtria, vereri cœpit oppidò fœdum exitum, vrbis & graſſatorum Præfectus. Pauculis ſtatim ab inchoata obſidione diebus, vbì primùm in muros labes eſt illata, per ſpeciem colloquendi conatus eſt Monlucianis illudere, & ipſi adeò Monlucio. Quem, ſi in conſpectum vrbis elicuiſſet, ſtatuerat

Au Siege de Leictoure en Gaſcongne.

Brimont.

per adornatos de muro fiſtulatores, glande conficere : Si abnuiſſet propalam colloqui, abeſſe à caſtris prædicaret apud ſuos. Itáque ſuis animos faceret, aut morte Ducis, aut opinione abſentiæ. Rem totam ſubodoratus Monlucius, vt non eſt ita pronum multâ experientiâ ſubactis, in arte cuique ſua imponere, negauit deſtinatiùs quàm videbatur minùs prouidis opportunum, copiam ſui in publico facturum. Conuénit tandem per internuncios vt obſides tres vtrimque mitterentur. Vix in apertum deuenerant noſtri, intraque teli jactum, cùm de mœnibus improuiſa petiti ſunt exploſione, non ſine multorum vulneribus. Hîc expoſtulare nimirum noſtri cum Brimontio Præfecto, fidem ſe agnoſcere Hugonoticam. Excuſauit ille facti grauitatem auctoris temeritate, qui ſclopum prior exploſerat, & cæteros ſine malo dolo (Ducum id juſſu fieri arbitratos) exemplo prouocauerat. Atque vt probaret injuſſu ſuo factum id eſſe; vnum de ciuibus, qui Orthodoxam fidem profitebatur, de murôrum

pinnis laqueo ſuſpendi juſſit, pro illo alio explodendi auctore ſcilicet. Eáque infelicis hominis pœna liberaſſe ſe fidem jactabat ſicarius. Tantâ quidem præſidentiâ, vt noſtris iterum offutias fecerit. Induxerítque ad inſtaurandam priorum obſidum communionem. Illi cùm in publicum proceſſiſſent, conuénit è caſtris ſpectatorum globus è prima nobilitate; in quo, perfidus hoſtis, quòd ſperaret & Monlucium eſſe; per ſpeciem aperiendi priores valuas, vrbanos obſides emittendi gratia, excipiendíque caſtrenſes; in turmam ſpectantium, diſploſæ ſunt per reductos poſtes, curules aliquot cannæ; de ſpeculis ſclopi quàm multi, & in ſpectatores & in obſides: vulnerati tamen, pro numero emiſſionum non admodum multi, cæſus eſt vnicus. Tum verò rei tam ſceleratæ indignitate permotus Monlucius, miſit qui de-ſub-ipſis prioribus pluteis ac vineis ſanctè polliceretur, non diſpari fide vicem repenſurum ſeſe. Nec deeſſe ſibi in quos explicaret exemplum iracundæ vindictæ. Ex-

Berduſan Enſeigne de Mon-luc.

templò igitur Berduzanum (erat is obſidum deſignatorum princeps) idoneum ſanè adminiſtrum, Terraubiam in Oppidum tranſmittit cum ala equitum, & peditum cohorte vnâ, qui captos è Lectorenſibus copijs, paulò antè à juniore Monlucio circiter quadringentos contrucidari juberet. Interfecti ſunt ad vnum vniuerſi, præter quatuor dumtaxat è primarijs inter Lectorenſes familijs, qui in caſtra abducti ſunt, de proximis vrbi arboribus laqueo ſuſpendendi. Duobus tamen veniam confecit ſpes potiundæ vrbis pacto celeriùs; hoſtibus de deditione ſtatim paciſcentibus; cognatorum conſilio.

Terraube.

CAPVT XXXIX.

Miſſum inſpectorem tabellarij ſpecie, ſpecie ruſticantis & hominis à bello auerſi, fallit Colinius.

Sub Carolo IX. 1567.

PAVLÒ ante ſecundum bellum, quo ſunt in Carolum tumultuati rebelles Sectarij, & multas arces occupauere: grauibus vndecumque nuncijs percellebantur quotidie aures Catharinæ Medicææ matris; de proxima videlicet imminente tempeſtate. Cujus ferebatur præcipuus auctor, quamquam ſub auſpicijs inauſpicatis Condæi Principis, Gaſparus Colinius. Agebat is tum temporis in paternis ædibus Caſtellioni. Eò tranſmittit Regina ex aulicis vnum, qui per ſpeciem rei, neſcio cujus, gerendæ, obſeruaret ecquid armorum, bellicíque

Le Comte de Coligny Amiral, à Châtillon ſur le Loing. Ad Lupam qui in Sequanam exoneratur.

conſilij agitaretur. Anteuertit tamen huic ſolertiæ, calliditate ſuppari Colinius, jam ante commonefactus à ſuis qui Lutetiæ,& ipſo etiam in comitatu (ô fœdam temporum Colluuiem !) clancularij inſpectores latitabant. Ergo ſub illam diem qua erat à Regiâ venturus tabellarius, id egit in primis ne quid in familia militare ſtreperet, aut à frequētiâ,aut ab apparatu. Ipſe, quod ſolebat interdum, in liberiori ſeceſſu, tum verò vſurpare ſollicitè, agri colendi nimirum curam. Vt hac ſpecie videri poſſet ruſticæ vitæ oble-ctamentis captus, & aulici ſtrepitus ac bellici pertæſus, rerum humanarum vnicè ſecurus agere. Cùm verò eſt in ædes ingreſſus tabellarius, rectà perductus in vaſtiſſimos hortos, latáque viridaria; Colinium adit, deprehendítque hominem cum adulterinis Stolonibus de geniculis ex induſtria contumaciùs rixantem; quos jam malè adultos arboraria falce ſuccidebat. At deducentium vicino ſtrepitu admonitus, obuerſo ſtatim vultu, nuncium perhumaniter excipere, excuſare innatum ſibi ſtudium ruſti-

candi, quo teneri ſe ac porrò velle fateretur. Tum deinde ſeductum in ambulacra proxima, rogare cujus rei gratiâ ad ſe adiſſet; quid litterarum ferret; dicentem prolixa beneuolentiæ ſignificatione proſequi. Interdum tamen ad arbuſta ſubſiſtere, & luxuriantes falce coërcere, inutiles ramos & noxios diffringere, obuios fortè ruſticana de familia ſeruos percontari ſolicitiùs, quid cauſæ eſſet quòd negligentiùs operam locaſſent; inculcare deinde ſibi ſuis in oculis imposterum famulaturos; haberent in promptu quod proximis menſibus, (inibant tùm autumnales) è re videretur hortenſi. Sic ingenuæ ruſticitatis obtentu, liberaliter illuſit & tabellario, & hujus fide Reginam penè in fraudem induxit. Vix enim ab ædibus exceſſerat tabellarius, cùm citatis equis condictum ad locum & tempus coïuit, vnà cùm perduellibus cæteris Colinius.

COLINIVS AGRICOLA.

Dum bellica conſilia & conjurationem, ſtudio ruſticæ vitæ conatur tegere; viam retegit ſui puniendi.

Dum ſylueſcentes diſtringis ab arbore ramos,
Et Prodromos docta, Gaſpare, falce premis;
Et ruris ſimul & regni profertur imago:
Si quid luxuriat, falx in vtroque domat.
Qualia vel Gabijs reſponſa papauera mittunt;
Et tuus in Luparam talia mittit ager.
Cædes Sambartholomæana. *Læta licet magnam tua ſpem viridaria promunt;*
Sic olim Agricolam Gaſpare Carlus aget.

Anno 1571. cum in curiam ad Carolum ventitaret vltrò *Colinius*; multis beneuolentiæ ſignis à Carolo exceptus eſt, & multo etiam ære donatus; cúmque die quodam centena librarum Gallicarum millia dediſſet

Carolus

Carolus ad reficiendas Caſtillionis ædes, adjecit Rex, amare te ſcio rem hortenſem, quam vocem ità nonnulli excepere, vt crederent alluſiſſe Principem, ad eum ſtatum in quo ab ſpeculatore nuncio repertus fuerat, ante Meldenſem conſpiratiónem Colinius.

CAPVT XL.

Præſidiarij ſub ſignis, & inſignibus hoſtilem in modum effictis erumpunt, felici exitu, & vrbem tutantur.

Ex Aubignæo t.1. l.4. c 16. & alijs. Sub Carolo IX. An.1568.

IN obſidione Carnotenſi, quam intulere Sectarij Duce Condæo, nihil grauius oppidanis contigit murorum frequenti quaſſatione. Abſtinuit tamen impreſſione hoſtis, ſiue regiorum virtute deterritus, ſiue pace celeriùs quàm præceperat animo, *Le Siege de Chartres en Beauſſe.*

Le Bordet Xaintongeois. coaleſcente. Iuſſus tamen è Sanctonica nobilitate vir ſtrenuus inter ordinum ductores labem inſpicere, quæ ad vnam vrbis portam muris illata erat: per ſpeciem velitationis, ſcrutatus eſt accuratè irrumpendi omnes opportunitates, deprehendítque hemicyclum portæ objectum, muriſque depreſſis imminentem ſingulari ſolertiâ loricatum, & multo ſcloporum numero denſatum, ineluctabili penè munitione impreſſioni faciendæ obmoliri. Cúmque ad ſuos re benè inſpectâ retrocederet, obuerſo derepentè vultu, prolatáque dextrâ, proximam cladem inſultando denunciare cœpit obſeſſis; at ecce tibi, mediam in frontem impactâ glande trajectus concidit exanimis. Hîc verò tantus inuaſit iracundiæ & vindictæ ardor in animos gregariæ militiæ, cui ille erat ob inſignem comitatem ac fortitudinem percarus; vt nullis imperijs, nullo ordine militari, ſolo, meróque impetu illati milites, præter ſpem omnem hemicyclum dejecta cæſave cuſtodiâ, vi occupauerint. Quod illi aperto marte ac deſtinatâ veriùs

Le Rauelin de la Porte Doize.

væcordiâ; id ſoleiti fortitudine peregere obſeſſi; conſilij, reíque gerendæ auctore ac principe, viro generoſiſſimo Flojaco, ordinum inter præſidiarios ductore. Is ſelectos ex numeris omnibus ſexagenos biffariàm dirigit in ſigna duo colore ac formâ hoſtili, conſpicua; ſingulis item faſcias candidas Sectariorum eâ ætate, more ſuccingendas contribuit: vtrique cohorti ipſe dux præit; ſub veſperam, latenti longiùs pſeudothyro in vrbis foſſas ingreſſus, ſpecie auxiliaris manus, in hoſtes & hemicyclum, quà ipſi nimirum irruperant, antè inuadit, quàm poſſet liquidò fraus deprehendi. Cædere mox ſtationem, alios ferro conficere, alios agere in præceps, delere demum vniuerſos. Socijs præſertim ab interioribus vrbis munitionibus, ex condicto excitis: oppidanis verò aggerem certatim comportantibus, ita locus communitus eſt, vt aggrediendæ vrbis conſilia hoſtium duces porrò abjecerint. Le Sieur de Flojac.

Romegutius Bordeti viri fortiſsimi ex primaria in Sãtonibus familia frater, cum

legione ſua vim juſſus facere; aut viuum, aut mortuum in munitionem ſe penetraturum dixit. Nec verbis fides defuit; nam in ruinam ſummâ vi enixus, in veſtigio multis ictibus confectus eſt, corpore intus lapſo, & ad ejus latus ſignifer intra locum quoque concidit. Thuanus lib. III. an. 1594. in obſidione Crodunæ in Armorica.

CAPVT XLI.

Cum detrectarent milites, arcis malè tutæ cuſtodiam; ad eamdem per tenebras, quaſi ad hoſtilem intercipiendam, inducuntur.

Ex Aubignæo vol. I. lib. 5. cap. 9. Carolo IX. R. 1569.

Moncontour. Cognac en Engoûmois.

INTER eas vrbes quæ ſecundùm cladem Moncontorienſem victricibus armis ſolicitatæ ſunt; Cognacum inſolita prorsùs arte præ-

ſidiarios auxiliares obtinuit. Sedebant in obſidione munitiſſimi toto illo tractu oppidi, regiæ copiæ, Regis etiam Caroli præſentia mirum in modum auctæ. Illinc miſſus cum tubicine tabellarius ad præfectum Cognaco litteras à Rege detulit. Erat is Torſius prouectæ jam ætatis vir, & inter veteranæ militiæ ductores famæ inſignis; excepit enim-verò qua par erat honoris ſignificatione, & ori venerabundè admotas exoſculatus reddidit, ac negauit litteras & ſcribere ſe & legere noſſe; commilitones tamen ſuos nec corde carere nec manu, ſed auribus caſſos eſſe. Reuerſo in caſtra feſciale, eductæ ſunt illico aliquot è caſtris legiones, & ad tertium ferè ab obſidenda ciuitate milliarium, opportunum in locum promotæ, dum ſubſeſſoriæ copiæ comparantur. Interea vbi de Cognaci proxima obſidione inauditum eſt, Enculiſmæ ſeriò de propugnanda vrbe ſocia agitatum in militari conſilio. Profugerant è nupero prælio Enculiſmam ad ſena ferme rebellium millia; detrectabant tamen plerique Engouléme.

ſilij conſcijs, quorum in Cognacenſium ſalute fortunæ domeſticæ agebantur. Quorum ductu per lunæ ac noctis ſilentia inter teſqua & impedita loca, pomœrijs ſubiere Cognacenſibus. Hîc quaſi ex-compoſitò proderetur à cuſtodibus ciuitas, nemine vno increpante, ductores & conſcij, priores ſcalis muros ſuperant, & valuas ſuis tacitè reſerant. Admiſſos, in forum quod eſt eo in oppido ampliſſimum inducunt, inſtruunt in aciem. Tum demum honeſta fraus deprehenſa quòd nulli vſquam apparerent hoſtes, vbi rerum verſarentur detexit. Vbi verò diluxit ſtetit pro muris nouum præſidium, & regiarum legionum ſpeculatorios globos inſperato numero perculit. Quæ cum res in regia caſtra certò delata eſt, dilata eſt in tempus opportunius obſidio.

CAPVT XLII.

Accenſi funes ad caprarum cornua ſpeciem præbent eruptionis, & caſtris hoſtium illudunt.

Ex Vidello lib. 1. cap. 7. Serrano, & aliijs. Sub Carolo IX. An. 1570.

La bataille de Moncontour.

POST cladem Moncontoriam acceptam, Sectarij rebelles recepére ſeſe plerique omnes in ſuas quique prouincias; arces quas illic obtinebant nouis præſidijs, ex prælij reliquijs firmaturi. Corpium oppidum apud Delphinates, inſedére ejuſdem factionis optimates Diguerius, alijque. Quos vnà & oppidum tranſmiſſis illico regijs copijs *Gordius* prouinciæ Rector obſideri curauit. Admota curulia tormenta, illata muris labes, impreſſio facta generosè quidem à regijs, ſed fruſtrata eadem, à ciuium, militúmque ſeu frequen-

De Gordes.

tiori numero, ſeu ſingulari virtute. Robori quoque & numero acceſſit dolus: cuius doli auctor fuiſſe traditur Campoleo quidam bellis hiſce ciuilibus ea regione notiſſimus, tùm verò inter præcipuos præſidiariæ militiæ ductores. Sub ipſam imminentis obſidionis celebriorem famam, ab. acti erant ex agris circumjacentibus ouium, caprarúmque in vrbem aliquot greges annonam vrbanam, cùm foret opus leuaturi, & récenti lacte, & muſtea carne. Verùm iam diutiùs quàm prouiſum eſſet obſidione producta, hos ipſos greges fames inuaſit paſcuorum inopiâ. Ex his quadragenas capellas ſtrigoſas nempe & macilentas Campoleo ſelegit in nocturnam eruptionem. Singulis ad cornua tormentarios accenſos funiculos adligauit, & nocte iam concubia, obſcura eadem & nubiloſa, per ipſas murorum labes exegit ad compaſcua intra foſſas, loricâmque loca. Ipſe interea geminos militum globos, eo genere ſcloporum inſtructos, qui ſine funiculis, rotularum ferrearum ope diſploduntur, foras educit,

Champoleon.

gemino hinc inde è latere. Caſtrenſium cuſtodiarum anteſignani vigiles, vt primùm ignitos funiculos aduertére, ad arma ſcilicet extemplò clamare. Itum ad arma protinùs proximis quibuſque de ſtationibus frequenter. Et hoc enixè optabat, agebátque Campoleo, vt conueniret in globos caſtrenſis militia, ijs quidem ſpatijs, quæ præuiderat ex arte occupanda, quæ tamen inſidiantibus ſuis objecta eſſent ad ſubitàs ejaculationes. Succeſſit ea res è ſententia. Nam cùm eſſent extra loricam progreſſæ capellæ ad paſcua vberiora, & proximè ad ipſas ſtationes aditura viderentur; prægreſſores aliquot milites, in eas ſclopos exploſere, at inutili prima quidem exploſione, nemine (vt inter tenebras) collimante. Strepitu tamen illo, & glandium intra gregem tranſmiſſu, territæ capellæ, diſpalare illæ, vt fit, aut coïre pluſculæ in vnum ſimul, dum ſeſe hoſtis ad ſecundam exploſionem comparat. Quâ tandem vna, alterave confixa balare cœpit, cæterarúmque balatus elicuit, plauſum verò riſúmque

caſtrenſis militiæ. Cujus tamen, vt timorem, ità & ſolertiam diſſoluit inexpectatæ rei deprehenſio. Quo ſtatim rerum & temporis articulo; qui ex vrbe exierant præſidiarij opportunis exploſionibus, & inopinato ſuperuentu, totis ſanè caſtris incommodauére. Paucis deinde ab illa nocte diebus ſoluta vrbis obſidio eſt.

CAPVT XLIII.

Laborantibus plumbearum glandium penuria præſidiarijs, prouidetur, per fictos de pace aut deditione internuncios; laminis plumbeis ſuffultas indutos veſtes.

Ex Vidello lib 2. cap. 11. Duplexio & alijs. An. 1585. Sub Henrico III.

VALETANI Fratres Bernardus & Ludouicus Proregio imperio, Delphinatui ille, hic Maſſilienſi

Les Ducs de la Valete, & d'Eſpernon.

Prouinciæ præfecti, communibus plerumque conſilijs rem gerebant in rebelles Sectarios; quo tempore hi famoſum illum exercitum ex Transrhenanis populis, Caſimiro duce expectabant. In finibus ergo vtriuſque præfecturæ ſitum oppidum Chorgeſium, munitum illud probè, & propugnaculis & præſidiario milite, obſedére Proreges ſub deſinentem Nouembrem. At conſumptis jam aliquot in obſidione hebdomadibus, aduerſari grauiter cœpit caſtrenſi quidem militiæ tempeſtas anni; vrbanæ verò penuria plumbi ad tormentarias glandes neceſſarij. Cui rei, vt maturè prouiſum iret Diguerius, ſolertiam ſanè non vulgarem in partes vocauit. Equitem de ſuis vnum ad caſtra tranſmiſit cum tubicine, qui in Principia ad duces deductus, de pace aut inducijs ageret. Negantibus; etiam de vrbis deditione mentionem fieri aliquam pateretur. Repudiare illi nimirum & pacem & inducias; deditionem admiſſuros honeſtis conditionibus dicere; ſi tractandis ijs idoneus primo quoque die adminiſter ſubmittere.

L'Armée de Reiſtres.

tur ; ſin autem aliqua interueniret procraſtinatio, vrbem ſe ferro, flammíſque deleturos. Monitus à reduce Diguerius, virum induſtrium & ſolertem qui ſibi à ſecretis erat, conſilijs quidem ad rem gerendam opportunis inſtituit ; ſed vnà & dolis. Tres illi aſſeclas equites, quartum æneatorem, vt ſolet, adjunxit. Sed eos ſingulos ita militari cultu inſtructos voluit, vt ſemoto omni armorum genere præter enſes ſingulares & geminos ſclopulos, teli nihil admodum eſſet, aut ferri. Veſtes porrò, & erant illæ hyemales duplici munitæ panno, ſuffulciri jubet quà licuit vniuerſas medios inter pannos plumbeis laminis. Thoraces maximè antè, retróque, & quicquid veſtimentorum corporibus adhæreret. Ephippia item ſufferta erant plumbo. Ea militaris annonæ copia inſtructi, ad hoſtium caſtra legati adeunt, illinc in vrbem deditionis inſtruendæ obtentu. Quo loci ſuffarto plumbeo exonerati, obſeſſis animos fecere ad diuturniorem propugnationem. Tum regreſſi ad hoſtium duces ciuium nomine nouas

neſcio quas conditiones comminiſcuntur, quæ difficiles haberent extricatus. Itáque illis ad Diguerium reuerſis, dilata eſt in tempus opportunius deditio, cùm duriùs in dies hyemante cœlo, mollioribus longè conditionibus paciſci licuit.

CAPVT XLIV.

Præſidiarius vnicus ſpeciem multorum edit, & ſibi, locoque cauet.

Ex Aubignæo, Thuano, & Bellaïo.

Le Siege de la Rochelle, par le Duc d'Anjou.

SITA eſt Rupella in tumulo molli decliuitáte cubanti; cuius inferiorem in partem explicatur naualе; faſtigium, moletrinæ frequentes occupabant ſeculo ſuperiore circa pomœria. Ad eas prior impreſſio curulium tormentorum exprompta à Birono caſtrorum Præfecto, tùm cùm Andegauenſium Dux Rupellanam obſidionem aggreſſus eſt. Dejectæ

Le vieux Maréchal de Biron.

ſunt pleræque, non admodum operoſo conamine, deditis, aut cæſis militum præſidiariorum aliquot manipulis. In illarum vnam abdiderat ſeſe de fuga gregarius vnicus miles, cuius eluxit mirificè in dedendo loco induſtria. Eò enim ingruentibus vndecunque regijs, ſpeciem primò numeroſæ cuſtodiæ, & vultu & voce prætulit. Deinde vim parantibus deditionis edidit ſigna. Annuentibus verò his, loco ceſſurum ſpondet ſi modò ſibi, ſuorúmque toti turmæ de vita & gladio cautum foret. Admiſſus in has conditiones ab obſeſſoribus; reductis ille valuis, ad hoſtium ducem, quaſi cunctantibus ſocijs prӕiret, ſolus adit, & vultu imperterrito, ecce, inquit, & dux egomet mihi, & miles vnus. Hæſit tantiſper inſolentiâ facti Bironus; tùm plurimorum vita dignum pronunciauit, qui tam generoſæ ſolertiæ facinus opportunè commentus eſſet. *Aubignæus tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 7. *Thuanus lib.* 55.

Noſtri, contra belli leges procaci aſtu, ſibi illuſum indignati, hominem furcæ initio addicunt. Sed gratia et à Birono vita facta, tantùm rimo mãcipatus eſt, vnde poſtea aufugit. Thuanus.

Nefas puto hîc prætermittere indictum, ſingulare prorsùs facinus

quod in apicem calami deuenit, millitis vnius è famulis Tendani Comitis. Superiori ſeculo, pridie quàm prælio debellatus eſt ad Serizolium Vaſtius. Is vt commodiores quaſque ſtationes in craſtinum occuparet Summoriuam adit luſtraturus oppidi, caſtríque opportunitatem. At è caſtri turre, quam vnus admodum Gallus obtinebat, tam frequentes erant emiſſiones, vt ſuſpicaretur Vaſtius falsò ſibi nunciatum eſſe non plures vno, in turre ſtationem habere. Quam vt rem compertam habuit, grauiſſimas cœpit intentare minas; ad deditionem tamen compellere non valuit. Quod de ſumma turris ſpecula Gallici exercitus partem, jam digeſtis agminibus aduentantem, proſpiceret. Poſtridie eodem ex loco, cruentiſſimi prælij otioſus ſpectator, merito tamen ſuo in partem victoriæ venit. *Bellaïus l.* 10. *An.* 1544.

Le Comte de Tende. Le Marquis du Guaſt vaincu à Serizolles.

CAP. XLV.

CAPVT XLV.

Oppidanus infeſtus, dum in armis ad dedendam arcem, coit; Franci per muri labes exeunt, honeſtas ſibi, non ciuibus pacti conditiones.

Ex Aubignæo lib.2. tom.2. Strada lib.8. An.1575.

AVSPICIIS Arauſicani Principis Schonouiam in Geldriæ finibus obtinebat, duabus centurijs Gallicæ legionis cui præerat, Lagardius Tribunus: cùm Iliergius Geldriæ præfectus, oppidum obſidione cinxit; non munitum admodum, & quod eſt in bellica re majus incommodum, oppidanis in hoſtem pronioribus. Illatâ igitur in muros vegrandi labe, oppidanorum centum quinquaginta in armis ſtetere, reliquúmque vulgus traxere

Guil. de Naſſau Prince d'Orange.

in partes, & conſilium dedendæ vrbis: & jam ad vnam oppidi portam hoſtibus referendam progrediebatur vrbana multitudo; cùm Lagardius per murorum ruinam, pactus honeſtis cum hoſte conditionibus, ſuos eduxit vita, rebuſque ſaluis; oppidanis contrà hoſtis arbitrio permiſſis. Nec verò ſaluti fuit promptos, paratos ſeſe ad obſequium apud irrumpentes vociferari, incertâ videlicet armatæ coitionis cauſa. In qua dubius hæreas, cujus tandem rei gratiâ ferrum expediatur: propenſis verò ſemper ad ſequiora interpretamenta, quæ ſpolia, manubiáſque promittunt, gregariæ obſidentium militiæ, animis.

Le Sieur de Lagarde.

Google

CAPVT XLVI.

AMOR LORICATVS.

Præſidiarius nuptias ambiens hoſtilis Virginis, dum arcem prodere ſtudet, proditur non dubijs ſignis inſani amoris, & non ſani conſilij.

Ex Aubignæo tom. 2. lib. 4. cap. 10. An. 1580.

AMOR vt vt pudicus ſit, ſi plus æquo vehemens eſt, flagrat igne nuſquam innoxio. Cometen jure dixeris non aſtrum. Per anterioris ſeculi difficillima Galliæ tempora, Montemacutum apud Pictonas inferiores obtinebant impoſito præſidio Sectarij. Buterius inter arcis præſidiarios nobili ex familia oriundus adoleſcens, ſororem deperibat Peliſſonerij ſupparis nobilitatis

Viſus nunquam eſt impunè Cometes.

Montaigu au bas-Poictou.

De Buterie.

Peliſſonniere.

viri,at Catholicæ Religioni eo Galliæ tractu addictiſſimi. Vidit nimirum Buterius ambire ſe fruſtra nuptiales tædas, quas in clade ſuorum non accendiſſet. Statuit ergo arcem ſimul & vrbem quaſi in pignus conjugalis amoris tradere. Dictus dies ac locus, quo fœderatis pro religione Pictauis ad arcem conueniendum erat; ſub ſecundam de meditullio noctis horam. Receperat Buterius, ſe cum globo conjuratorum, cuſtodiam nocturnam internecione deleturum; & tutâ ſtatione arcis occupatâ; tum demum fœderatorum cautionem fore, vt auxilio futuri muros conſcenderent, cùm cæſorum corpora de mœnibus abjecta præſentes ipſi ſpectaſſent. Sub crepuſculum decretoriæ noctis, cùm incertus animi ferretur Buterius, nec ſatis recto vultu eſſet, quòd pectore juuenili tam atrocia conſilia ſuſtinere vix poſſet, ſuſpicionem neſcio cui mouit. Et is ad ſocium conuerſus (*En*, inquit, *quàm parum conſtanti eſt ore Buterius noſter!*) At ille, *amat ô bone ſi neſcis, amat Buterius, atque etiam alieno in loco. Ecquid ignoras*

La Ligue du bas-Poictou.

vultuoſum amorem inſtabilis & reciprocantis eſſe coloris? Inde natum eſt vtrique obſeruandi hominis majus ſtudium. Deprehenſum eſt, inſinuare illum tacita in aurem mandata quibuſdam ex præſidiarijs; ſimul interdum pluribus, collatis quaſi capitibus de communi re; interdum ſingulis. Hærere modò cogitabundum ſolitario in loco, exilire illico, & eorumdem aucupari colloquium. Quod demum caput fuit, præter morem animaduerſum, tunicam ex annulari ferro manuleatam ſub ſago militari ferre. Hîc prior ille ſuſpicator in aurem ſocio obtrudere. *Hæc Martis quidem tunica eſt, non Cupidinis.* Delatæ mox ad Bullæam præfectum ſuſpiciones, cujus juſſu comprehenſus Buterius, vniuerſam ſtatim conjurationis ſeriem retexit. Acti in carcerem conjurati, atque illic confoſſi eorumdem quatuor. Horâ præſtitutâ poſt mediam noctem alterâ, editis ſignis de quibus Buterio conuenerat cum hoſte; accenſis de turre faſcibus, præmiſſo ad crates ſtrepitu, colloquióque cum præcurſoribus, in oculis hoſtium

Le Sieur de la Boulée.

deturbata ſunt in ſubjectam foſſam conjuratorum cadauera. Buterius ipſe pro pinnis decurrens fune pedem deuinctus, animos hoſtibus ad aſcenſum facere cogebatur nutu, geſtu, verbis interdum. At cùm jam diluceſceret, moram præter conuenta longiorem, hominíſque incertos vultus, ac tertiata verba, aut inertiæ damnantes, aut perfidiæ; impreſſione abſtinuere: gyratíſque agminibus tumuloſo, ac recto itinere receſſum inſtituére. Quibus digredientibus, Buterius quoque de muris, plagis aliquot confectus, abjectus eſt; atque in recedentes hoſtes exploſæ actutum machinæ, ſed inutili conatu; quem fruſtraturi non erant, ſi murorum conſcenſum, in tanto Scœnæ apparatu, tentaſſent.

CAPVT XLVII.

HOSTICA SVPELLEX.

Ex-compoſitò in manus hoſtium, ſufferta puluere tormentario ſupellex deuenit, & incautis illudit grauiter.

Ex Thuani lib.90.& 96.ejuſdemque ferè ſtylo. An.1588. Henr.III.R.

ROBERTO Markiano Bullionio fatis apud Geneuam functo, hærede filia vnica Carolota ſuperſtite: Lotharingiæ Dux Guiſio maximè inſtigante opportunitatem ſibi alienæ ditionis inuadendæ oblatam ratus, copias tàm ſuas quàm à Guiſio & Parmenſi auxilio ſummiſſas, Iametio (Sedanenſis principatus oppido) propiùs admouet, duce Aſſonvilla Regulo, & Lupiaci, Armonvillæ, viciniſque eas diſtribuit locis: capta inſuper moletrina ſub-

Robert de la Marx Duc de Boüillon, Sieur de Sedan, &c.

Alex. D. de Parme Gouv. de Flandres.

La V. de Iamets.

ventanea decimo quarto Kal. Februarias, quæ ex ſolido lapide mira craſſitudine conſtructa; haud procul ab vrbis mœnibus, multùm oppidanis toto obſidionis tempore incommodauit. Pridie Nonas Martij, qui in primam Quadrageſimæ Dominicam diem incurrebat, hoc aſtu moletrinæ ſeu turris lapideæ præſidiarij Lotharingi, damno ingenti affecti ſunt à Iametianis. Ij militem ad id inſtructum ruſtici veſte ſummo mane cum ſporta dimittunt, pomis omnis generis plena, in cuius imo ſaccus erat nitrati pulueris cum rota ſclopetaria, quæ ſimul ac ſaccus extraheretur diſploſa, ignem pulueri nempe immitteret. Nec verò ars exitu caruit, nam cùm pertranſeuntem ruſticum milites circumueniſſent, inuolaſſéntque in ſportam; & ille precibus ac lacrymis, vt magis falleret ſportam ſibi reddi enixè flagitaret, tandem aſportata à præſidiarijs in turrem ſporta eſt, & ruſticus dimiſſus, qui celeri ſe fuga periculo ſubduxit. At illi præda potiti ſubitò direptis pomis, dum ſaccum extrahunt, diſſoluta rotula,

puluis nitratus ignem concipit; quo disjecta turris tabulata, & milites, partim diſcerpti, ſerpente in capſulas puluere plenas, quas quiſque eorum, de more, geſtabat, igne; partim ambuſti ſunt. Ad ſtrepitum, qui Lupiaci & Armonvillæ ſtatiua habebant, concurſu facto ſtatim aduolarunt: cúmque ad turris portam acceſſiſſent, & edita teſſeraria voce nequidquam pulſaſſent, nihil admodum reſponſi datum eſt: quippe exanimato aut ſopito milite. Foribus tandem refractis, non ſine communi multorum admiratione, aſtus inſolentia patuit: qui tamen decimo quinto Kal. Apriles, diuerſa ratione, ſed pari exitu repetitus eſt; eádem obſidione.

Trabs vtrimque ambuſta, ſed intus eo artificio excauata, vt granata mala ignibus artificioſis plena, in eam inculcata, extrorſum non apparerent; ad locum in quo noctu excubiæ ignem accendere conſueuerant, à ruſticis defertur. Stationarij recentes, in locum priorum de more ſub- §. 2.

miſſi, heſternæ noctis titionem re
quum arbitrati; illum in ignem con
ciunt, qui vbi ad granata mala pe
uaſit magno fragore ingentem ſt
gem edidit. Capta tamen ciuitas e
obſidionis vndecimo menſe; arx de
de ſeptimo. Captatum verò illo q
dotali pignore, Sedanenſis here
conjugium, quod filio ſpondeba
Duplexius & alij. occultis machinis, vt aiunt, & Lot
ringus ſuo, & ſuo Guiſius; fruſt
Le Sieur de la Tour Vic. de Turene. fuit. Magni poſtmodum Henrici ſe
tentia, ac juſſu, Tureniæ Vicecom
nupſit Carolota.

§. 3. Quod poſtremò ſubnectam externi nominis eſt, neque à Gallis aut in Gallos expromptum; rerum tamen ſimilitudine & recenti memoria, locum ſibi vendicare videtur hoc eodem ſeculo ſcribenti.

Dunkananam arcem portuoſiſſimo totius Hiberniæ loco ſitam, obſidebant Catholici Inſulares: cùm dejectis non modicam in labem muris, viſum è re fuit priùs quàm impreſſio inſtitueretur cuſtodes ipſos aſtu labefactare, & occulto marte quàm

aperto priùs petere. Sic autem vltro etiam exceptus à prędidiarijs impetus. Adornati aliquot milites, per ſpeciem transfugij ob malè repræſentata ſtipendia, ad priorem arcis ſtationem progreſſi, arcam ſecum important obſeratam probè, obſignatámque & in hæc verba inſcriptam, *Lances argenteæ Preſtonis Ducis*, quam dicerent ſe ex prætorio clam ſubduxiſſe. Iuſſis ijs tantiſper ad diathyrum ſubſiſtere, ad præfectum arci delata extemplo arca eſt, vnà confluentibus ad vnum penè præſidiarijs vniuerſis. Quâ tanta frequentia, cùm diffractis ſeris interiora inuolucra eximi cœpere, circumactis rotulis igniaria intus latens machina ignem intulit in nitratum puluerem, quo vno erat arca conferta. Vnde tanta erupit támque ſubita vis incendij, vt de præſidiarijs nonnullos ad plura vſque ſtadia in caſtra hoſtium deuſtulatis corporibus eructauerit. Qui fuere tantæ cladi ſuperſtites, arcem extemplò dedidere. Anno milleſimo quingenteſimo ſupra quadrageſimum ſeptimo, menſe Martio.

L'Argenterie du General Preſton.

Pręſtonis nomen vel nolentem ad-

monet me fortunæ ab Hibernia Galliæ velificantis. Vehebant ex illa Inſula in Hiſpaniam ductore ac Tribuno Preſtonis quo de priùs filio, auxiliares ſexcentos actuariæ aliquot naues: eodem ferè tempore nongentos in Galliam ex nouo delectu Gallicanæ Liburnicæ. Hæ in illas illatæ, atque haud dubio certamine victoriâ potitæ, ſtitere eaſdem Dieppam Gallicum in littus non ſine plauſu. Et quod fraudi fuit Hiſpanienſibus ſtipendijs, ibidem vltro in Gallica ſigna victæ cum victricibus copiæ coierunt.

CAPVT XLVIII.

Specie & ſpe proditionis in arcem eliciti hoſtes, illic cæduntur.

Ex Videllò lib.3. cap.7. An.1589.

Tallard. TALLARTIVM, munitiſſimum in Delphinatium finibus municipium, & præſidium, regebat Præ-

fectus Auriacus, ſub illud deploratiſſimum tempus, quo erant recens cæſi Bleſis Guiſiani Principes. Henoticorum erupit tùm grauior per prouincias impetus, ad cruenta plerumque conſilia. Horum partes ſecutus Auriacus, contrarias Diguerius certabant inuicem per ſe ſuóſque acerrimè, nullo affinitatum, conſanguinitúmque diſcrimine. Illuſurus Diguerianis Auriacus, emiſit adornatos è præſidiarijs duos qui ducem ipſum in fraudem agerent licet callidiſſimum. Aggreſſi ambo proditionis obtentu, ſecretò monent, eſſe ſibi in animo viam aperire tutiſſimam Tallartianæ arcis occupandæ; in promptu id ſibi eſſe & in numerato; quòd omnis ferè præſidiaria illic militia ductu ſuo ad ſigna conueniſſet: conſcios fore quotquot luberet, & eorum numerum agnoſci poſſe, ſi ſecum inſpectores arcani ſubmitterentur, qui ſignum teſſerarium inſpicerent. Tot eſſe conjuratos, quot deprehenderent ad humerum ſiniſtrum appenſam Ligulam deferre. Miſſi ſpeculatores propolarum ſpecie & veſte, ſigna, numerúm-

Les Ligueurs.

d'Auriac, & Leſdiguieres.

que agnouére. Quòd eodem ipſò temporis articulo quo ſunt in arcem admiſſi, quaſi in cenſum, aut ſtipendium luſtranda militia ſtaret in armis. Reduces illi fidem faciunt apud Diguerium: à quo ſubmiſſa primùm eſt, de qua conuenerat, ſumma pecuniæ, aureorum octingentorum. Præſtituta verò nocte, ſtetit in procinctu Diguerius proximè in arcem cum ſuis, quos ex omnibus copijs ſelegerat fortiſſimos. Ex ijs etiam nouo delectu ſublégit robuſtiſſimum quemque, in anteſignanos. Ad mœnia igitur progreſſi deſignatum antè in locum, per dejectas ſcalas admitti cœpére in apertas feneſtras ſecundæ contignationis. Vbì, ſinguli à quaternis militibus introducti, ſilentio ac ſine ſtrepitu in porticulam oblongiorem, ad eius caput ſigillatim confodiebantur. Atque ità citra periculum, & tumultum omnem, in ſubiectam lacunam cæſorum corpora abijciebantur; vt quiſque admiſſus erat. Admiſſi ſunt autem & cæſi triceni aut plures. Et hæc quidem laniena grandem in numerum producenda erat, niſi eidem

interceſſiſſet Auriaci pater Rochetius. Bonus enim ſenex doli tam cruenti horrore, cùm incœpta iam cæde importunè querulus expoſtularet; à Præfectis, iuſſu filij abductus eſt longiùs in extremum conclaue, atque inibi obſeratis foribus exitu interclusus. Quò loci tamen quaſi libera in cuſtodia ſibi, ſuæque humanitati permiſſus eſſet, ſtatuit hoſtes commonefacere, atque abſterrere. De feneſtra ergo, quæ erat majoribus hoſtium copijs objecta, vocis quantâ potuit contentione maxima exclamare cœpit, ac tandiu monere inſtitit, proditos illos eſſe, aſcenſione abſtinerent, abſcederent maturè; donec propiùs illi vocem incertam primò ſecuti, explicitam illam deinde exciperent, ac ſuos illico ab aſcenſu prohibitos abducerent cladis ac ſtuporis plenos. Hæc quanquam Diguerium grauiſſimè carnificina perculit, ſua tamen illum non defecit humanitas, cùm in ipſos doli auctores duos injuriæ reponendæ breuì nactus eſſet opportunum locum. Vapinci enim quæ Delphinatus ſupe-

Le Sieur de la Rochette.

La Ville de Gap, en Dauphiné.

rioris ciuitas eſt, in qua municipes erant ambo illi; rerum potitus ſecundùm Henrici Tertij necem: probauit abundè viros generoſos quàm decet injuriarum obliuio. Enimvero cùm deſcribi vrbem vicatim, & præcipuos quoſque ciues annotari à Decurionibus, juſſiſſet, quibus regiones ſingulas regendas manipulari imperio committeret, nominibus nimirum odioſis abſtinuere Decuriones. At Diguerius vbi duos illos deſiderari in albo ciuium animaduertit, ipſe propria manu ſubjecit. Ac primo deinde laterculo ambos præcipua quadam honoris teſtificatione, edixit regionales Præfectos: quos & toto vitæ decurſu adhibuit familiariſſimè.

CAP. XLIX.

CAPVT XLIX.

Arx Leucatenſis fruſtra tentatur, intentata præfecto capto morte, & illata; præſidiarij monentur & confirmantur Literis in ſudariolo carbone ſcriptis.

Ex Relatione eorum qui præſentes fuere in arce & extra. 1589.

BARRIVS & Cezellya par nobile conjugum, ſuperius ſæculum illuſtrauere, ſingulari prorſus exemplo Gallicæ fortitudinis. Quod quia pluribus militaris ſolertiæ ſtrophis implicitum eſt, jure ſuo & in Polyæno; & olim in Valerio Gallico, locum ſibi ſuum vendicat. Libro de Fortitudine Gallica.

Leucate arx eſt in finibus agri Narbonenſis, mari ſeu ſtagno impoſita & priori ſæculo bellicis expeditionibus notiſſima. In eam Mareſcallus Leucate en Languedoc.

Aaa

Les Seigneurs de Ioyeuſe, Chefs de l'Vnion ou Ligue.

Ioyuſius & Scipio filius, Henoticorum in Langothia primarij Duces, omni ope inhiabant, quòd vicina tum erat Hiſpanienſi ditioni, ac bellicis proinde conſilijs, auxiliiſque Tranſpyrenæorum ſociorum in prouinciam inducendis peropportuna. Verùm his illorum votis, non ſitus, non munitio arcis obmoliebatur; ſed vna Barrij Præfecti fides, vna virtus: quem ſi aperto marte, ſi dolo & pollicitis aggrederentur, fruſtra futuri erant. Proximum ergo fuit, capto hominis corpore, animo etiam illudere conari. Spem fecerat caſtrorum tribunatus quo Barrius fungebatur in regio exercitu, ſub auſpicijs Henrici Mommorantij vtriuſque Franciçæ militiæ magiſtri, ſeu ſtabuli Comitis: huius enim præfecturæ gratiâ abeſſe frequentiùs ab arce Leucatæa cogebatur Barrius. Quam cùm primùm initurus diſcederet, haud neſciùs quàm auidè incubaret hoſtium vterque dux arci ſuæ, noui ac ſolemnis iuriſiurandi interpoſita religione adſtrinxit, coniugem, & Rameſium legatum, ac præſidiarios vniuerſos,

de Rames Lieutenant.

ne cui interea arcem traderent præterquam Regi, aut ſe mortuo, Herculi filio, quem ſibi ex morte ſucceſſorem dipplomate ſuo Henricus dixerat. Ne tum quidem cùm fortè ſibi ad arcem ipſam necem captiuo intentaret hoſtis; quam etiam conditionem Cezellyæ conſtantia non exhorruit, inuictum mariti robur venerantis, ac neſcio quid animo præſagientis, quod ſe ad maritalis fortitudinis & gloriæ conſortium vocaret. Vnum ergo illum bellicæ gerendæ rei verſandum cardinem rati Ioyuſij, tot locis tam frequentes, támque robuſtas, Barrio inſidias tetendere, vt eo tandem potiti ſint, Narbonenſi viâ Leucaten versùs, ad eos aggeres qui latè ſtagnantes maris, lacuúmque aquas coërcent. Inde Sigeanum in ſociam vrbem abductum, Cymba Narbonem deuehunt, & in Archiepiſcopij lautumias compingunt. Hîc capto videlicet illuſuri, per internuncios edicunt, hanc vnam eſſe viam expediendæ libertatis, ſi arcem Leucatæam dederet: repudianti, vltro ad libertatis mentionem, vim pecuniæ

La Chauſſée des Eſtangs de Peiriac.

Sigean.

ingentem obtrudunt, & liberam optionem faciunt cuiuſlibet apud fœderatos præfecturæ militaris: poſtremò reluctanti ſeuerè mandant aut arce, aut vita decedendum. Hoc ſemel, hoc iterum, hoc tertiò per viros nobiles & Barrio familiares inculcantibus, eâdem ſemper conſtantiâ, reſpondit fidem ſibi re ac ſalute ipſa longè potiorem eſſe: in adeunda præfectura, Henrico ſe Regi ſanctè promiſiſſe tutelam arcis vitæ antelaturum; eâdem verò ſe mente tùm eſſe ac porrò futurum. Faceſſerent importuni licitatores, ac Barrium tandem virum agnoſcerent; neque verò inducerent animo, ſpem aliquam elucere à coniuge extorquendæ arcis, aut à legato & præſidiarijs, vt vt ſe factum eſſet, vel in ipſius arcis & coniugis conſpectu: ijs ſe eos animos feciſſe qui Barrio indigni non eſſent, cuius ſalutem, & veræ vitæ rationem in vna fide ponerent. Hæc animorum deſtinatio tranſuerſos egit Ioyuſios, & ad feralia conſilia impulit. Inſtabat grauis è rerum ſtatu difficili, inducias cum Mommorantio paciſcendi

neceſſitas, per quas ne fortè Barrij vitæ ac libertati caueretur: ſparſus ab ijs primò eſt in vulgus rumor, de eiuſdem inclinata valetudine grauiſſimè; tùm mox, menſe ferè toto antè quàm ad induciarum conditiones ſanciendas vtrinque in vnum conuenire- tur, communis audiri cœpit de morte fama. Quam vt fraudis reuinceret apud Mommorantium Cezellya coniux, ad eum adit maritimo itinere, licet illum maris tractum infeſtiſſimum haberent ex nauali Narbonenſi ad Oſtia Atacis Liburnicæ quatuor. Aude F.
Quo tamen præſenti periculo quàm audacter, tàm feliciter defuncta, Agatham tenuit, inde Bitterras, vbi Agde. Beziers,
certis indicijs locupletiſſimè fidem Mommorantio fecit, Barrium etiam tum viuere & valere. Prolato imprimis, at non ſine lachrymis, ſudariolo quod ad ſe Barrius pauculis antè diebus tranſmiſerat, in quo breui carbonis ductu, & præſentem ſtatum deſignabat, & admonebat datæ fidei & promiſſæ conſtantiæ. Excepit hanc generoſæ matronæ Orationem honorificè, vt decebat, atque beneuolè

Mommorantius, & vltrò vnum de captiuis nobilem equitem & flagrantiſſimæ apud Ioyuſios gratiæ Lupianum, tradidit, Leucatenſem in cuſtodiam abducendum : in cuius caput ipſa reponeret, ſi quid grauiùs de coniuge ſtatueret hoſtis. Hoc igitur abducto ſecum ſalutis maritalis vade atque obſide, eluſura videbatur hoſtiles omnes dolos, atque odium Cezellya ; ſpem tamen illuſtrem fefellit euentus. Tantâ enim támque deſtinatâ pertinaciâ, tot adornatis teſtibus à Ioyuſianis, qui de induciali fœdere acturi præſtituta die conuenere, Barrij ex morbo confirmatus eſt obitus: vt in commutatione captiuorum, cùm de eo eſt facta mentio, in id duntaxat conuentum ſit; vt demortui cadauer ad ſuos ſine pretio deferretur. Huius fœderis exemplum Narbonenſem in cuſtodiam delatum, à conſcijs Barrio productum eſt, vt vel inde conficeret arcis deditionem, aut præſentaneam mortem, cùm de cadauere cautum quidem eſſet, de vita nihil admodum. Stetit tamen imperterritus Barrius, & recto vultu, nega-

Loupian.

uit aliam ſibi mentem vnquam fore, quàm quâ deceret: fidem Principi datam, quàm ſalutem ipſam, liberare ſe malle. His ad hanc vocem digreſſis; ſucceſſére ex-templò in carcerem Preſbyter è Franciſcana familia, & carnifex, ductore nobili equite: is perfuſus lachrymis Barrium aggreſſus, obteſtari enixiſſimè cœpit, ſe ſuóſque demum reſpiceret. At ille dicentem nihil moratus, vnum rogat vt ſemotis tantiſper arbitris de vera ſalute cum Sacerdote agere liceat, quantùm anguſtiæ temporis paterentur & loci. Hoc perfunctus pietatis Chriſtianæ munere, & fuſis precibus ad Deum, juſſus eſt prono corpore in cubile procumbere; cui ità jacenti inſertus in collum laqueus, dum ponè à carnifice circumacto bacillo conſtringitur & fauces angit; aduolat ad ſpondam nobilis ille, de quo narrauimus eques, & lamentabili voce per Deum obſecrat, reſipiſcat, & vitæ conſulat dum licet, licere verò etiam, etiamnum, ſed poſtremùm: Barrius hîc intercluſo jam omni penè vocis meatu, pectore

veriùs quàm ore, non non, iterauit, ac defecit penitùs, anno ætatis ſecundo & quadrageſimo, vir æternitate digniſſimus, memoriâ certè ſæculorum omnium. In quo virtus expreſſit, quàm leuibus armis calliditas & immanitas, fidem verè Gallicam & conſtantiam aggrederetur. Vbi porrò certus jam nuncius de morte Leucatam allatus eſt, miſit Cezellya, qui ex fœderis nuper icti conditionibus funus deferrent; quod vt abeſſe non procul Hercules filius ſenſit; erupit illicò cum tyronum aliquot ſubitaria manu ipſe vix vndecim tùm natus annos, in captiui Lupiani conclaue, necis paternæ haud dubius vltor, ni properè aduolaſſet mater, quæ quamquam immenſi doloris grauitate penè fatiſcens, ſuſtinuit tamen pro captiuo dicere apud filium & milites; cauſata hominis innocentiam, cui ſi vis inferretur, neque ea vis patrem vlciſceretur, nec ducem; quippe quæ miſſis auctoribus, inſontem fruſtrà appeteret; permitterent numini vindictam, cuius opem vt exigeret familiæ ſtatus præſentiſſimam, ità generoſa com-

miſeratio polliceretur ſingularem. Sic demùm paratam necem deprecata, incolumem Lupianum ad Mommorantium remiſit. Vtrius majore ſtupore non facilè ſtatuas; communis ſanè omnium prædicatio, tam generoſæ mentis illuſtre facinus, proſecuta eſt. Ego ſupparem in vtroque conjuge agnoſco, venerórque conſtantiam.

Barrius. *Vocabatur* Ioannes de Bourcier de Pontaut Sieur de Barry. *Cezellya*, Françoiſe de Cezelly, *filia Ioannis de* Cezelly, *primi Præſidis Senatus Monſpelienſis, ſeu Curiæ Regiorum vectigalium rationibus præpoſitæ, ex familia ſancti Rochi. Matrem habuit Margaretam de* Roure, *ex nobiliſſima familia quæ Romanum dedit Pontificem* Vrbanum *ejus nominis Quintum; virum ſingulari morum ſanctitate. Hercules filius, is eſt qui arcem eamdem Leucatenſem propugnauit in Hiſpanos obſidentes, ipſe jam ſexagenario major; anno ſeculi voluentis triceſimo ſeptimo.* La Cour des Aydes de Mompellier.

CAPVT L.

Annonæ penuria, jocosè occultatur apud hoſtes, ſuper cœnam.

Ex Vidello lib.5. cap.9. An.1595.

Cavours. CAVVRSIVM in-Alpinam vrbem Allobrogicæ ditionis, occupauerant Franci duce Diguerio, obtinebántque annis jam tribus, cùm eam obſedit Sabaudiæ Princeps magno ſanè ambitu, & copiarum pari numero. Allobrogi porrò mens erat, oppidum fame potiùs quàm vi opprimere. Eò, deſcripta latè lorica, foſſáque caſtrenſi, ſuorum ſtationes majoribus tormentis, & frequentibus propugnaculis muniuerat. Diguerius obſeſſis opem laturus, ex limitanea militia, cæteríſque præfecturæ ſuæ locis coactas copias ſub ſignis proximè obſeſſam vrbem ſtitit, ad eam maximè planitiem quæ ad

ipſa penè pomœria pertinet; deſcripſitque ſæpius in aciem: fruſtra tamen fuit, quòd id ageret hoſtis vnum, vt obſeſſos cibariorum penuriâ ad deditionem cogeret; hoſtilium harum prouocationum, inſultationúmque ſecurus: Vna tantùm, alteráve majorum tormentorum exploſione, cuneos aliquot noſtrorum diſtrinxit. Ergo cùm neque hoſtem extra caſtra ad prælium eliciendi; neque intra vallum, munitionéſque tutò aggrediendi ſpes vlla eſſet, è ductoribus ordinum vnus aliquis notæ jam olim fortitudinis, Diguerium adit; narrat in mentem ſibi veniſſe, qua via poſſet & obſeſſæ ciuitati opem, & cladem certam hoſtibus afferre. Quam in rem nullius egere ſe aiebat adminiculo, nullo præſidio, vno admodum Imperatoris permiſſu, ſuâ vnius operâ, rem confectum iri. Cunctante Diguerio; ſubjecit, ſi liceret, aditurum ſe ad ſtationem Sabaudici Principis, facultatem petiturum, eumdem ſemotis arbitris alloquendi, per ſpeciem arcana quædam cum illo participandi. Eo ſe obtentu, inter

Charles-Emanü.I Duc de Sauoye.

colloquendum, adornato ſclopulo Principem confixurum; recepturúmque ſeſe non dubiâ fugâ ad ſuos. Quod quàm eſſet dictu facile, tàm facile factu eſſet: ob ſummam Principis facilitatem morum, quâ, ſe adeuntibus occurrebat vltro; & ſæpius in die, eo toto bello, ad ipſa caſtrenſia opera inſpectanda, vrgendáque itare viſus eſſet ſolitarius. Repudiauit tamen hominis cruentam audaciam Diguerius, quòd diceret alienum eſſe & ab indole ſua & à vera fortitudine quicquid doli mali ſpeciem præferret. Militare illud conſilium non tam temeritatis ſe, quàm inſidioſæ turpiter, & turpiter ſubdolæ calliditatis damnare. Vetuit itaque ſeueriſſimè, ne quid hujuſmodi aggredi, atque adeò, ne in medium quidem impoſterum proponere auderet. Depoſito igitur vnà cum ſpe, conſilio prorsùs omni liberandæ ciuitatis, abſceſſit cum ſuis Diguerius, ac de via proximum pagum incendi juſſit, quod à ſtationarijs contra militiæ leges, datámque fidem grauiùs exceptus eſſet. Ad cujus incendij conſ-

pectum, quaſi ad dedendæ optimis quibuſque conditionibus ciuitatis, ſignum; præſidiarij, quos jam canes, equi, ac mures defecerant extrema fame laborantes, emiſere poſtridie Hebertum expertæ ſolertiæ hominem, multis antè militiæ præfecturis defunctum, ad hoſtium caſtra. Eum Carolus-Emanüel heſterni conſilij ignarus, ſolum ſolus admiſit, & ad cœnam, vt ſolebat, adhibuit familiariſſimè. Hebertus inter cœnandum, ſæpe per jocum rogatus à Principe & aulicis, ecquid liberalium epularum intra vrbem frequentaſſet, jam dies multos? Excipiebat homo facetus, rem cibariam illic in promptu eſſe, inſtructam pœnum in plures menſes & quidem opiparè; penuriam vnam eſſe condimentorum. Cùm autem frequentia eſſent appoſita, propter æſtiuos calores citrea mala, ijs veſci paulò liberaliùs Hebertus, atque etiam pluſcula in vtramque ſibi peram indere ſollicitè cœpit. Quod vbi animaduertit Sabaudus, corbes aliquot panibus plenos afferri ad ſe, & per miniſtros ad Hebertum deinde

inſultabundus juſſit, adjecítque, curaret hæc opportuniùs ad vrbem transferri, quàm quæ ſubduxiſſet ipſe poma. At Hebertus tua, inquit pace, non bello, dixerim Princeps, abundat ciuitas, neque in tanta annonæ copia, alia re magis opus eſſe intellexi, quàm quæ orexim excitaret, faſtidienti ſociorum ſtomacho. Arriſit, Princeps, & lepidè monuit, ad ciues, ſi qui ſuperſtites eſſent, corbes plenos deferret, poma præſidiarijs ſeruaret. Nimirum jam antè innotuerat ciuitatis egeſtas, quam vtcunque texit, non tam Heberti jocus, quàm bellicarum rerum vſus, vt & ſolertia ad perhonorificas deditionis conditiones principis animum adduxit: quas Diguerius ipſe plurimùm collaudauit.

CAPVT LI.

Exploratoriȩ naues interceptȩ, fruſtra ad claſſem hoſtium illectandam adornantur.

Bernardus in vita Lud. XIII. lib. 7. & alij.

PROGRESSVS Ludouicus ad nouam palmarum meſſem Lutetia Pariſiorum, ipſo Chriſtianarum palmarum die; cùm apud Nannetes accepiſſet Subiſium volitare in Sanctonibus cum exercitu octies millium Graſſatorum veriùs quàm militum: eò ſtatim ducendum edixit. Cuius aduentantis fama perterritus Subiſius in tres proximas littori Sanctonico inſulas prædabundas irrepſit, quibus jam pridem inhiabat; quippe quæ nec ſuperſtitionem olim Caluinicam, neque noſtrâ ætate perfidiam, licet fraternæ ditioni obnoxiæ, admittere ſuſtinuerant. Sunt eæ

21. de Mars, nimanche des Rameaux. Nantes en Bret. Benjamin de Rohan Sieur de Soubize Frere du Duc de Rohan, Seigneur de Ceriſſay, de Rié, du Perier, & Monts.

anguſtiſſimis,ac longo tractu deductis æſtuarijs inter ſeſe, & à continenti diuiſæ; quò nuſquam acceſſus eſt quàm per vliginoſas paludes. Eo tamen loci adjumento malè opportunè vſus Subiſius, ipſo ſtatim aditu ad penitiora ſe recepit, exercitum maritimo itinere aliò ſubducturus. Seu conſcientia ſcelerum homini toties perfido confuſam abripuerat mentem; ſeu præſtrinxerat oculos reuerentia majeſtatis. Ludouicus tranſmiſsâ confeſtim Montenſi Inſulâ, in Rienſem tranſgreſſurus; dùm ſubſidentis æſtus horam expectare cogitur in multam noctem; & ſeſe ad aliquantulam quietem componit, vocem immortalitate digniſſimam protuliſſe dicitur; præfectos enim ſuos affatus, veſtrum eſt, inquit, quibus rerum experientia maior eſt, quid facto opus conſilijs præire; cùm erit operi manus admouenda præibo ego. Tum gregarij militis expetito pallio, eo ſe inuolucro protectum in cæſpititium cubile ad Inſulæ oram compoſuit. Decedentibus deinde fluctibus, traductus eſt in Inſulam exercitus; atque

atque exinde hoſtium mera fuga fuit & cædes; nec finem, habitura cædes videbatur, quandiu qui cæderetur ſupereſſet, lixis ipſis & calonibus, hoſtem per inacceſſas paludes, per breuia & ſcopulos inſectantibus: niſi paterna Ludouici prouidentia, etiam in peſſimè meritos, obuiam iuiſſet infinitæ ſtragi: edicto per præconem in vulgus præſentis pecuniæ non modico pretio in ſingula captiuorum capita, qui incolumes ſiſterentur. Cæſi ſunt tamen ex perduellibus ſupra duo millia, præter eos quos dehiſcentes paludum voragines, aut ſyrtes & altum mare, in malè tutis cymbis, quas cuique ſors obſtulerat (& exarmarant pleraſque noſtri) abſorbuere. Subiſius deſcriptis in acies ſuis, prouido in primis conſilio, ante conflictum omnem, equorum ſuorum ſaluti conſuluit & fuſis habenis per ſabuleta, & æſtuarium: ſecundùm littus maris, Rupellam versùs fugam ſibi & turmalibus ferè ducentis explicuit. Victoriam ſecuta mox deditio eſt arcis Chaumenſis, portui cognomini & oppido, de proximo promon- Le Fort de la Chaume.

torio & prærupta rupe imminentis; quò-ſe milleni aut plures de fuga receperant. Ijs cùm veteri præſidiaria militia ejectis, præcipui tantùm captiui aliquot in cuſtodia detenti, quos inter, ſectæ miniſter ſeu præco, & arci præfectus; quorum opera vſus atque illicio Tholongeo nouus præfectus à Rege, tantùm non intercepit vniuerſam claſſem nauium triginta; quas ad ſocios, ſi fortè grauiùs vrgerentur à regio exercitu, excipiendos, tranſmiſere Rupellenſes, paucis à deditione diebus. Cùm enim illæ promotæ eſſent in arcis conſpectum: ex-præfectus ille, & miniſtellus cum primarijs quibuſque captiuis pro ſpecula & pinnis adacti ſunt, præſentaneæ mortis intentato metu, & hærentibus ad latera vtrinque ſicis, inter compedes, ſuos nutibus ac voce in portum & exſcenſionem faciendam inuitare. Hæſere tamen in anchoris Rupellenſes, & emiſſis tribus onerarijs nauibus, in quarum ſingulas, ſenos fiſtulatores, & ductorem cuique ſuum, impoſuerant; quo res loco eſſet explorare voluerunt. Non ſuſpicione

Le Sieur de Tholongeon.

quidem vlla cladis acceptæ, ſed ſolemni pyratarum & perduellium diffidentiâ. Nauigijs ergo ijs & claſſiarijs vnà, intra portus ſeceſſum captis, actutum atque deuinctis, quòd mora longior ſecuta eſſet, tertiam onerariam tranſmiſere Rupellenſes, ſenis totidem inſtructam militibus, adjecto etiam præfecto ſtrenuæ illo ſolertiæ viro, cui nomen erat Forano Cracinenſi ex Inſula oriundo, vt ſociarum nauium morandi cauſas cognoſceret, referrétque: captus & ille cum ſuis; & his detractæ veſtes quas ſeni de noſtris item induére; & Forano in compedes acto, intra ſuam ipſius cymbam, remetiri cœperunt mare eádem cymba noſtri; vbi verò proximè claſſem hoſtilem delati ſunt, necis interminatione Foranum, tuta omnia renunciare, juſſerunt. At ingenti ex-tempore vociferatione, ſuos ille adornatæ proditionis commonefecit; quas inter voces obſtinatiſſima pertinacia vſurpandas confoſſus interijt. Vir meliore cauſa dignus. Noſtrorum quidem priùs dolis aſſentiri viſus erat; eóque ſuus illi gladius de latere

Foran de l'Iſle de Ré.

vaginæ illigatus erat, & exploſus ſclopulus quem præ manibus ferret; & ſi quid tormentarij pulueris eſſet in loculis, excuſſum. Neque verò vociferanti præter ſpem, illata nex eſſet à regijs, niſi inter exclamandum, conatus eſſet in præeuntem hoſtium ſcapham ſaltu proſilire, & fugam occupare, nouâ perfidiâ.

CAPVT LII.

Per ſpeciem recenſendi cæſorum corpora, caſtra luſtrantur ab obſeſſis.

An. 1622.

Mompellier. OBSIDENTE Montem-peſſulanum Ludouico decimo tertio, ſolertiæ hoſtili locum dedit noſtrorum temeritas. Tumulus Le Tertre S. Denys. eſt ſuburbanus ad ſubjectum vſque fluuiolum porrectus, quem continuatione operum hoſtis vrbi connexerat. Hunc Regij, primis ſtatim obſi-

dionis diebus generoſo quidem inſultu occupauere; at conſilio in re bellica non ſatis prouido, commiſere noui delectus militiæ. Hoſtes haud paulò deinde pòſt per ſpeciem recenſendi inhumandíque cæſorum cadavera, tranſmiſſo tubicine deprehendére inordinatam infrequentiam ſtationariæ cuſtodiæ. Noſtri enim malè opportuna inſultatione, admiſſum ab exteriore ſpeculatore obnuptis de more oculis, faſcia vltro ſoluére increpitantes; luſtraret, & ſcrutaretur ſingula, ac referret paratum locum nouis ſuorum cædibus. Aduertit oculatus tubicen nullos vſquam loci equites eſſe, vnos admodum pedites curare. Si militarem in modum curare dicendi eſſent, qui ſparſi longiùs ac temerè ſecundùm amnis ripas, aërem ſubalgidum captarent plerique omnes, rerum vnicè ſecuri; pauculi tantùm in cuſtodias malè tutas conueniſſent. Turmales porrò deſiderari tam graui incommodo, nec diſpari errato ſingularis ſtupor effecerat ſervuli qui imperium carthis creditum à præfecto, inter eundum amiſerat:

quamquam vetat ars imperatoria vilibus ingenijs grauia hujuſmodi imperia committere. Igitur ad ſuos tubicen redux, denarrat ex ordine vniuerſa. At illi mox in turmas coaliti breuì erupere vtroque de latere, pedites ducenti hinc, inde; totidem vtrinque etiam equites: Diſiecti ex tempore diſſipatíque gregarij, vtroque etiam tribuno cæſo. Quod vt eſt in ſtatione regia animaduerſū, dum parantur, optimi principis juſſu auxiliares copiæ; Mommorantius moræ impatiens exilit, ſecúmque viros qui fortè aderant principes aliquot non inuitos ducit. Eos inter præcipuæ nobilitatis Eleonorius Aurelianenſis erat, qui pridie tantùm in caſtra conuenerat, annos admodum duodeviginti natus. At hoſtis jugo potitus, ex facili ingruentes repulit, cecidítque penè omnes. Mommorantius duplici vulnere grauiter læſus, pugnæ ſimul & neci ſubductus eſt. At Leonorius immani ſcelere, quòd aiunt à gregarijs aliquot regia adoleſcentis ſpecie ductis, pro rege ipſo etiam obnixiùs impetitum, con-

Leonor d'Orleãs Duc de Fronſac.

fectus eſt multis plagis; Galliæ totius immenſo luctu. Cujus luctus teſtimonium ab erudito, & pereleganti calamo ſubijcio.

Icy giſt Leonor Auguſte de naiſſance, Le Moyne.
Et plus Auguſte encor des vertus & d'honneur;
Il mourut de vingt coups, & ſon ame ſans peur,
A vingt morts toute ſeule oppoſa ſa vaillance.

L'Heretique inſenſé deceu par l'apparance,
Et luy voyant du Roy le viſage & l'ardeur,
Penſa qu'il eût auſſi ſa fortune & ſon cœur,
Et crût tuër en luy l'Hercule de la France.

Paſſant, ſi vous contés ſes vertus pour des ans,
Et ſi vous meſurés ſon âge par ſon ſens;
Vous trouuerés ſa mort digne de vôtre enuie.

Le Printemps & l'Automne en luy n'eurent qu'vn cours,

Et ſes fruits eſtans meurs dés la fleur de ſa vie,
Il mourut en jeuneſſe, & mourut plein de jours.

Par le P. le Moyne.

Hic jacet Auguſto magnus Leonorius ortu,
Sed major tamen Auguſtæ virtutis honore.
Depulit intrepidus biſdeno vulnere vitam,
Obijcere aggreſſus robur tot mortibus vnum.

Inſani furor Hæretici, *quem regia ludit*
Et vultus ſpecies, & regius ardor in armis;
Regis in illo animum, fortunámque impetit enſe
Francigenûm ratus Alciden ità cedere fatis.

Si reputas annos virtutibus alme
viator,
Si vera ætatem ratione, & fortibus
actis;
Et mortem ſimul inuideas, & tem-
pora vitæ.

Ver illi, Autumnúſque vno ſimul
axe cucurrit,
Fructibus excoctis primo de flore
juuentæ.
Sic cecidit juuenis, plenúſque ſeni-
libus annis.

CAPVT LIII.

Sub ſignis quatuor, tota procedit legio.

An. 1622.

IN recipienda Montis-peſſulani ciuitate, ad eas conditiones pro- lapſa eſt temporum iniquitas, vt La Garniſon de Mompellier.

quamquam imperata ſe facturos oppidani promitterent, imperanda tamen præſcribere viderentur. Inter pacta conuenta, hoc erat præcipuum, vtne à Rege plures quaternis cohortes in vrbem inducerentur. Id ità temperatum eſt, vt quaternis quidem ſub ſignis, vniuerſi tamen prætoriani ſubierint, Heluetiorum legio ad portarum cuſtodias ſubſederit. At nouæ ſtructuræ munimenta & propugnacula, vt conuenerat diruere, difficile erat rerum penè potiente Sectario, & viribus longè præpollente, diſceſſu regiorum. Huic ergo rei, Præfectis cauendi obtentu, dicti à Principe obſides, qui in comitatu adeſſent, vrbis locupletiſſimi quique ciues, ingenti numero. Hi quò profectionem hanc amolirentur, illud ipſum nempe, omnium ordinum precibus expoſtularunt à Principe, quod enixè agebatur; vt ciuibus domi ſuæ deſidentibus præſidiariæ copiæ imponerentur. Impoſiti militum quater milleni Valancæo duce caſtrorum Ex-præfecto. Dirutis deinde vt lubuit nouis propugnaculis, hoc quoque

Le Sieur de Valançay Machal de Camp.

deprecaturi militiæ onus Monſpelienſes, arcem excitari præoptarunt. Quod tutelæ genus, vt erat Principi magis opportunum,ità minùs datæ veniæ conſentaneum, niſi vltrò in veniæ partem expoſceretur. Arx impoſita perſtat hactenus.

CAPVT LIV.

Adornatus à proditoribus puer, ſignum erumpentium præſidiariorum edere deprehenditur, nexo arundini ſtrophiolo.

Hiſtoria M. Toïraſij lib.2.

OBSESSA ab Hiſpanis vrbe Cazalenſi, diuiſi ſunt in ludicras factiones vrbani pueri. Alteram qui regebat ſibi Toïraſij nomen indiderat: alterius ducem, ſui Spinolam dixerant. Hi ſæpius inter ſeſe batuationibus cõmiſſi, in graues rixas tandem prolapſi, non incruentis

pugnis decertauere. Omnium grauiſſima illa fuit qua ominoſo exitu, fictus Toïraſius ducem aduerſariorum impacta in oculum arundine confixit, atque occidit. Horum porrò ludicrorum anſam aucupatus vrbanus proditor, ex his puerulis vnum adornauit, qui quoties eruptio in hoſtes ab obſeſſis pararetur, monitu ſuo in eam partem vnde foret progrediendum, manipulum ipſe ageret; & de ſumma arundine affixum ſtrophiolum ſublimè ventilaret. Ità frequenti proditione hoſtes præmoniti, fruſtrabantur impetum erumpentium, opportuno ſemper procinctu. Tandem ſuboliüit dolus inſolentiâ rei. Comprehenſus ſignifer, negare primùm, ac ſolemnem luſum obtendere. At vbi equulei loco, rotatâ ſclopuli machinâ, compreſſus eſt ei pollex; ex pollice indicem fecit, auctorémque doli nominauit Quo doloſo ſigno in rem ſuam vſi feliciùs obſeſſi, ſubnexére haud paulò poſt hoſtibus ſtropham. Eodem enim ſtrophioli indicio, ſed alio quàm quo erupturi erant loco, de muris edito, grauiorem

Gambette Montferrin Capit. de la vieille garniſon.

longè impetum exprompſére in imparatos.

CAPVT LV.

Caſale obſeſſum ab Hiſpano, ſubit veſte pediſequi induta, Gallus Eques.

Anno Christi 1628.

HABET ſtimulos vera gloria, vrget acriter quos ſemel inſedit. Proximam ab Hiſpanico exercitu Caſalis obſidionem publicus rumor parari vix ſparſerat; cùm Boſcium Viuantium nobilem equitem, infinitum inceſſit deſiderium inter Gallos præſidiarios merendi. At Hiſpanus & tenacis & occulti conſilij, obſidionis ipſe famam poſitis ad Caſale caſtris occupauerat, duce Gonſalvo Cordubenſi. Obſtructo igitur omni ad vrbem obſeſſam aditu; quod aperta vis efficere non potuit, Viuantius ab arte mutua-

Le Sieur du Boſc-Viuant de Perigord.

D. Gonſalve de Cordouë.

tus, per ipſos hoſtes etiam non inuitos, dolo viam aperuit. Vt jam victoriæ præjudicium eſſet, dolo captus hoſtis. Deſtinarat ſub initium obſidionis, Mantuanorum Princeps ad Cordubenſem legationis nomine de familiaribus Mombrunum, equeſtribus ſtipendijs præfectum. Illi ſe comitem plebeia veſte conſcio principe & legato proficiſcenti commendante in ſeruum tradit Viuantius. Et jam Mediolanum ingreſſus cum ſuis Mombrunus, Mantuanæ rei diffuſus de legato transfugam fecit, cepítque Caſalis prodendi conſilium. Quo de Gonſalvum properatò monet, & traditis Viuantio litteris, rogat ſibi fide publica copiam fieri in caſtra Hiſpanica adeundi; ſeruo autem qui litteras dediſſet in arcem obſeſſam, ex qua ſcilicet legati & domini ſupellectilem aueheret. In vtrumque, fidem publicam obtinuit qui ſuam exuerat Mombrunus. Integrum eſt Viuantio quod omni ope ambierat. Copiam tamen in vrbem adeundi ita temperauerat ex more Gonſalvus vt ſolicitè excuſſo ſinu, totáque explorata

priùs veſte, vrbis ineundæ poteſtas ſeruo fieret. Illi operæ dum accingitur hoſtis, & curioſè ſingula veſtigat, jam ſub manum loculus erat, cùi Viuantius ſchedam crediderat à Mantuano principe Bevronio arcis præfecto defferendam; cùm in ipſo rei detegendæ articulo, erumpentibus ex oppido Gallis, totis caſtris turbatum eſt & intermiſſa luſtrandi cura. Abſque eo fuiſſet, verendum omnino erat, ne ſeruilis formæ vir generoſus pœnas expenderet. Ita ſubductus ſcrutatorum induſtriæ Viuantius: vbi ſedatus eſt caſtrenſis tumultus: regreſſis in vrbem præſidiarijs, ipſe tubicinem ex militari inſtituto, ſecum ad vrbis mœnia ſiſtit & in eam admiſſus, datis mox ad Cordubenſem litteris, boni doli ſeriem enarrat. Vrbanæ militiæ beneficium, non immemori collatum eſſe; eo ſe porrò coniſurum vt probè hoſtis intelligeret, ſeruiles animos ne in famulari quidem cultu geſſiſſe ſe, nedum in chlamyde geſturum. Excanduit enimverò Gonſalvus harum litterarum recitatione, & grauiter deinde Mon-

Le Sieur de Bevron.

bruno ſuccenſere viſus; iracundiæ tamen eum modum fecit, quem transfuga ſpe majore præſcripſit. Vnde litteris Viuantio teſtatus eſt, eius ſe cauſa Mombruno reo veniam dare; agnoſcere ſe Gallicanos ſpiritus, quorum eſſet tam periculosâ aleâ gloriam paciſci.

CAPVT LVI.

Hoſtium caſtra permeat, & obſeſſum Caſale ingreditur, religioſa in veſte Montauſerius.

Ex Hiſt. Toïraſij, & alijs oculatis teſtibus. 1629.

H. de Ste. Maure M. de Montauſier.

HECTOR à Sancta Maura Montauſerij Marchio, originem traxerat à nobiliſſima, antiquiſſimáque familia apud Enculiſmas, quæ inter paternos majores recenſet celebrem illum Gallicæ

militiæ

militiæ Magiſtrum Radulphum Cla- Raoul de
romontium Nigellæ Toparcham. Neelle
Montauſerīj cognomen ijs jam olim Conné-
à dotali ditione adhæſit, cum mater- table ſous
no ſanguine à Comitibus Enculiſ- Phil. III.
menſibus. Tantam hanc præclaræ Les Com-
originationis nobilitatem illuſtrauit tes d'En-
Hector ſeculo noſtro. Natus erat vix goulême.
annos viginti, cùm legionis Tribunatu à Ludouico Rege donatus eſt, tum cùm ſociale in Italia bellum ortum eſt pro Mantuano Duce. Hector, audito Mantuæ, quò nouum ipſe ex Gallia Principem aſſecutus erat, Caſalenſem vrbem obſeſſam; veniam à Mantuano petijt ineundæ ciuitatis, & propugnandæ obſidionis. Sed oberat intermedius hoſtis, qui ferè ab Mantuano agro, ad Caſallenſem, quàm longum eſt iter, copijs ſùis militaribus obtinebat. Quod vt peramplum terrarum ſpatium tutò tranſmearet Hector, conſortium ambiuit cujuſdam viri religioſi rei Mantuanæ bene in paucis affecti: cujus ductu & conſilio, chlamydem abjecit, bellicúmque cultum, & religioſam ipſe quoque ſibi veſtem ſuperinduxit.

Itáque aliena in ſpecie per medios hoſtes ignotus peruaſit, felici ſucceſſu in vrbem obſeſſam; ſingulari Bevroni, & Guroni Præfectorum, & præſidiariorum omnium plauſu. Hac ſanè in obſidione *Hectoris* partes nuſquam deſideratæ; ſed quia breui ſoluta obſidio eſt, militiæ potiùs tyrocinium illi, quàm ſpecimen fuit. Donec iteratò obſeſſum ab Spinola Caſalle. Ingruentibus jam ferè Spinolanis, non ſatis ab annona vrbi prouiſum erat, neque ab inchoatis recenti opere propugnaculis. Cui vtrique rei vt neceſſarium tempus obtineret Toïraſius, qui Caſalenſibus tùm præerat, inuictus ille in omnes Gallici nominis hoſtes Imperator, morandos longiùs intellexit. Ei cœpto inter principes Montauſerium præfecit; & Roſſignanum, oppidulum hoſtibus ad neceſſarium iter objectū, eidem propugnandum, cum tribus admodum centurijs attribuit. Erat locus intutus planè, ac ſola fortitudine Gallicana muniendus. Ad tam difficilem belli aleam properanti Montauſerio, dixiſſe fertur inter

amplexandum Toïraſius ; iret vir generoſus, & vel quinos dies hoſtem moraretur : id ſi obtineret, Gallicæ & Mantuanæ rei conſulturum, quàm fieri quidem tùm poſſet opportuniſſimè. Perfecit Montauſerius etiam longè cumulatiùs. Hoſtem callidiſſimum omni ope, operáque nitentem oppido potiri, obicémque perrumpere, moratus eſt dies totos ſexdecim. Terno in dirutos muros refutato inſultu ; tum demum deditionem fecit, cùm penuariæ, & tormentariæ cellæ exhauſtæ ſunt ; & accepit abſolutas eſſe munitiones Caſalenſes, & inſtructa cellaria. Hac tamen disertè extorta conditione à properante hoſte, vt Montauſerio cum ſuis vniuerſis agminatim, & militari progreſſu, atque apparatu recipere ſe Caſallum liceret. Eò regreſſus, meruit in arcis, vrbíſque propugnatione inter principes Gallicæ, & Mantuanæ gloriæ aſſertores numerari ; vel ipſo Toïraſij præfecti præconio ; vt eſt apud Regem in laureatis de ſoluta obſidione literis profeſſus. Quamquam & id quicquid eſt militaris gloriæ merum

videri potuit rudimentum, ad majora progredientis. Vt ſanè deinde probauit bellum item ſociale in valle Tellina geſtum Imperatore Rohanio; cujus auſpicijs, ea præſtitit Montauſerius in aſſerenda Indigenarum libertate, contra Hiſpanorum, & Cæſarianorum inſultus, quæ ſtupori hoſtibus fuiſſe dicuntur; nomen certè auctoris apud ſeruatas gentes memoriæ ſeculorum conſecrarunt. Rohannius ipſe eo in libello quem de præclaris ſeculi ſui Ducibus, abſolutóque Imperatore ſcripſit, neminem vnum ſibi in Gallia notum tradit, ſupparis quidem ætatis, qui bellicorum facinorum varietate & magnitudine Montauſerio antecelleret; qui illuſtriora polliceretur, ſi ſatis amplum vitæ ſpatium eius virtus inueniſſet. Iunior enim cecidit, graui ex vulnere, quod accepit cùm eadem in valle Tellina poſtremam in arcem, quam hoſtis occupauerat, anteſignanos duceret. Cui tamen captæ dies aliquot ſuperuixit, vt opera ſua debellatum prorsùs eſſe gloriari poſſet. Prolixiorem quidem vitam deſiderare quis fortè meritò poſſet, præco-

nes, ad gloriam, magis idoneos opta- re nefas, quàm quos nactus eſt, Toï- raſium & Rohanium.

Le Maréchal de Toiras & le Duc de Rohan.

CAPVT LVII.

CELTA-GERMANVS.

Francus eques, Germanica veſte & lingua, Hiſpanis illudit, & obſeſſam vrbem ingreditur cum literis regijs.

Baudier in Hiſt. Mareſcalli Toïraſij lib. 2. c. 23. Duplexio in Lud. XIII. An. 1630. Auguſti 14.

ALLATVRVS à Regia literas, & vnà certam ſpem auxilij proximè inferendi, Caſalenſibus obſeſſis; iam penè inter obſidionis ingraueſcentia in dies incommoda labantibus: hac arte vſus eſt Cheſnyus vir nobilitate & fortitudine inſignis. Sciebat is Germanicè quantùm ſatis eſſet, vt molem cor-

Au Siege de Caſal.

Iean de la Riuiere Sieur de Cheſny.

poris Tranſrhenanam, par lingua iuuaret. Tribus ſecum aſſumptis comitibus, adit ad Spinulam in caſtra Hiſpanica: veniſſe ſe è medio Germaniæ ſinu, ait, ad communem in bellica re Magiſtrum; ſingulare ſibi decus videri tanti nominis auſpicia ſequi; merere verò ſub ijs ſignis, & in ijs caſtris quæ ſpectaret attonita Europa, magnæ gloriæ auctoramentum. Excepit hominem perhonorificè Spinula, & vrbanitate Italica collaudatum, Hiſpanienſis Imperator ambitioſiùs commendauit caſtrorum Præfectis, ordinúmque Ductoribus. Hinc facta copia liberè luſtrandi caſtrorum ſtationes ſingulas, & vniuerſa perſcrutandi. Poſt aliquot demum dies in arcem ſubiturus cum ſuis Cheſnyus, ſubjectos arci campos eques init. Et jam promouerat à caſtris longiùs, cùm penè deprehenſus eſt, à manipulo militum è vicina ſtatione ad aliam tranſcurrentium. Hos tamen imperterrito affatus ore rogauit, ecquid ſecum adire vellent ſpeculatum hoſtilia de proximo propugnacula, quò ipſe contenderet. At illis, id ſibi

in mandatis eſſe negantibus, atque vlteriùs digreſſis, libero tranſcurſu in arcem admiſſus eſt, Auguſti decimo quarto. Et traditis à Rege literis, præſidiarios; & ciues mirum in modum recreauit.

CAPVT LVIII.

Incenſis per noctem hoſtium caſtris, tormenta bellica, in ſtationes recta exploduntur fumum inter & nebulas.

Ex Baudier Hiſt. M. Toïraſij lib. 2.

Ann. 1630.

IDIBVS Iunijs intempeſtâ jam nocte, erupere in caſtra Hiſpanica juſſu Toïraſij, Caſalenſes præſidiarij, in eam ſtationem qua curabant Neapolitani. Horum editâ non modicâ cæde, ſubjectus eſt ignis obſidionalibus operibus; & quicquid ex vacerris, palis, longurijs; quicquid pluteorum ac materiati munimenti An Siege de Caſal.

erat, latè graſſante incendio abſumptum eſt. Cùm intereà Toïraſius arcis muralia tormenta, ad hanc incendij caſtrenſis lucem, eò dirigi vniuerſa jubet quò præcipiebat animo, ex militari arte, coïturas in aciem hoſtium copias ad ſubita belli, ſi quis fortè ab irrupturis nouus terror ingrueret. His ità comparatis, ac ſubſidente jam vbique incendio, pauculos aliquot è præſidiarijs emiſit, in ſpeciem aliquam nouæ eruptionis faciendæ dumtaxat: quorum percepto ſtrepitu, ſpeculatores hoſtium extemplò ſcilicet admonere cuſtodiam priorem, hinc ſpargi longiùs & propagari terriculamentum: hoſtis denique in acies varijs, vt addecebat, locis coïre. Quas copias ità digeſtas, improuiſis ab arce exploſionibus tormentorum plurimâ ſtrage luxauit Toïraſius.

CAPVT LIX.

Sparſus ex-compoſitò per aliquot dies rumor, parati ad multa hominum millia auxilij; & magnus deinde per noctem tubarum numerus, hoſti fucum facit, & obſidendi finem.

Sub Ludouico XIII.

ILLVSIT Hiſpanorum caſtris anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo, vir illuſtriſſimus & ſcientiſſimus artis militaris Mareſcallus Scombergius fortunato dolo; cùm Inſulam (Ilham indigenæ vocant) Ruſcinonenſis Comitatus oppidum obſiderent Caſtellani. Diuiſa eſt regio & ditio tota in partes tres; in Ruſcinonios campeſtres, Confluentinos & Cæretanos; hi poſtremi ad montes vſque Aragonios pertinent:

Charles de Schōberg.

Ilhe en Rouſſillon.

La Plaine de Rouſſ.

Le Conflant.

La Cerdaigne.

media eſt intra Pyrenæos Confluentina vallis vbertate paſcuorum celeberrima, quam vt occuparent Caſtellani, in Ruſcinonios campos ad octo millia, & amplius mari tranſmiſſi, ſub initium tumultus, & defectionis Barcinonenſis. Inſulam, quæ veluti clauſtrum eſt Confluentinorum, aggreſſi obſidione repentina, minoribus aliquot tormentis partem aliquam turris dejecerunt. In quam triplici impreſſione fruſtra ſuſcepta, ſub noctis crepuſculum increbreſcente falſo quidem rumore, de proximo Scombergij aduentu, caſtra mouere eodem die Septembris viceſimo quarto. At ſpe noua potiundæ vrbis, tertio Kal. Octobres iteratò in eam duxere, curulibus maximi modi tormentis quatuor inſtructi, quorum perpetuis ab exortu ſolis exploſionibus, ingentem in labem muros depreſſerunt; foſſa etiam ruderibus partim, partim virgultis è materia latè æquata. Verùm cùm eſſent ad impreſſionem omnia ſub veſperam comparata, certus nuncius imminentis Scombergij, aliò auertit curas, hoſtibus non ſine hor-

tore, noctis Leucatææ cladem repu-tantibus. Ipſe interea Scombergius imminentem vrbi rupem, quà facilis erat in eamdem ingreſſus, per cohortes aliquot occupauit; & ſecundo Telli directis in aciem mille circiter quingentis peditibus, pauculíſque turmalibus ad campos vrbi ſubjectos, ducentos ferè Gotholanos in oppidum præſidiarios, ex occupata rupe induxit. Tubarum verò tympanorúmque ingentem numerum de proximis montibus longè latéque increpitare juſſit, tam felici exitu, vt ratus hoſtis quatuor alias auxiliariorum legiones, & turmas equitum plures aduentare; vt arte vulgatum fuerat, de conuaſando cogitarit. Ita ſine vllo admodum ſtrepitu per intempeſtam noctem abſceſſit. Sub auroram, conſcia inſperatæ ſalutis ciuitas effuſa eſt extra muros, & vitæ libertatíſque parentem Scombergium, omnium ciuium communi voce profeſſa eſt, & mirifico ſenſu pietatis, renarrantibus ferme ſingulis intentas ab hoſtium duce minas; quòd is jurejurando confirmaſſe diceretur, ad Gemo-

La bataille de Leucate gagnée par le M. de Schomberg. Tellis, F. Le *Latet.*

nias ſe vniuerſos; aut ad triremes, vinctis manibus adacturum: ſi quos fortè militis furor prætermiſiſſet. Et fecerat antè ſeueritati ſuæ fidem multa cæde Ruſcinonenſium. At, quod vnicè diuinum exclamabant, vno illo obſidionis die; quam manum ille in cœlum iuraturus protulerat, eamdem glande vna perfoderant oppidani, altera vulnus lætale intulerant, quo deinde oppetijt. Noſtris porrò ſingulari gloriæ fuit, quòd tantulo exercitu, quantulus eſt peditum mille quingentorum; equitum quinquaginta ſupra ducentos; peditum octo millia, equites ſeptingentos in fugam egerint, niſi fortè velis tubarum flatus, tympanorúmque ſtrepitus auxiliariorum habere numero, & ampliſſimo quidem. Sanè rei bene geſtæ caput eſt, quòd eſt interclusus hoſtis aditu Confluentini tractus, & vnà Cæretaniâ; quam vtramque regionem captâ Inſulâ recepturus videbatur, ac proindè montes Aragoniæ aperturus, ad auxilia & commeatuum genera omnia tranſmittenda. Contrà verò limes omnis Galli-

canus, eadem ope præcludendus erat; cedente ſic in prædam Caſtellanis Tranſpyrenæa Gotholania.

CAPVT LX.

Curribus, vacuas capſas vectantibus, deceptus hoſtis; viam quam obſederat, liberam reliquit: qua tutò illata annona eſt in caſtra Attrebatenſia.

Menſe Iulio Anno Chriſti 1640.

SPERABAT Cardinalis Hiſpanus, obſidionem Atrebatenſis Ciuitatis, cùm vi non poſſet; interclusо commeatu, ſe diſſoluturum. Eò medijs Atrebates inter & Dorlentium caſtris, locum ceperat iuſto exercitu, vnde crebris excurſionibus infeſtum latè iter obſidebat. Nec ſpes vlla ſupererat noſtris promouendæ obſidionis, niſi annonæ

Le Cardinal Infant.

difficultas quæ in dies ingraueſcebat, breui laxaretur. Quamquam enim furtiuis identidem commeatibus, cibaria in noſtra caſtra importarentur, pauculorum tamen priuatorum copia, publicæ inopiæ modum facere diuturnum non poterat. Apparatus igitur ampliſſimus, & vberrimus commeatus in caſtra inducendus, Dorlentij cogitur, & vicinis item in ciuitatibus Franciçæ ditionis. Huic enimuero vni incubare hoſtis, hoc vno
Arras. cardine rem Atrebatenſem verti arbitrari; nec imperitè. Hoc tamen minus è militari ſolertia, quòd illudi ſibi turpiter paſſus eſt. Erant Corbeiæ militum noſtrorum cohortes
Corbie. aliquot, quæ ſpeciem exercitus ſuſtinere poſſent. Ex his aliquot in aciem deſcriptæ, præſidio eſſe jubentur Rhedarijs Corbeienſibus qui permulta videlicet plauſtra vacuis onuſta capſis eâ viâ cogerent quæ An-
Ancre. cram ducit. Necdum exceſſerant de pomœrijs, cùm detulit ad hoſtes properatò ſeu fama, ſeu dolus, ingentem illum, quem jam pridem adornari commeatum audiuerant, in

procinctu eſſe. Erumpunt illico prædones famelici, & dejecto aggere caſtrorum ſuorum, in noſtros ducunt, eam in partem quà neceſſarium erat iter inſtituendum. Et jam proceſſerant nono milliari, cùm in hoſtium conſpectu, quaſi prorſus inopinato, turbatum ſtatim, & ex composito imperata fuga, intra ſpatium quo hoſtis, quamquam incitatus imminerer, conſequi minimè poſſet. Rhedarij ſanè artis ignari & ſuôpte agente metu & onerum leuitate, nouem tota milliaria, quinque horæ quadrantibus confecêre, & Corbeiam tenuere incolumes. Huic dum ſimulatæ fugæ inſultat hoſtis, Dulendianâ viâ cumulatiſſimus ille, de quo antè cibariorum apparatus, in Attrebatenſia caſtra tutò illatus eſt. Nec ita multo poſt dedita ciuitas. *Dulendium, Dourlens.*

Digitized by Google

CAPVT LXI.

Simulata proditione, intra mœnia illecti hoſtes, artificioſo igne excipiuntur.

Anno 1642.

Stenay. STENÆVM Ciuitatem arce munitam in Campaniæ Gallicæ finibus, tentauere ſæpius annis ſuperioribus finitimi Belgæ Hiſpanicæ ditionis. Anno verò quadrageſimo ſecundo ſeculi hujus, ſollicitata fides duorum è præſidiarijs: erat alter manipularis ductor; pulueris alter tormentarij molitor, cujus officina inerat hemicyclo illi qui eſt ad poſticum caſtri extra vallum obſtructus. Hi tamen proditoriâ ſpecie animos gerebant in patriam ſynceros. Quare vbi primùm prodendæ Le Sieur Thibaud Maréchal de Camp. ciuitatis interuénit mentio, illuſtrem virum præfectum arci, vrbíque Theobaldũ monent, de pacta conuentione; qua

duodecies millenorum Patagonum precio promiſerant, ad Nonas Ianuarij, exteriores, interioréſque pſeudothyri valuas aperturos ſeſe copijs Hiſpanicis. Condicta igitur die circa tertiam vigiliam, adfuit ad pomœria legatus Meternicææ legionis, ad hanc expeditionem è Belgio vocatus. Hic vbi eſt editum igniario fune ſignum de ſpecula à manipulari illo rectore, vti conuenerat, admiſſus cum cuneo ſuorum ſeptemdecim à molitore in hemicyclum, dejecto mobili ponte; de ſuo numero duos tranſmittit qui ſequentem aciem quingentorum militum accerſerent. Hos introgreſſos legatus ipſe princeps, ductore tamen moletrinario, vltrà egit in pontem libratilem qui eſt arci commiſſus: hinc vicenis comitibus eodem ductore trajecit & ductitios pontes, & clathra & crates, recenti opere ad hanc ipſam rem extructa munimenta. At hîc derepentè ab ingruentibus noſtris manus ea primùm detenta; tùm illico hærentes ad pontium tabulamenta hoſtium centurias, infrà latentes igniariæ machinæ injecto

Le Regiment de Meternic.

igne ſuccenſæ, dilacerauere horrenda clade. Alteram etiam aciem Centuriarum ſeptem, jam pomœrijs ſubeuntem, turmæ præſidiariæ noſtrorum aliquot, è vallo quod inſederant proſecutæ vnâ, alteráve exploſione.

CAPVT LXII.

SAGATÆ MATRONÆ.

Virili & militari veſte indutæ mulieres, excurſionis militaris ſpeciem præbent, & hoſtes in inſidias trahunt.

Anno 1642.

Poligny en la Franche-Comté. Le Vicomte de Courval Gouver.

POLINIVM caſtrum in Sequanoburgundis ſitum, à Francis, ſuperioribus annis occupatum; tentauerunt fraude hoſtes Octobri menſe anni milleſimi ſexcenteſimi quadrageſimi ſecundi,

injectis ſparſiſque ſchedis, quibus liberali pollicitatione pecuniæ & tutiſſimi, liberrimique commeatus ad fugam capeſſendam præſidiarios annonæ grauitate, vt ferebatur, preſſos, inuitabant. Non ſatis tamen ſubdolè ſuſcepta res eſt, quòd eſſent hæ illices ſchedæ, *Dolæ*, nomine obſignatæ ſingulæ, vbi captator aſſereret ductoris ordinum militarium fungi ſe munere. Coruallius enim Vicecomes dolum dolo corrumpendum ratus; tranſmiſit ad aliam noſtrorum arcem haud longè diſſitam, è præſidiarijs decurionem vnum, ſolertem eumdem, & nouis mandatis Præfecti ad fraudem adornatum: qui iter ità inſtitueret vt minimè manus hoſtium excurſorum vicini præſidij in reditu, itúve elaberetur. Captus is, prolixè ſtatim narrare de re cibaria, compoſitè omnia ad fidem tam faciendam quàm fallendam. Præpoſitus igitur arci, librarum Francicarum ſena millia, fidei hominis, vt quidem rebatur vacillanti opponit. Eáque ſe repræſentaturum

Deſchãps Officier à Dole.

Blette-rans.

Montai-gu.

promittit, quo die videlicet arx eſſet de Francis eius ope recepta. Addit etiam vltro effecturum ſe, vt inter Belgicos ordines præfecturâ aliquâ donaretur. Præſtituto ad rem gerendam die Octobris vndecimo, dimiſſus latenter Decurio Polinium reuertitur, Corvallio mox hoſtis conſilia, pactáque ediſſerit. Adfuit ad diem manipulus hoſtium tricenorum populandi ſpecie, & pecorum greges abigendi: in eos emiſſa eſt ex arce manus fœminarum, virginúmque quinquaginta virili veſte, quibus ductores additi milites præſidiarij quindecim. His extra præſidium egreſſis, valuas occludit actutum Decurio; & quo de conuenerat edito ſigno, aliam hoſtium turmam illexit, cuius ductores, militéſque ad centum quinquaginta ſcalis lunare propugnaculum inuaſere, ſubiere ſexaginta in muros quâ parte curabat Decurio quaternorum admodum è conſanguineis comitatu ſeptus. Horum ductu ſeorſum ſinguli per contigui mœnibus parietis hiatum, induce-

bantur in porticulam, inde in aulam; quam vbi quiſque primùm inierat, confodiebatur à latente turbâ ex tempore. Ita confecti ſunt quamplurimi; proceſſuráque cædes per cæteros ad poſtremum erat, niſi ex his vnus aliquis, effuſi cruoris repentino adſpectu reſiliiſſet illico & proditos ſe eſſe vociferatus de muris ipſis iſſet in præceps. Exinde ſæuitum eſt aperto marte ſclopis majoribus, tormentíſque muralibus & ignitis glandibus, ollíſque, in illos ſimul qui extra muros in procinctu erant; ſimul in eos qui lunari munimento inſederant, quibus ad deditionem faciendam compulſis, captíſque; conceſſa alijs fuga, imminuto vtrobíque tot cædibus numero. Cecidiſſe dicuntur qui ex vicinis Ciuitatibus ad hanc expeditionem conuenerant primores ciues non pauci; Montis-Acuti milites penè vniuerſi. Quod verò caput eſt, & tulit hoſtis ægerrimè, quæ erant ex pacto depoſitæ in propinquo arci cœnobio ſexies millenæ libræ,

à manipulari illo præfecto, doli principe adminiſtro, ſuo ſanè jure ac merito, protinus illinc exportatæ.

LECTORI ÆQVO ET BENEVOLO.

SATIS intelligo deſideratum iri à multis, quæ plurima circumferuntur, & celebrantur ore multorum nouitia Strategemata, his proximè præteritis annis, atque adeò voluente hoc quinquageſimo octauo ſeculi ſeptimi decimi, exprompta feliciter. Sed ea nondum ſatis explorata, neque qua fide hactenus publicauimus alia, piget nos in conſequentium ſeculorum lucem proferre. Auguſtum eſt Gallicum nomen: nec circumforaneis narratiunculis ad laudes ſuas eget. Ea nos, tum demum ſubſequentibus Centurijs habito militari delectu, & dicto Sacramento inſeremus, cùm ſolitâ nobis indagatione præmiſſâ, fides indubitata tranſmittet. Metum, opinor, ſentit æquitas tua, Candide Lector, ſiue Indigena ſis, ſiue externus.

STRATEGEMATVM VERVS VSVS.

NIHIL homo juſtus præcipuè cogitare debet, niſi vt juſtum bellum ſuſcipiat. Cùm autem juſtum bellum ſuſcepit, vtrum aperta pugna, vtrum inſidijs vincat, nihil ad juſtitiam intereſt. *Auguſtinus quæſt.* 10. *ſuper Ioſuë.*

Primum hoc munus eſt ne cui quis noceat, niſi laceſſitus injuria. *Cic.* 1. *Off.*

Ita bellum ſuſcipiatur, vt nihil aliud quàm pax quæſita videatur. *Cic.* 1. *Off.*

Ει βούλει γε τῶν στρατηγῶν τοὺς ἐξ αἰῶνος εὐδοκιμησάντας ἐξετάσαι. τὰ πλείονα αὐτῶν τρόπαια, τῆς ἀπάτης εὑρήσεις ὄντα κατορθώματα. καὶ μᾶλλον τούτοις ἐπαινουμένους, ἢ τοὺς ἐκ τοῦ φανεροῦ κρατοῦντας. Si enumerare velis Duces qui ab æuo claruere, illorum trophæa plerique inuenies, fraudis *honeſta* fuiſſe facinora. Eóſque magis celebratos, quàm qui aperto marte vicere. *Chryſ. de Sacerdotio, lib.* 1.

Τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων ἐλάττω τὰ πεϱιδήλως, καὶ μετὰ βίας ἐπιτελούμενα, τῶν μετὰ δόλου καὶ σὺν καιρῷ πραττομένων. Militarium facinorum, illa minoris momenti ſunt, quæ propalam, & per vim, quàm quæ ex occaſione & per dolum opportunè patrantur. *Polybius lib. 9.*

Ὅταν στρατηγήματι τοὺς πολεμίους νικήσωσι, βοῦν τῷ Ἄρει θύουσιν. Ὅταν δ' ἐκ τοῦ φανεροῦ ἀλεκτρυόνα; ἐθίζοντες τοὺς ἡγουμένους οὐ μόνον πολεμικοὺς, ἀλλὰ καὶ στρατηγικοὺς εἶναι. Cùm vicerant hoſtes aſtu, bouem Marti ſacrificabant *Lacedæmonij*; Cùm verò vi aperta, Gallum. *Plutarch. in Laconicis.*

In omni prælio non tam multitudo, & virtus, quàm ars, & exercitium ſolent præſtare victoriam. *Vegetius lib.1. cap.1.*

Temeritas præterquam quòd ſtulta eſt; eſt etiam infelix. *T. Liuius lib.22.*

Temeritas, vbi primum impetum effudit, ſicut quædam animalia, amiſſo aculeo, torpet. *Curtius lib.4.*

Calliditas ad extremum ſeipſam perditum it, & magnam veneni ſui partem bibit. *F. Strada Dec.2.*

SENTENTIÆ ALIQVOT EX HOC OPERE EXCERPTÆ.

Primus Numerus Syntagma, Secundus Caput, ſignificat.

IMPERATORIÆ artis eſt vnius, einſdémque gratam amicis, & ſodalibus cœnam, & horrendam hoſtibus aciem inſtruere. I.Synt. Cap. 2.

Imperatorium eſt, hoſti fatigato ſuperuenire. I. 3.

Numerus eſt, non exercitus, feſſa ſub ſignis multitudo. *Ibid.*

Gallicus impetus, prima quidem impreſſione ſemper inuictus, fatigatis hoſtibus prorsùs intolerabilis *ibid.*

Malè creditur ſemiuictis fides, pejùs in pœnam fœdus imponitur. I. 4.

Stoliditas, ignauæ victoriæ conſummationem in domibus exuſtis reponit. I. 5.

Amor venenum eſt vnicum venenorum. I. 6.

Romani nominis, non priuati dedecus fuit, Aſiana mollities. I. 7.

Scelus eſſe cœpit, potior vt primùm malè viſa eſt videri vita, quàm ratio vnica viuendi, honeſtas. I. 7.

Euecta in thronum impudicitia, modum non ſeruat, quia modum vix nouit etiam priuata. I. 9.

Regiam auctoritatem nacta, effrænem putat; & capto Rege latè dominatur in ſubditos. *ibid.*

Regum optimum tyrocinium eſt, vita priuata. *ibid.*

Vitijs, virtutes Sacramento non dicunt; nec ambitioni velificatur pietas. I. 10.

Nulla re magis valuit exercitus, quàm quòd à fœmina, quòd à puero duceretur. *ibid.*

Socors plerumque ſolet eſſe victoria I. 11.

Decet Prouinciarum, Populorúmque Rectores, ædes ſuas vt templa; conclauia, vt ſacrarium; cubilia, vt aram pudicitiæ ſtatuere. I 12.

Vox illa eſt, non militaris minùs quàm verè Chriſtiana, magni Bucicautij Genuæ quondam Proregis, à Proregis familia indignum videri, vel leui oculorum conjectu delibari pudicitiam. I. 12.

Semel ſaltem ſobria ebrietas fuit; & quam erat vim pudori illatura, Amolono graſſatori fecit. Somno enim altè depoſitus, nocendi mentem & vires amiſit. *ibid.*

Ità ex Regio comparatus eſt vulgi animus, vt Principis mores vniuerſos effingat. I. 13.

Timida ſemper, & imbellis omnis crudelitas; ferri fulgorem non ſuſtinet; niſi quod tractat: hoſtilis ferri acie perſtringitur. I 13.

Apud Vvilhelmum Normanniæ Ducem exulans Eduvardus Angliæ Rex, hoſpitij humanitatem ſolio ratus opportunam; in hoſpite benigno Regem optimum prouidit, ſuorum imprimis amantem, qui alienos tam beneuolè complecteretur. I. 15.

Hactenus ferro vtendum, cùm in armis ſtat hoſtis; cùm cedit, parcendum. I. 15.

Primi in omnibus prælijs oculi vincuntur. I. 19.

Qua opera dejecit oculos, animóſque hoſtium Philippus; ſuorum extulit. *ibid.*

Vt eſt prona juventus ad nouas amicitias; ſic eas etiam ardentiùs implicare amat. I. 29.

Scitum eſt Romani Ducis; inter tyrones habendos eſſe, qui vel aliquanto temporis ſpatio armorum tractatione abſtinuerunt. I. 30.

II. Synt.

Qvod eſt interminata Lucretia Neapolitana, fecit Maſſilienſis Lucretia. Quod Romana fecit, patrauit honeſtiùs Gallicana. Injuriæ ſe, infamanda ſubduxit. Integra nomen in poſteros tranſmiſit. II. Synt. Cap. I.

Habet terminos ſuos admirationis, & amoris, bellica in hoſte fortitudo; citra grauiora damna diligitur & ſplendet. Atrociùs ſi noceat, horrori eſt. II. 34.

Beneuolentiæ conciliatione, plus proficitur, quàm terrore. II. 35.
Singularis induſtriæ eſt, & ſæpe decretoriæ, pauculis copijs morari hoſtium exercitus, ad inſignem præſertim aliquam expeditionem properantium. II. 36.
Acies numeroſæ lentiores progreſſus habent, vt ſolent tardiùs agi grandiores machinæ. II. 33.
Intereſt plurimùm bellicæ rei. conſiliis hoſtium vt anteuertas; iis pernoſcendis ſub initia æſtiuorum maximè operam nauare. II. 38.
Annui ferè præiudicii eſt, prior expeditio. II. 38.

III. SVNT.

DEI auſpiciis bona mens, optimæ cauſæ feliciter cedit. III. 3.
Non eſt diuturna impoſita, & imperata fides. III. 10.
Hoſti captiuo (ſi modo generoſus eſt) libertas vili venditur, quocunque paciſcaris precio; dum viget bellum. III. 12.
Bellica in hoſte fortitudo, in vinculis tutò laudari poteſt. Inuicti ponderis eſt ſi cum vinculis expenditur. III. 12.
Patriam aut cauſam prodit, qui nondum confecto bello, aut publico fœdere; auro ſibi parto ex captiuis, ſuis hoſtem iterum parat. III. 12.
Eſt omnis proxima perturbationi, ſeu lætitiæ, ſeu metus grauitas. III. 23.
Securitas plerumque imbellis eſt. III. 24.
Veræ fortitudinis ſingulare facinus eſt, Principis iram, ſeu iuſtam, ſeu fictis criminibus irritatam, ità declinare, vt Principis in te odium, tuum in patriam amorem accendat, acuat induſtriam, ſolertiam exaggeret. III. 28.
Tum maximè locus eſt ſollicitæ ſolertiæ, cùm de pace aut de deditione agit hoſtis. III. 30.
Publicæ rei tutela, cum priuata tutela, tutior eſt. III. 31.
Si propter negligentiam, aut immodeſtiam in aliquos oportuerit animaduertere; in eos potiùs, qui in ciuitate plurimùm poſſunt animaduertito. Simul alios omnes quoque exemplo terrueris. III. 31.
Inhoneſtæ ſunt, etiam ad legitimum dominum defectiones, quæ innocenti ſanguine ſanciuntur, eorum qui Principum ſuorum arma legitima tractant. III. 32.
Prægeſtientis animi non eſt,

internos affectus occultare. III. 33.
Lætitia vehementior ſeſe vel inuita profert, ac prodit. III. 33.
Vbi tamen multiplex eſſe poteſt lætandi cauſa; hæret dubius in exporrecta fronte ſpectator: aut ſi ſe amat delicatiùs, ſe auctorem lubenter agnoſcit. III. 33.
Summum ius armorum eſt, vt victus à victore leges accipiat. III 34.
Curandum imprimis ne magna iniuria fiat fortibus & miſeris. III. 34.
Magno ſemper prouentu perfidia, & graſſatio infamare ſolent bella Ciuilia. III. 44.

IV. SVNT.

AGNOSCE genium fortunæ Muliebris quæ etiam patriæ nocet in danda ſalute. IV. C.2.
Plerumque in ſummo periculo, timor miſericordiam non recipit. IV. 2.
Vero precio indicatur virtus, æſtimata ſine ferro. IV. 11.
Publica ſalute laborante, priuata ſalus negligatur. IV. 12.
Diſcant liberi patre carere; ſi patria libera carendum ſit. IV. 12.
Non addecet in decernendis hoſti honoribus Therſiten auctorem ſequi; princeps huiuſmodi conſiliis Achilles adhibendus. IV. 13.
Gregaria militia inſtar plebis eſt togatæ; facilè illuditur. Vtraque prona credulitate laborat. IV. 23.
In geminatione doli, tutiùs decipiunt adminiſtri, ipſi decepti. IV 26.
Speciem præfert militaris fortitudinis prædandi ardor, quòd inſultare ſit hoſti, manubias auferre. IV. 29.
Solertis eſt Imperatoris inſultus ſuorum etiam ad prædam tutos præſtare. IV. 29.
Ex ſolido vincenti, manubiæ in tuto ſunt. *ibid.*
Delabi ad prædam ſemiuictis hoſtibus, certum exitium. *ibid.*
Gregariorum ſolet eſſe truculentior in prædæ ſtudium proteruia. *ibid.*
Viri nobiles à re domeſtica malè parati, hoſtilibus fraudibus opportuni. IV. 32.
Cùm publica libertas priuatorum emi clade non poteſt, fruſtra illudit oculis ineptum nomen Reipublicæ. IV. 34.
Satius eſt aliquam habere, quàm nullam. *ibid.*
Regreſſu interclusus miles, ſalutem in victoriæ ſtudio

conſtituit. IV. 34.

Pronum non eſt multa experientia ſubactis, in arte cuique ſua imponere. IV. 38.

Solemnis eſt Pyratis, & Perduellibus diffidentia, reis nimirum. IV. 51.

Vetat ars Imperatoria, vilibus ingeniis grauia mandata committere. IV. 51.

Habet ſtimulos vera gloria, vrget acriter, quos ſemel inſedit. IV. 55.

Victoriȩ præiudicium eſt, dolo captus hoſtis. IV. 55.

Agnoſce Gallicanos ſpiritus, quorum eſt periculosâ aleâ gloriam paciſci. IV. 55.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google